MOSAYCARUM ET ROMANARUM LEGUM COLLATIO. EX INTEGRIS PAPINIANI, ...

Théodore : de Bèze

Digitized by Google

13-12-h-39

Digitized by Google

Digitized by Google

XV.16.6
D.G.

Digitized by Google

MOSAYCARVM ET ROMANARVM LEGVM COLLATIO.

Ex Integris Papiniani, Pauli, Vlpiani, Gaij, Modeſtini, aliorumq; veterum Iuris auctorum libris ante tempora Iuſtiniani Imp. deſumpta.

Eiuſdem Imp. Iuſtiniani Nouellæ Conſtitutiones III.

Iuliani Anteceſſoris C.P. Dictatum de Conſiliariis.

Eiuſdem Iuliani Collectio de contutoribus.

Ex Bibliotheca P. PITHOEI IC. cuius etiam Notæ emendatiores adiectæ ſunt.

Acceſſit

Propter argumenti ſimilitudinem

LEX DEI MORALIS, CEREMONIALIS ET POLITICA

Ex Libris Moſis excerpta & in certas claſſes diſtributa

A

TH. BEZA VEZELIO.



In Bibliopolio Commeliniano.

CIϽ IϽ CIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LEX DEI,
MORALIS,
CEREMONIALIS,
ET POLITICA,

EX LIBRIS MOSIS EXCERPTA;
& in certas claſſes diſtributa,

A

THEODORO BEZA VEZELIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

THEODORVS BEZA CHRISTIANO LECTORI gratiam & pacem à Domino.

QVum abſque manifeſta blaſphemia dici Spiritus ſanctus non poßit vel ſuperuacaneum, vel non ſuo loco & tempore quippiam per os Prophetarum loquutus, mirabuntur nimirum nonnulli hoc meum conſilium, imò fortaßis etiam magnopere, vt audacia plenum, reprehendent. Iis igitur teſtatum eſſe volo, quod res ipſa clamat, nihil minùs mihi propoſitum fuiſſe quàm vt ſeriem hiſtoriæ Sacræ, cui Dominus leges ſuas inſeri non temere voluit, vllo modo abrumperem: aut quæ aliquoties ſunt repetita tanquam redundantia reſecarem, quod ſine magno ſcelere fieri non poſſe fateor: ſed hoc vnum ſtuduiſſe me, vt lege Domini in tria illa ſua capita diſtributa, in ſuas poſtea claſſes, & (ſicut Iuriſconſulti loquuntur) in ſuas rubricas congererem, quæcunque ad vnum aliquod argumentum referuntur. Neque enim lectoribus iucundum id duntaxat fore ſperaui, ſi vno veluti obtutu intuerentur, quæ diuerſis ex locis alioqui non ſine magna difficultate petenda ſunt, ſed etiam vtilißimum id fore credidi tum ad memoriam adiuuandam, tum ad eruendam ex mutua locorum collatione veram ipſarum interpretationem, quoniam in ferendis & ſcribendis iſtis legibus Dominus ad populi ſui captum ſic omnia temperauit (quod ego experientia ipſa didici quum hæc pro concione primùm, ac deinde in ſchola interpretarer) vt quod vno loco breuiùs & obſcuriùs, in alio pleniùs & dilucidiùs exponat. Sum autem hoc quicquid eſt operæ, eo maiore fiducia aggreſſus, quòd præeuntem mihi ſummum illum & omni laude maiorem hominem D. Iohannem Caluinum habeam, præceptorem olim meum, cuius tanti ſemper iudicium feci, ac meritò quidem, vt quod ipſo auctore

facerem, bonis & doctis hominibus vix poſſe diſplicere, mihi perſuaſerim. Neque tamen ordinem ab eo inſtitutum, per omnia ſum ſequutus, quoniam aliquantulum fuit ipſius conſilium ab hoc meo inſtituto diuerſum. Neque enim illi fuit aliud propoſitum quàm vt ad decem illa præcepta, quibus Lex omnis ἁπλῶς continetur, cæteras leges tum ceremoniales tum ciuiles ſine diſcrimine reuocaret: mihi vero præterea conſilium fuit leges ipſas in ſua capita, ſuáſque claſſes ſigillatim diſtribuere, vt & ad quod præceptum ἰδίως ſingulæ ſint referendæ, & qua de re perſcriptæ ſint, omnes ſtatim intelligant. Quod ſi laborem hunc meum placuiſſe Chriſtianis lectoribus cognouero, addam, Deo fauente, veros ipſius Legis commentarios, propheticas videlicet conciones pari quoq; ſerie diſtributas, & in eoſdem locos relatas: quod omnibus veræ Theologiæ ſtudioſis ſummè iucundum, ſimul & vtile fore confido. Bene vale, quiſquis es, & laboribus noſtris faue. Geneuæ, XXIV. Februarij, anno vltimi temporis M. D. LXXVII.

INDEX

INDEX PRÆCIPVORVM CAPITVM ARGVMENTORVM QVÆ IN HIS CLASSIBVS continentur.

A

ADeps 50
Adulterium 73
Ætas Leuitarum 13
Aqua expiationum 59
Altare holocauſtorum 10
Altare Suffitus 10
Altaris vnctio 27
Amiſſæ res 78
Animalia immunda, quæ 51
de Apoſtatis 61
Area tabernaculi 11 Aſyla 68
Auium fœtus 60

B

de Bello, & illius iure 70
Benedicere 16
Blaſphemi & blaſphemiæ 64

C

Cadauer humanum 54
Calendæ & ſacrificium calendarum 29
Candelabrum 11
Ceremonialis legis finis. 1. vbi 7. 8. & ſeq.
Cibi ſanctificati 45
Cibi mundi qui 50
Cibi immundi qui 50. 51
Circumciſio 59
Coitus præter naturam 74
Coitus honeſtus 75
Commodatum 82
Concha 10
Coniugiũ pontificis maximi, & ſacerdotũ 44
Connubiales leges de mundo coitu 75
Conſecratio Leuitarum 27
Conſecratio pontificis 24
Contractus varij 79. 80. 81

D

Decimæ 37
Depoſitum 82
de Diuinis 63
Diuortium 75
Docere 15

E

Expiationis feſtum 35
de Extraneis iniuria non afficiendis 77

F

Feſta tria maxime ſolennia 29
Feſtum clangoris 34
Feſtum expiationum 35
Feſtum Paſchæ 29
Feſtum Pentecoſtes 32
Feſtum tabernaculorum 33
Fœdera & eorum iura vt ſeruari debeant 64
Fœnus 80
Fructus vt colligi debeant 79
Furtum & illius pœna 76

H

Habitatio Leuitarum 27
Habitus ſacerdotum 12
de Hæredibus & eorum iure 82
de Hæreditatibus, & ad quos deferantur 82. 83
Holocauſtorum varii ritus 16. 17
Homicidium voluntarium, & illius pœna 67

I

de Idololatris 61
Idololatria abolenda 62
Ignis iugis 16
Immundi homines qui 49. 53. 54. 55
de Immundis perſonis leges 49
Incendium 79
Inceſtus 71
Iniuria atrox 69
Iſraelitarum luctus veſtitus, & honeſtas in reliquis rebus 60
Iubileum 40
de Iudiciis corruptis 78
Iuge & quotidianum Sacrificium 28
de Iure belli 70

L

Legis diuinæ partitio generalis 1. in Moralem, Ceremonialem, Politicam, ſiue Iudicialem 1
Legis commendatio 85
In genere ibid.
A præſtantia ipſius legiſlatoris ibid.
A præſtantia Legum ipſarum 88
A promiſſionibus Legis ibid.
A minis Legis 91
Lepra 55. & illius varia genera & curatio 55. 56
Leuitarum delectus 13. ætas, ibid.
Leuitarum habitatio 27
Leuitarum conſecratio ibid.
Leuitarum munus ibid.
Leuitarum munus in docendo 47. in offerendo 48
de Loco Sancto 7
Lucernæ 23
Luctus Iſraëlitarum 60
Luctus Pontificis maximi ex ſacerdotum 44

M

de Magiſtratibus & eorum authoritate 65
Materia & ſtructura Tabernaculi. 8
Menſa 11
Menſtruum 53
Mercenarii non fraudandi 77
Merces laboris 77
Minæ legis 91
Mixtura fugienda 60
Moralis Legis finis 1. Partitio 2. vbi 2. 3. 4. 5. 6
Morticina 52
Mutuum 79

N

Nazareatus votum 24

Digitized by Google

Nouales 39
Nuptiæ illicitæ 71
Nuptiæ inceſtuoſæ ibid.

O

Oblationum variæ leges 24.25.26.& ſeq.
Offerre 16

P

Pacificorum ritus 17
Panes propoſiti 23
Paſcha 29
Patria poteſtas 67
Paxilli in caſtris 60
Peccatum admiſſum ignorantia iuris,& ſacrificium pro eo 18
Peccatum admiſſum facti ignorantia 20
Peccatum admiſſum à prudente & ſciente quidem,non tamen per impietatem 21
de Pecude aberrante 78
Pentecoſte 32
Plagium 79
Pœnæ capitales in genere 67
Pœnæ non capitales 70
Pignus 80
Politicæ legis finis 1
Politicæ ſiue iudiciales leges vbi 61
Politicæ leges quæ ad primam tabulam pertinent 61.62.63.64
Politicæ leges ad ſecundam tabulam pertinẽtes 65.66.67.68
Politicæ legis ſanctio 84
Pondera 78
Pontificis maximi conſecratio 24
Pontificis maximi luctus 44
Pontificis maximi coniugium ibid.
Pontifici maximo vini vſus quando interdictus ibid.
Præceptum Primum Legis 2
Præceptum Secundum Legis 2.& 3
Præceptum Tertium Legis 4
Præceptum Quartum Legis ibid.
Præceptum Quintum Legis 5
Præceptum Sextum ibid.
Præceptum Septimum Legis 5
Præceptum Octauum Legis 6
Præceptum Nonum 6
Præceptum Decimum ibid.
Præfatio Legis 2
Primitiæ 37
Primogenita 29
Promiſſiones Legis 88
de Pſeudoprophetis 63

R

Racematio relinquenda 79
Redemptio votorum 41
Ritus ſacrificiorum varij 17.18.& ſeq.

S

Sabbatharium ſacrificium iuge 28
Sabbathum iubileum 40
Sabbathum ſeptenne ibid.
Sabbathi violati pœna 64
Sacerdotes, & eorum habitus 12
Sacerdotum functio & munus fuit in Docendo 14.15. Benedicendo 16. Offerendo ſiue ſacrificando ibid.
Sacerdotum leges propriæ quædam 43
Sacerdotum coniugium 44
Sacerdotum luctus ibid.
Sacerdotibus vini vſus quando interdictus ib.
Sacrificiorum leges,& ritus varij 16.17.18
Sacrificium pro peccato ſpeciale 21
Sacrificiorum appendices ibid.
Sacrificia 28
Sacrificium iuge & quotidianum ibid.
Sacrificium Sabbathorum iuge ibid.
Sacrilegium & illius pœna 76
Sanguis 50
Scortatio 72.& illius variæ ſpecies 73.74
Seminis fluxus 53
Septenne Sabbathum 40
Seruus fugitiuus 79
Sodomia 74
Solennitates Iudæorum præcipuæ 29
Stuprum 73
Suffitus 23
Summa Legis 6

T

Tabernaculi inſtrumentum & ſuppellex 10.11.12.& ſeq.
Tabernaculi vnctio 27
Tabernaculorum feſtum 33
Tabulæ primæ præcepta 2.3.4
ad Tabulam primam politicæ leges pertinentes 61.62.63.64
Tabulæ poſterioris præcepta 5
ad Tabulam ſecundam politicæ leges pertinentes 65.66.67
Tabernaculi materia 8
Tabernaculi concha 10
de Termino moto 78
de Teſtibus 84
Tubæ 28.& earum feſto 34

V

Vacca ruffa, & quæ ex ea fiebat expiatio 59.
Venditio & emptio 80 & illarum leges 81
Veſtitus Iſraelitarum 60
Victimæ quæ legitimæ 16
Vini vſus quibus & quando ſacerdotibus interdictus 44
Vnctio altaris & tabernaculi 27
Voluntarium caſuale ſiue non voluntariũ 68
Votum Nazareatus 42
Votorum lex in genere 40
Votorum redemptio 41
Vouere qui poſſint ibid.
Voueri quæ poſſint ibi.
Vſura 80

Z

Zelotypia 73

FINIS.

LEX DEI, MORALIS, CEREMONIALIS, ET CIVILIS;

EX LIBRIS MOSIS EXCERPTA; & in certas claſſes diſtributa,

A

THEODORO BEZA VEZELIO.

LEX domini Dei noſtri, per Moſen populo ſuo tradita, partim eſt ἠθικὴ, *partim* ἱερατικὴ, *partim* πολιτική. Ἠθικὴ *quomodo vnumquenq; tum erga* DEVM *in primis, tum erga proximum affectum eſſe oporteat, oſtendit. Ideoq; vt nos in nobis ipſis damnati adiudicat, propter adiunctas aduerſus eos comminationes, qui vel in minimo apice eam fuerint tranſgreſſi: ita nos in Chriſto, qui factus nobis iuſtitia, pleniſſimè pro nobis eam implendo, ſimul quoq; pœnas luit nobis debitas, adeò non lædit, vt contra in Chriſto fide apprehenſo, ab eius condemnatione abſoluti, coronã ſimus adepturi, quam ſui obſeruatoribus promittit, & ipſa nobis per Spiritum Euangelij ſanctificatis, iter bonæ rectæque viæ præmonſtret:*

Ἱερατικὴ *cultus interioris quẽ* DEO *debemus, veluti pictura quædam externis ſenſibus obiecta, præterquam quòd exercuit Iſraelitas in externa veræ religionis profeſſione, exhibuit populo* DEI, *ſub ipſius pædagogia conſtituto, veram imaginem tum damnationis, quam omnes homines propter* ἠθικῆς *legis tranſgreſſionem merentur, tum eius liberationis, quæ à venturo Meſſia expectabatur.*

Πολιτικὴ *oſtendit quis ſit* τῆς ἠθικῆς *vſus in communi hominum ſocietate, & aduerſus tranſgreſſores eius magiſtratum armat.*

Iſtæ verò leges ſparſim, vt ſunt variis temporibus & locis à DEO *traditæ: ſic etiam à Moſe non eodem tenore deſcriptæ, mihi videntur non incommodè in hæc capita diſtribui, & quaſi in vnum corpus componi poſſe.*

Digitized by Google

TA' H'ΘIKA', BINIS TABVLIS DESCRIPTA, continent decem præcepta, hoc ordine:

PRIMVM CVM PRÆFATIONE *prioris tabulæ præceptum.*

Exod. cap. xx. verſ. 1.

LOquutúſq; eſt Deus omnia verba
iſta, dicendo,
2 Ego Iehouáh Deus tuus, qui e-
duxi te è terra Miſráim, è domo ſeruo-
rum.
3 Non erunt tibi dij alieni coram me.

Deut. cap. v. verſ. vi.

EGo Iehouáh Deus tuus qui eduxi te
è terra Ægypti, è domo ſeruorum.
7 Non erunt tibi dij alij coram me.
Cap. 6. v. 4. Audi Iſraél Iehouáh Deus noſter,
Iehouáh vnus eſt.
Cap. 6. v. 12. Caue tibi ne obliuiſcaris Iehouæ,
q eduxit te è terra Ægypti, è domo ſeruorũ.
Cap. 13. v. 14. Quum autem interrogauerit te fi-
lius tuus cras, dicendo, Quid hoc? tum dices
ad eum, In fortitudine manus eduxit nos Ie-
houáh ex Miſráim è domo ſeruorum.
15 Et fuit, quum induraſſet ſe Paròh quominus
dimitteret nos, occidit Iehouáh omne pri-
mogenitum in terra Miſráim à primogenito
hominis vſq; ad primogenitum animalis: id-
circo ego ſacrifico Iehouæ omnem apertio-
nem vuluæ ſexus maſculini: omne autẽ pri-
mogenitum filiorum meorum redimo.

SECVNDVM PRÆCEPTVM.

Exod. cap. xx. verſ. iv.

NOn facies tibi ſculptile, neque
vllam ſimilitudinem *eorum* quę
ſunt in cælo ſurſum, neque *eorum*
quæ in terra deorſum, neq; *eorum*
quæ in aquis ſubter terram.
5 Non incuruabis te eis, neq; co-
les ea: ego enim Iehouáh Deus
tuus, Deus zelotes, viſitans ini-
quitatem patrum ſuper filios, in
tertiam & quartam *generationem*
odio habentibus me.
6 Et faciens miſericordiam mil-
libus diligentibus me, & cuſto-
dientibus præcepta mea.
& 22 Dixitq; Iehouáh ad Moſéh,
Sic dices filiis Iſraél, Vos vidiſtis
quòd è cælo loquutus ſum vobiſ-
cum.
23 Ne *ergo* faciatis mecum deos ar-
genteos, neq; deos aureos: non
facietis *inquam* vobis.
Cap. 23.

Leuit. cap. xix. verſ. iv.

NE cõuertatis vos
ad idola, neque
deos fuſiles facia-
tis vobis: ego Ie-
houáh Deꝰ veſter.
Cap. 26. v. 1. Non fa-
cietis vobis idola
& ſculptile, & ſta-
tuam non erigetis
vobis, neq; lapidẽ
pictum ponetis in
terra veſtra vt in-
curuetis vos ei: e-
go enim Iehouáh
Deus veſter.
Cap. 18. v. 20. Et è ſe-
mine tuo ne des
vt tranſire facias:
idolo Mólech, neq;
polluas nomẽ Dei
tui: ego Iehouáh.

Deut. cap. iv. verſ. xii.

ET loquutus eſt Iehouáh ad
vos è medio ignis: vocem
verborum vos audiebatis, at
imaginem *vllam* non videba-
tis præter vocem.
13 Et renuntiauit vobis pactum
ſuum quod præcepit vobis vt
faceretis, decem verba, & ſcri-
pſit illa in duabus tabulis la-
pideis.
14 Mihi quoque præcepit Ieho-
uáh eodem tempore vt doce-
rem vos ſtatuta & iudicia, vt
faceretis ea in terra ad quam
tranſitis vt poſſideatis eam.
15 Cauete ergo diligenter ani-
mabus veſtris (non enim vi-
diſtis vllam imaginem die quo
loquutus eſt Iehouáh ad vos
in Horéb è medio ignis)
16 Ne fortè corrumpatis *vias ve-
ſtras*, & faciatis vobis ſculpti-

Digitized by Google

Cap. 23. v.24. Non adorabis
deos eorum, neque coles eos,
neque facies ſecundum operá
eorum : ſed deſtruendo de-
ſtrues eos, & confringēdo cō-
fringes ſtatuas eorum.
Cap. 34. v.14. Non enim incur-
uabis te deo alteri : nam Ie-
houáh Zelotes nomen eius,
Deus zelotes eſt.
& 17 Deos conflatiles non fa-
cies tibi.

le, *aut* imaginem vllius ſimulachri, *id eſt* effigiem maſculi
aut fœminæ :
17 Effigiem cuiuſcunque animalis quod in terra *degat*, ef-
figiem cuiuſcunque volucris alatæ quæ volet per cælum:
18 Effigiem cuiuſcunque repentis in terrá, effigiem cuiuſ-
cunque piſcis qui in aqua *degat* ſub terra :
19 Néve attollas oculos tuos in cælum; vt videas ſolem,
& lunam, & ſtellas, omnem militiam cæli, & impellaris,
& incurues te illis, coláſque ea, quæ diſtribuit Iehouáh
Deus tuus omnibus populis ſub toto cælo.
20 Vos autem tulit Iehouáh; & eduxit vos è fornace fer-
rea, ex Ægypto, vt ſitis ei in populum hæreditatis, ſicut
die iſta.
21 At Iehouáh iratus eſt in me propter verba veſtra, iura-
uítque quòd non tranſirem Iardén, neque ingrederer
terram optimam quam Iehouáh Deus tuus dat tibi *in* hæreditatem.
22 Ego enim morior in terra iſta, neque tranſeo Iardén : vos autem tranſitis, & poſſidebitis
terram optimam iſtam.
23 Cauete *ergo* vobis ne fortè obliuiſcamini pacti Iehouæ Dei veſtri quod pepigit vobiſcum,
& faciatis vobis ſculptile, *aut* imaginem cuiuſcunque rei, ſicut præcepit tibi Iehouáh Deus
tuus.
24 Nam Iehouáh Deus tuus ignis conſumens eſt, Deus zelotes.
Cap. 5. v.8. Non facies tibi ſculptile *vllum, aut* vllam imaginem *eorum* quæ ſunt in cælo ſur-
ſum, & *eorum* quæ in terra deorſum, & *eorum* quæ in aquis ſubter terram.
9 Non incuruabis te eis, neque coles ea : ego enim Iehouáh Deus tuus, Deus zelotes, viſitans
iniquitatem patrum ſuper filios & in tertiam & in quartam generationem iis qui odio ha-
bent me :
10 Et faciens miſericordiam millibus iis qui diligunt me, & ſeruant præcepta mea.
Cap. 6. v.14. Non ambulabitis poſt deos alios, è diis populorum qui ſunt in circuitibus
veſtris :
15 (Deus enim zelotes Iehouáh Deus tuus in medio tui eſt) ne fortè iraſcatur furor Iehouæ
Dei tui in te, & diſperdat te de ſuperficie terræ.
16 Non tentabitis Iehouam Deum veſtrum, quemadmodùm tentaſtis in Maſſa.
Cap. 7. v.25. Sculptilia deorum ipſorum combures igni : non concupiſces argentum & au-
rum *quæ ſunt* ſuper ea, & capias tibi : ne illaquees te in illo : abominatio enim Iehouæ Dei
tui eſt.
26 Neque introduces abominationem in domum tuam, & ſis anáthema ſicut illud: deteſtan-
do deteſtaberis illud, & abominando abominaberis illud, quia eſt anáthema.
Cap. 8. v.19. Quòd ſi obliuiſcendo oblitus fueris Iehouæ Dei tui, & ambulaueris poſt deos
alienos, colueríſque eos, & incuruaueris te eis, teſtor contra vos hodie quòd pereundo per-
ibitis.
20 Sicut gentes quas Iehouáh perditurus eſt à facie veſtra, ſic peribitis, eo quòd non parueri-
tis voci Iehouæ Dei veſtri.
Cap. 11. v.16. Cauete ergo vobis ne fortè ſeducatur cor veſtrum & recedatis, colatíſque deos
alienos, & incuruetis vos eis :
17 Vnde iraſcatur furor Iehouæ in vos, & claudat cælos, ac non ſit pluuia, neque terra det fru-
ctuum ſuum, pereatíſque celeriter è terra optima, quam Iehouáh dat vobis.
Cap. 12. v.29. Quum exciderit Iehouáh Deus tuus gentes ad quas tu pergis vt poſſideas eas
à facie tua, & poſſederis eas, habitaueríſque in terra earum :
30 Caue tibi ne illaquees te *eundo* poſt eas, poſtquam perierint à facie tua : ne inquiras de diis
earum, dicendo, Quomodo colebant gentes illæ deos ſuos : & faciam ſic etiam ego.
31 Non facies ſic Iehouæ Deo tuo : quia omnem abominationem Iehouæ quam odit, fece-
runt diis ſuis : nam etiam filios ſuos & filias ſuas comburebant igni diis ſuis.
32 Quicquid ego præcipio vobis, cuſtodietis vt faciatis : non addes ad illud, neque diminues
ex eo.
Cap. 16. v.21. Non plantabis tibi lucum quarumcunque arborum apud altare Iehouæ Dei
tui, quod facies tibi.
22 Neque eriges tibi ſtatuam : id quod odio habet Iehouáh Deus tuus.

Digitized by Google

TERTIVM PRAECEPTVM.

Exod. cap. XX. *verſ.* VII.

NOn aſſumes nomen Iehouæ Dei tui in vanum: quia non inſontem habebit Iehouáh eum qui aſſumpſerit nomen eius in vanum.

CAP.23. V.13. Et in omnibus quæ dixi vobis, cauti eritis. Neque nomen deorum aliorum memorabitis, non audietur in ore tuo.

Leu. cap. XIX. *verſ.* XII.

ET non iurabitis in nomine meo mendaciter, neq; polluas nomen Dei tui: ego Iehouáh.

Deut. cap. V. *verſ.* XI.

NOn aſſumes nomen Iehouæ Dei tui in vanum: non enim Iehouáh inſontem habebit eum qui acceperit nomen eius in vanum.

CAP.6. V.13. Iehouam Deum tuum timebis, & ipſum coles, ac per nomen eius iurabis.

CAP.10. V.20. Iehouam Deum timebis, illum coles, illíque adhærebis, & per nomen eius iurabis.

QVARTVM PRÆCEPTVM.

Exod. cap. XX. *verſ.* VIII.

REcordare diei Sabbathi, vt ſanctifices illum.
9 Sex diebus operaberis, & facies omne
opus tuum.
10 At die ſeptimo ſabbathum *erit* Iehouæ Deo tuo: non facies vllum opus
neq; tu, neq; filius tuus, neq; filia tua,
neq; ſeruus tuus, neq; ancilla tua, neq;
animal tuum, neque peregrinus tuus
qui eſt in portis tuis.
11 Sex enim diebus fecit Iehouáh cælum
& terram, mare, & quæcunque *ſunt* in
eis: & requieuit die ſeptimo: idcirco
benedixit Iehouáh diei Sabbathi, &
ſanctificauit eum.

CAP.23. V.12. Sex diebus facies opera tua, die autem ſeptimo quieſces: vt côquieſcat bos tuus, & aſinus tuus, & reſpiret filius ancillæ tuæ, & peregrinus.

CAP.31. V.12. Dixit præterea Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
13 Et tu loquere ad filios Iſraél, dicendo,
Veruntamen Sabbatha mea cuſtodietis: quia ſignum eſt inter me & vos in
generationibus veſtris, vt ſciatis quòd
ſum Iehouáh ſanctificans vos.
14 Cuſtodietis igitur Sabbathum, quia
ſanctitas eſt vobis: quiſquis profanauerit illud, moriendo morietur: quia
omnis faciens in eo opus, excidetur anima ipſa è medio populorum ſuorũ.

Leuit. cap. XIX. *verſ.* III.

SAbbatha mea ſeruate: ego Iehouáh
Deus veſter.
30 Sabbatha mea obſeruabitis, & ſanctuarium meum
metuetis: ego Iehouáh.

CAP.23. V.3. Sex diebus fiet opus: die autẽ ſeptimo ſabbathũ quietis eſt, celebritas Sancta, nullum opus facietis: ſabbathum eſt Iehouæ in cunctis habitationib' veſtris.

CAP.26. V.2. Sabbatha mea cuſtodite, & ſanctuariũ meũ timete: ego Iehóuáh.

Deuter. cap. V. *verſ.* XII.

OBſerua diẽ Sabbathi, vt ſanctifices eum, quemadmodum præcepit tibi Iehouáh Deus
tuus.
13 Sex diebus operaberis,
& facies omne opus tuũ:
14 Die autẽ ſeptima Sabbathum *erit* Iehouæ Dei
tui: non facies vllum opus, tu, neq; filius tuus,
neq; filia tua, neque ſeruus tuus, neque ancilla
tua, neque bos tuus, neque aſinus tuus, neque
vllum iumentum tuum,
neque peregrinus tuus
qui *habitauerit* intra portas tuas: vt requieſcat
ſeruus tuus & ancilla tua
ſicut tu.
15 Et memineris quòd ſeruus fueris in terra Ægypti, & eduxit te Iehouáh
Deus tuus inde in manu
valida & brachio extento: idcirco præcepit tibi
Iehouáh Deus tuus vt
faceres diem Sabbathi.

15 Sex diebus fiet opus, at die ſeptimo Sabbathum ceſſationis eſt, ſanctitas Iehouæ: quicunq;
fecerit opus die Sabbathi, moriendo morietur.
16 Obſeruabunt itaque filij Iſraél Sabbathum, obſeruando ipſum in generationibus ſuis: pactum eſt perpetuum.
17 Inter me & filios Iſraél ſignum eſt in perpetuum: quia ſex diebus fecit Iehouáh cælos &
terram, die autem ſeptimo ceſſauit & requieuit.

CAP.34. V.21. Sex diebus operaberis, at die ſeptimo ceſſabis: in aratione & in meſſe ceſſabis.

CAP.35. V.3. Non accendetis ignem in omnibus habitaculis veſtris diẽ ſabbathi.

Digitized by Google

PRIMVM POSTERIORIS TABVLÆ Præceptum.

Exod. cap. xx. verſ. xii.

HOnora patrem tuum & matrem tuam: vt prolongentur dies tui ſuper terram, quàm Iehouáh Deus tuus dat tibi.
Cap. 22. v. 28. Iudicibus non maledices, neque principi in populo tuo maledices.

Leuit. cap. xix. verſ. iii.

QVíſque matrem ſuam; & patrem ſuum timeat.
& 32 Ante canitiem aſſurge, & honora faciem ſenis, metuáſque Deum tuum: ego Iehouáh.

Deuter. cap. v. verſ. xvi.

HOnora patrem tuũ & matrem tuam, quemadmodum præcepit tibi Iehouáh Deus tuus, vt prolongentur dies tui, & vt bene ſit tibi ſuper terram, quàm Iehouáh Deus tuus dat tibi.

SECVNDVM PRAECEPTVM.

Exod. cap. xx. verſ. xiii.

NOn occides.

Leuit. cap. xix. verſ. xiv.

NOn maledices ſurdo, & coram cæco non pones offendiculum: ſed timebis *tibi* à Deo tuo: ego Iehouáh.
& 17 Ne odio habeas fratrem tuum in corde tuo: *ſed* corripiendo corripies proximum tuum, neque impinges illi crimen.
18 Non vlciſceris te, neque reſeruabis *odium* contra filios populi tui: ſed diliges proximum tuum ſicut teipſum: ego Iehouáh.

Deut. cap. v. verſ. xvii.

NOn facies homicidium.

TERTIVM PRAECEPTVM.

Exod. cap. xx. verſ. xiv.

NOn committes adulterium.

Leuit. cap. xviii. verſ. xx.

VXori proximi tui nõ dabis cõcubitum tuum in ſemine, vt polluaris cum ea.
22 Cum maſculo autem ne concumbas concubitu mulieris: abominatio eſt.
23 Et cum nullo animali dabis coitum tuũ, vt polluaris cũ eo: neq; mulier ſtabit ante animal vt coëat cũ eo: turpido eſt.
24 Ne polluamini in omnibus his: per hæc enim omnia polluerunt ſe Gentes quas ego eiecturus ſum à facie veſtra.
25 Polluta nanque eſt terra, & viſitaui iniquitatem eius ſuper eam, euomuítque terra habitatores ſuos.
26 Cuſtodite itaque vos ſtatuta mea, & iudicia mea, & ne faciatis *aliquam* ex omnibus abominationibus iſtis, *tam* indigena, quàm peregrinus qui peregrinatur in medio veſtri:
27 (Omnes enim abominationes iſtas fecerunt homines terræ qui *fuerunt* ante vos, & polluta fuit terra)
28 Et non euomet vos terra quòd contaminaueritis eam, quemadmodum euomuit gentem quæ fuit ante vos?
29 Quiſquis enim fecerit *aliquam* ex omnibus abominationibus iſtis: tunc animæ quæ fecerint *talia*, excidentur è medio populi ſui.
30 Cuſtodite itaq; cuſtodiã meã, ne faciatis *aliqua* è ſtatutis abominationũ quę facta ſunt ante vos, neq; polluatis vos in

Deut. cap. v. verſ. xviii.

NEq; adulteriũ committes.
Cap. 23. v. 17. Non erit meretrix è filiabus Iſraél, neque erit ſcortum maſculum è filiis Iſraél.

Digitized by Google

illis: ego Ichouáh Deus veſter.

CAP.19. v.29. Ne poliuas filiam tuam proſtituendo eam, neq; fornicetur terra, & impleatur ipſa ſcelere.

QVARTVM PRÆCEPTVM.

Exod. cap.xx. verſ.xv.

NOn furaberis.

CAP.22. v.21. Et peregrino non inferes vim, nec opprimes eum: quia peregrini fuiſtis in terra Ægypti.

22 Nullam viduam, aut pupillũ affligetis.

23 Si affligendo afflixeris eum: quia ſi clamãdo clamauerit ad me, audiendo audiam clamorem eius,

24 Iraſceturque furor meus, & occidam vos gladio, eruntque vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli.

Leuit. cap.xix. verſ.xi.

NOn furabimini, & non negabitis, neq; mentiemini quiſque in proximum ſuum.

13 Non vim inferes proximo tuo neque rapies. Non morabitur opus mercenarij apud te vſque mane.

&33 Si autem peregrinatus fuerit tecum peregrinus in terra veſtra, non opprimetis illum.

34 Tanquã indigena ex vobis, erit vobis peregrinus qui peregrinatur apud vos, & diliges eũ ſicut teipſum: quia & *vos* peregrini fuiſtis in terra Ægypti: ego Ichouáh Deus veſter.

Deuter. cap.v. verſ.xix.

NEc furaberis.

QVINTVM PRÆCEPTVM.

Exod. cap.xx. verſ.xvi.

NOn loqueris aduerſus proximum tuum teſtimonium mendacij.

CAP.23. v.1. Non aſſumes rumorẽ falſum mendacij: ne ponas manum tuam cum impio, vt ſis teſtis mendax.

2 Non eris poſt multos ad mala, neq; ſpondebis in cauſa, vt declines poſt multos ad peruertendum *iudicium*.

7 A ſermone falſo recedes, neque innocentem & iuſtum occides: quia non iuſtificabo impium.

Leu. cap.xix. verſ.xvi.

NOn incedes fraudulenter in populis tuis. Non ſtabis cõtra ſanguinem proximi tui: ego Ichouáh.

17 Ne odio habeas fratrẽ tuum in corde tuo: ſed corripiendo corripies proximum tuum, neque impinges illi crimen.

Deut. cap.v. verſ.xx.

NEq; dices in proximum tuum teſtimonium falſum.

SEXTVM PRÆCEPTVM.

Exod. cap.xx. verſ.xvii.

NOn concupiſces domum proximi tui, non concupiſces vxorem proximi tui, neque ſeruum eius, neque ancillam eius, neq; bouem eius, neq; aſinum eius, neque quicquam *eorum quæ ſunt* proximi tui.

Deu. cap.v. verſ.xxi.

NEque concupiſces vxorem proximi tui, nec concupiſces domum proximi tui, agrum eius, aut ſeruum eius, aut ancillam eius, bouem eius, aut aſinũ eius, *ne*que quicquam eorum quæ ſunt proximo tuo.

SVMMA VTRIVSQVE TABVLÆ.

Leuit. cap.xix. verſ.xviii.

NOn vlciſceris te, neque reſeruabis *odium* contra filios populi tui: ſed diliges proximum tuũ ſicut teipſum: ego Ichouáh.

Deut. cap.vi. verſ.v.

DIliges ergo Ichouam Deum tuum toto corde tuo, & tota anima tua, & tota fortitudine tua.

Digitized by Google

TA' IERATIKA' COMMODE MIHI videntur ad hæc capita poſſe reuocari.

DE LOCO SANCTO.

Exod. cap. xx. verſ. xxiv.

ALtare terreum
facies mihi, &
ſacrificabis ſu-
per illud holo-
cauſta tua, & pacifi-
ca tua, pecudes
tuas, & boues tuos:
in omni loco in
quo meminiſſe fe-
cero nominis mei,
veniam ad te, & be-
nedicam tibi.
25 Quòd ſi altare la-
pidum feceris mihi,
non ædificabis eos
excíſos: quia *ſi* gla-
dium tuum eleua-
ueris ſuper illum,
pollues illum.

Leuit. cap. xvii. verſ. i.

LOquutus eſt prætereà Iehouáh
ad Moſéh, dicendo,
2 Loquere ad Aharón & ad fi-
lios eius, & ad omnes filios
Iſraël, dícque illis, Iſtud eſt verbũ
quod præcepit Iehouáh, dicẽdo,
3 Quicunque de domo Iſraël ma-
ctauerit bouem, aut agnum, aut
capram in caſtris, aut qui macta-
uerit extra caſtra:
4 Et ad oſtium tabernaculi eccleſię
non adduxerit eum, vt offerat
oblationem Iehouæ, coram ta-
bernaculo Iehouæ; ſanguis im-
putabitur viro illi: *nam* ipſe ſan-
guinem fudit, excidetúrq; vir il-
le è medio populi ſui:
5 Vt afferant filij Iſraël ſacrificia ſua
quæ mactaturi ſunt in ſuperficie
agri, vt afferant inquam illa Ie-
houæ ad oſtium tabernaculi ec-
cleſiæ ad ſacerdotem, & ſacrificẽt
illi ſacrificia pacificorum Ieho-
uæ.
6 Spargétque ſacerdos ſanguinem
ad altare Iehouæ, ad oſtium ta-
bernaculi eccleſiæ, & adolebit a-
dipem in odorem quietis Iehouę.
7 Et non ſacrificabunt vltrà ſacri-
ficia ſua dæmonibus cum quibus
fornicantur: ſtatutum perpetuũ
erit hoc illis in generationibus
eorum.
8 Dices prætereà illis, Quicunque
è domo Iſraël, aut de peregrinis
qui peregrinantur in medio ve-
ſtri, obtulerit holocauſtum aut
ſacrificium:
9 Et ad oſtium tabernaculi eccle-
ſiæ non adduxerit illud ad faciẽ-
dum illud Iehouæ, tunc excide-
tur vir ille è populis ſuis.

Deut. cap. xii. verſ. v.

SEd locum quem elegerit Ie-
houáh Deus veſter de cun-
ctis tribubus veſtris, vt po-
nat nomen ſuum ibi, vt ha-
bitet ipſe, requiretis, & venie-
tis illuc.
6 Et adducetis eò holocauſta
veſtra, & ſacrificia veſtra, &
decimas veſtras, & oblationẽ
manus veſtræ, & vota veſtra,
& ſpontanea veſtra, & primo-
genita boum veſtrorum, & o-
uium veſtrarum.
7 Comedetíſque illic coram Ie-
houa, Deo veſtro, & lætabi-
mini in omni re ad quam mi-
ſeritis manum veſtram, vos &
domus veſtræ, in quibus be-
nedixerit tibi Iehouáh Deus
tuus.
8 Non facietis iuxta omnia quę
nos facimus hîc hodie, ſinguli
quicquid rectum *eſt* in oculis
ſuis.
9 Non enim veniſtis hucuſque
ad requiem & hæreditatem
quam Iehouáh Deus tuus dat
vobis.
10 Sed tranſibitis Iardén, & ha-
bitabitis in terra quàm Ieho-
uáh Deus veſter dat vobis
poſſidendam iure hæredita-
rio, & requiem dabit vobis ab
omnibus inimicis veſtris in
circuitu, & habitabitis confi-
denter.
11 Tunc *ad* eum locum quem
elegerit Iehouáh Deus veſter,
vt habitare faciat nomẽ ſuum
illic, conferetis omnia quæ e-
go præcipio vobis, holo-
cauſta veſtra, & ſacrificia ve-
ſtra: decimas veſtras, & obla-
tiones manus veſtræ, & omne
quod precipuum eſt in votis veſtris quæ vouebitis Iehouæ.
12 Et lætabimini coram Iehoua Deo veſtro, vos & filii veſtri & filiæ veſtræ, & ſerui veſtri & an-
cillæ veſtræ, & Leuitæ qui fuerint intra portas veſtras: quia non eſt ei portio & hæreditas
vobiſcum.
13 Caue tibi ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris.

Digitized by Google

14 Sed in loco quem elegerit Iehouáh, in vna tribuum tuarum, ibi offeres holocauſta tua, ibiq;
facies omnia quæ ego præcipio tibi.
15 Tantummodo in omni deſiderio animæ tuæ mactabis, & comedes carnes iuxta benedictio-
nem Iehouæ Dei tui, quam dederit tibi intra omnes portas tuas: immundus & mundus co-
medet eas, ſicut capream & ceruum.
16 Veruntamen ſanguinem non comedetis; ſuper terram effundetis illum inſtar aquæ.
17 Non poteris comedere intra portas tuas decimam frumenti tui, & vini tui, & olei tui, & pri-
mogenita boum tuorum, & pecudum tuarum, & omnia vota tua quæ voueris, & ſpontanea
tua, & oblationes manus tuæ:
18 Sed coram Iehoua Deo tuo comedes illa, in loco quem elegerit Iehouáh Deus tuus, tu &
filius tuus & filia tua, & ſeruus tuus & ancilla tua, & Leuita qui eſt intra portas tuas: & læta-
beris coram Iehoua Deo tuo in omni re ad quam miſeris manum tuam.
19 Caue *autem* tibi ne derelinquas Leuitam omnibus diebus tuis ſuper terram tuam.
20 Quum dilatauerit Iehouáh Deus tuus terminum tuum, quemadmodum loquutus eſt ti-
bi, & dixeris, Comedam carnem: quòd concupiſcat anima tua veſci carnibus, iuxta omne
deſiderium animæ tuæ comedes carnes.
21 Quum longinquus fuerit à te locus quem elegerit Iehouáh Deus tuus: vt ponat nomen
ſuum ibi, mactabis de bobus tuis, & de pecudibus tuis, quas dederit Iehouáh tibi, quemad-
modum præcepi tibi, & veſcêris in portis tuis ſecundum omne deſiderium animæ tuæ.
22 Certè quemadmodum comeditur caprea & ceruus, ſic comedes illas: immundus & mun-
dus pariter veſcentur illis.
23 Tantum roborare vt non comedas ſanguinem: quia ſanguis eſt anima, & non comedes ani-
mam vnà cum carnibus ſuis.
24 Non comedes illum, *ſed* in terram effundes illum inſtar aquæ.
25 Non veſcêris illo, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te, quum feceris quod rectum eſt in ocu-
lis Iehouæ.
26 Verùm ſanctificata tua quę fuerint tibi, & vota tua tolles, vt venias ad locum quem elegerit
Iehouáh:
27 Et facies holocauſta tua carnem et ſanguinem ſuper altare Iehouæ Dei tui: ſanguis autem
aliorum ſacrificiorum tuorum fundetur ſuper altare Iehouæ Dei tui, & carnes comedes.
28 Cuſtodi, & audi omnia verba iſta quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te
vſque in ſæculum, quum feceris quod bonum eſt & rectum in oculis Iehouæ Dei tui.

DE MATERIA ET STRVCTVRA Tabernaculi.

Exod. cap. xxv. verſ. 1.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh, dicendo.
2 Loquere ad filios Iſraél vt accipiant mihi oblationem: ab omni viro cuius cor
voluntariè dederit illam, accipietis oblationem meam.
3 Iſta autem eſt oblatio quam capietis ab eis. Aurum & argentum, & æs,
4 Et hyacinthum, & purpuram, & vermiculum cocci, & byſſum, & *pilos* caprarũ.
5 Et pelles arietum rubricatas, & pelles taxorum, & ligna Sittím.
6 Oleum pro luminari, aromata pro oleo vnctionis & pro thymiamate aromatum.
7 Lapides onychinos, & lapides plenitudinum pro ephod & pro pectorali.
8 Et facient mihi Sanctuarium, vt habitem in medio eorum.
9 Omnino vt ego oſtendam tibi ſimilitudinem habitaculi & ſimilitudinem omnium vaſo-
rum eius, ſic facietis.
CAP. 26. v. 5. Tabernaculum verò facies è decem cortinis, è byſſo retorta, & hyacintho, & pur-
pura, & vermiculo cocci: Cherubim opere phrygionico facies.
2 Longitudo cortinæ vnius *erit* octo & viginti cubitorum: & latitudo cortinæ vnius, quatuor
cubitorum: menſura vna erit omnibus cortinis.
3 Quinq; cortinæ *erunt* coniunctæ altera cum altera, & quinque *aliæ* cortinæ coniunctæ altera
cum altera.
4 Facies quoque laqueolos hyacinthinos in ora cortinæ vnius in extremo in coniunctione:
& ſic facies in ora cortinæ extremæ, in coniunctione ſecunda.
5 Quinquaginta laqueolos facies in cortina vna, & quinquaginta laqueolos facies in extremo
cortinæ quæ eſt in coniunctione ſecunda: oppoſiti erunt laqueoli alter alteri.
6 Facies item quinquaginta vncinos aureos, & *ita* coniunges cortinas alteram cum altera
per vn-

Digitized by Google

per vncinos: atque *ita* fiet tabernaculum vnum.
7 Facies inſuper cortinas è pilis caprarum in tentorium ſuper tabernaculum: vndecim cortinas facies eas.
8 Longitudo cortinæ vnius, triginta cubitorum: & latitudo cortinæ vnius, quatuor cubitorum: menſa vna *erit* vndecim cortinis.
9 Et coniunges quinque cortinas ſeorſum, & ſex cortinas ſeorſum, & conduplicabis cortinam ſextam e regione faciei tentorii.
10 Facies autem quinquaginta laqueolos in ora cortinæ vnius in extremo in coniunctione, & quinquaginta laqueolos in ora cortinæ coniunctionis ſecundæ.
11 Facies item vncinos æreos quinquaginta, quos induces in laqueolos, & coniunges tentorium, & erit vnum.
12 Superfluitas autem quæ redundat in cortinis tentorii; *nempe* dimidium cortinæ redundantis, ſuperfluet à tergo tabernaculi.
13 Cubitúſque hinc & cubitus illinc, qui redundat in longitudine cortinarum tentorii, redundabit ſuper latera tabernaculi hinc & inde, vt tegat illud.
14 Facies etiam operimentum tentorio è pellibus arietum rubefactis, operimentum item è pellibus taxorum ſupernè.
15 Facies & tabulas tabernaculo è lignis Sittim ſtantes.
16 Decem cubitorum longitudo tabulæ: cubiti verò & dimidii latitudo tabulæ vnius.
17 Duo cardines erunt tabulæ vni, inſtar graduum ſcalæ diſpoſiti, alter e regione alterius: ſic facies omnibus tabulis tabernaculi.
18 Facies autem tabulas tabernaculo, viginti tabulas ad latus Meridianum ad Auſtrum.
19 Et quadraginta baſes argenteas facies ſub viginti tabulis, duas baſes ſub vna tabula, *pro* duobus cardinibus eius: & duas baſes ſub tabula altera *pro* duobus cardinibus eius.
20 In latere verò tabernaculi ſecundo ad plagam Aquilonis, viginti tabulas.
21 Et quadraginta baſes earum argenteas, duas baſes ſub vna tabula, & duas baſes ſub tabula altera.
22 Porrò in latere tabernaculi ad Occidentem, facies ſex tabulas.
23 Et duas tabulas facies angulis tabernaculi in latere occidentali.
24 Quæ erunt *quaſi* gemellæ infernè, & ſimul erunt *quaſi* gemellæ in faſtigio eius in circulum vnum: ſic erit de duabus illis: in duobus angulis erunt.
25 Erunt igitur octo tabulæ, & baſes earum argenteæ, ſexdecim baſes: duæ baſes *erunt* ſub tabula vna, & duæ baſes ſub tabula altera.
26 Facies etiam vectes è lignis Sittim, quinque tabulis *pro* latere tabernaculi vno:
27 Et quinq; vectes tabulis *pro* latere tabernaculi altero: & quinq; vectes tabulis *pro* latere tabernaculi, *pro* latere *inquam vergente* ad Occidentem.
28 Vectis autem medius per medium tabularum tranſibit ab extremo ad extremum.
29 Tabulas verò teges auro, atque annulos earum facies ex auro, per quos traiicientur vectes, cooperieſque vectes ipſos auro:
30 Et *ita* eriges tabernaculum ſecundum diſpoſitionem eius, quæ tibi oſtenſa eſt in Monte.
31 Facies & velum ex hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta: opere phrygionico faciet illud *cum figuris* Cherubim.
32 Et pones illud ſuper quatuor columnas Sittim obductas auro (vncini earum aurei) ſuper quatuor baſes argenteas.
33 Poneſque velum ſub vncinis, & introduces illuc intra velum arcam teſtimonii: diuidétque velum illud vobis inter Sanctum, & Sanctum ſanctorum.
34 Pones inſuper propitiatorium ſuper arcam teſtimonii in Sancto ſanctorum.
35 Pones quoq; menſam illam extra velum, & candelabrum e regione menſæ in latere tabernaculi ad Meridiem, & menſam pones in latere Aquilonis.
36 Et facies velum ad oſtium tabernaculi ex hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta opere acupictoris.
37 Velo autem facies quinq; columnas *ex* Sittim, quas teges auro, & vncini earum aurei: fundéſque eis quinq; baſes æreas.
CAP. 27. v. 9. Facies inſuper atriũ tabernaculi ad plagam Meridianam Auſtralem: cortinæ *erunt* atrio è byſſo retorta: centum cubitorum *erit* longitudo angulo vni.
10 Columnæ autem eius *erunt* viginti, & baſes earum viginti æreæ: capitella columnarum, & fila earum argentea.
11 Et ſic lateri Aquilonari in longitudine *erunt* cortinæ centum, & columnæ eius viginti, baſéſque earum viginti æreæ: capitella columnarum, & fila earum argentea.
12 Porrò *in* latitudine atrii ad latus occidentale, *erunt* cortinæ quinquaginta cubitorum, & columnæ earum *erunt* decem, & baſes earum decem.

Digitized by Google

13 In latitudine verò atrii in latere Orientali ad Orientem, quinquaginta cubiti *erunt*.
14 Quindecim autem cubitorum *erunt* cortinæ lateri *vni*, columnæ earum tres, baſéſque ea-
rum tres.
15 Lateri verò ſecundo quindecim cortinæ: columnæ earum tres, & baſes earum.
16 Et portæ atrii *diſponetur* aulæum viginti cubitorum ex hyacintho, & purpura, & vermiculo
cocci, & byſſo retorta, opere acupictoris: columnæ earum quatuor, baſéſque earum qua-
tuor.
17 Omnes columnæ atrii in circuitu cinctæ erunt argento: capitella verò earum *erunt* argen-
tea, & baſes earum æreæ.
18 Longitudo atrii *erit* centum cubitorum: & latitudo quinquaginta in quinquaginta: alti-
tudo autem, quinque cubitorum, ex byſſo retorta, & baſes earum æreæ.
CAP. 35. v. 4. Dixítq; Moſéh ad vniuerſam ſynagogam filiorum Iſrael, his verbis, Hoc eſt ver-
bum quod præcepit Iehouáh, dicendo,
5 Accipite à vobis oblationem Iehouæ: omnis ſpontaneus corde ſuo, afferet eam *oblationem*
Iehouæ, aurum, argentum, & æs,
6 Et hyacinthum, & purpuram, & vermiculum cocci, & byſſum, & caprarum *pilos*,
7 Et pelles arietum rubricatas, & pelles taxorum, & ligna Sittim,
8 Et oleum pro luminari, & arómata pro oleo vnctionis, & ad ſuffimentum aromaticum.

DE INSTRVMENTO TABERNAculi Concha.

Exod. cap. XXX. *verſ.* XVII.

LOquutus eſt præterea Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
18 Facies item concham æneam, & baſim eius æneam ad lauandum: ponéſque illam inter
tabernaculum eccleſiæ & altare: ac pones in ea aquam.
19 Lauabunt Aharón & filij eius ex ea manus ſuas & pedes ſuos.
20 Quando ingredientur tabernaculum eccleſiæ, lauabunt ſe aqua, & non morientur: aut
quum appropinquauerint ad altare vt miniſtrent, vt incendant oblationem ignitam Ie-
houæ.
21 Lauabunt inquam manus ſuas & pedes ſuos, ne moriantur: erítque illis ſtatutum perpe-
tuum, illi & ſemini eius per generationes ſuas.

ALTARE HOLOCAVSTORVM.

Exod. cap. XXVII. *verſ.* I.

FAcies & altare è lignis Sittím: quinq; cubitorum *erit* longitudo, & quinque cubitorum la-
titudo, quadratum erit altare: & trium cubitorum altitudo eius.
2 Huic facies cornua in quatuor angulis eius: ex ipſo erunt cornua eius, tegéſq; illud ære.
3 Facies præterea lebetes eius ad purgandum cinerem eius, & ſcopas eius, & crateras eius, &
tridentes eius, & receptacula eius: ómnia vaſa eius facies ex ære.
4 Facies illi & cribrum opere retis æreum: & in illo reti quatuor annulos in quatuor extre-
mitatibus eius.
5 Ponéſq; illud ſub ambitu altaris infernè, & erit rete illud vſque ad medium altaris.
6 Facies præterea vectes altari, vectes *inquam* è lignis Sittím, & coperies eos ære.
7 Inducentúrq; vectes eius in illos annulos: & erunt vectes illi in vtroque latere altaris, dum
portabitur illud.
8 Cauum tabulis facies illud: quemadmodum oſtendit tibi in monte, ſic facient.

ALTARE SVFFITVS.

Exod. cap. XXX. *verſ.* I.

FAcies & altare incenſi thymiamatis, ex lignis Sittím facies illud.
2 Cubitus longitudo eius, & cubitus latitudo eius, quadratum erit: & duo cubiti altitudo
eius, ex ipſo cornua eius.
3 Teges autem illud auro puro, tectum eius & parietes eius per circuitum, & cornua eius: fa-
ciéſque illi coronam auream per circuitum.

4 Duos

Digitized by Google

4 Duos prætereà annulos aureos facies ei infra coronam eius in duobus angulis eius, in vtroque latere eius, & per illos traiicientur vectes ad portandum illud cum eis.
5 Facies autem illos vectes ex lignis Sittím, & teges eos auro.
6 Et pones illud ante velum quod eſt iuxta arcam teſtimonii, ante propiciatorium quod eſt ſuper teſtimonium, vbi conueniam tecum.

CANDELABRVM.

Exod. cap. XXV. *verſ.* XXXI.

FAcies item candelabrum ex auro puro: ductile fiet candelabrum illud: haſtile eius: & calamus eius, ſcyphi eius, ſphærulæ eius, & flores eius ex ipſo erunt.
32 Et ſex calami egredientur è lateribus eius: tres calami candelabri ex latere eius vno, & tres calami *alii* candelabri ex latere eius altero.
33 Tres calyces in ſpeciem nucis amygdalinæ deformati *erunt* in calamo vno, ſphærula, & flos: & tres calyces in ſpeciem nucis amygdalinæ deformati in calamo altero, ſphærula, & flos: ſic de ſex calamis egredientibus è candelabro.
34 Et in candelabro *erunt* quatuor calyces in ſpeciem nucis amygdalinæ deformati, ſphærulę eius & flores eius.
35 *Erit*que ſphærula ſub duobus calamis ex ipſo, ſphærula item ſub duobus calamis ex ipſo, & ſphærula ſub duobus calamis ex ipſo: *ſic* ſex calamis egredientibus è candelabro.
36 Sphærulæ eorum & calami eorum ex ipſo erunt: totum ipſum ductile vnum, ex auro puro.
37 Facies quoque lucernas eius ſeptem, quas collocabis in ſublimi, vt luceant ad latus faciei eius.
38 Et forticipes ipſius, & receptacula eius ex auro puro.
39 Talento auri puri faciet illud, *&* omnia vaſa iſta.
40 Vide autem vt facias iuxta ſimilitudinem ſuam, quæ tibi oſtenſa eſt in Monte.

MENSA.

Exod. cap. XXV. *verſ.* XXIII.

FAcies prætereà menſam è lignis Sittím: duorum cubitorum erit longitudo eius, & cubiti *vnius* latitudo eius: cubiti verò & dimidii altitudo eius.
24 Et teges eam auro puro, faciéſque ei coronam auream in circuitu.
25 Facies quoque ei clauſuram latam quatuor digitos in circuitu: faciéſque coronam auream clauſuræ illi in circuitu.
26 Facies inſuper ei quatuor annulos aureos, quos pones in quatuor angulis qui ſunt in quatuor pedibus eius.
27 Eregione illius clauſuræ erunt annuli per quos traiicientur vectes ad portandum menſam.
28 Faciéſque vectes illos è lignis Sittím, & operies eos auro, & feretur illis menſa.
29 Facies etiam ſcutellas eius, & cochlearia eius, & opercula eius, & cratêres eius quibus tegetur: ex auro mundo facies ea.
30 Et pones ſuper menſam illam panem facierum coram me iugiter.
CAP. 26. v. 35. Pones quoq; menſam illam extra velum, & candelabrum eregione menſæ in latere tabernaculi ad Meridiem, & menſam pones in latere Aquilonis.

ARCA.

Exod. cap. XXV. *verſ.* X.

FAcient etiam arcam è lignis Sittím: duorum cubitorum & ſemis erit longitudo eius: cubitus verò & ſemis, latitudo eius: cubiti item & ſemis, altitudo.
11 Operiéſque eam auro puro intrinſecus & extrinſecus, operies *inquam* eam, faciéſque ſuper eam coronam auream in circuitu.
12 Fundes quoque ei quatuor annulos aureos, quos pones ad quatuor angulos eius: duos videlicet annulos in latere eius vno, & duos annulos in latere eius altero.
13 Facies prætereà vectes ex lignis Sittím, quos cooperies auro.
14 Inducéſque vectes in annulos *qui ſunt* in lateribus illius arcæ, vt illis deferatur arca.
15 In annulis illius Arcæ erunt vectes, non remouebuntur ab ea.

Digitized by Google

16 Ponéſque in Arca Teſtimonium quod dabo tibi.
17 Facies & Propitiatorium ex auro mundo: duorum cubitorum & dimidii erit longitudo eius, cubiti verò & dimidii latitudo eius.
18 Facies etiam duos Cherubím aureos: ductiles facies eos in duabus extremitatibus Propitiatorij.
19 Facies autem Cherúb vnum in extremo hinc, & Cherúb alterum in extremó inde: ex Propitiatorio facietis Cherubím duabus extremitatibus eius.
20 Expandéntque Cherubím duas alas ſupernè tegentes alis ſuis Propitiatórium, & ſe mutuò aſpicient: ad propitiatorium erunt facies Cherubím.
21 Pones autem Propitiatorium ſuper Arcam ſupernè, & in Arca pones Teſtimonium quod dabo tibi.
22 Conueniámque tecum illuc, & loquar tecum è Propitiatorio inter duos Cherubím, quod eſt ſuper Arcam Teſtimonii, quæcunque præcipiam tibi *dicenda* filiis Iſraël.
Cap.26. v.33. Ponéſq; velum ſub vncinis, & introduces illuc intra velum Arcam Teſtimonij: diuidétque velum illud vobis inter Sanctum, & Sanctum ſanctorum.
34 Pones inſuper Propitiatorium ſuper Arcam Teſtimonij in Sancto ſanctorum.

DE SACERDOTIBVS ET EORVM Habitu.

Exod. cap. XXVIII. *verſ.* 1.

TV autem accerſe ad te Aharonem fratrem tuum, & filios eius ſecum è medio filiorum Iſraël, vt ſacerdotio fungatur mihi Aharón, Nadáb & Abihú, Elazar & Ithamár filii Aharón.
2 Et facies veſtes ſacras Aharoni fratri tuo, in gloriam & decorem.
3 Tu itaque alloquêris omnes ſapientes corde, quos repleui ſpiritu ſapientiæ, vt faciant veſtes Aharón, ad ſanctificandum eum, vt ſacerdotio fungatur mihi.
4 Hæ ſunt autem veſtes quas facient, Pectorale, & Ephod, & pallium, & tunicam ocellatam, mitram & balteum: facient inquam veſtes *has* ſacras Aharoni fratri tuo, & filiis eius, vt ſacerdotio fungantur mihi.
5 Qui accipient aurum, & hyacinthum, & purpuram, & vermiculum cocci, & byſſum.
6 Facient autem Ephod ex auro, hyacintho, & purpura, vermiculo cocci, & byſſo retorta, opere phrygionico.
7 Duæ oræ iunctæ erunt in duabus extremitatibus eius, & *ita* coniungetur.
8 Cingulum autem ipſius Ephod eius quod in eo *erit*, ſimile erit texturæ ipſius, ex ipſo erit, *nempe* ex auro, hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta.
9 Accipies quoque duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſraël.
10 Sex è nominibus eorum in lapide vno, & nomina ſex reliqua in lapide altero, ſecundum generationes eorum.
11 Opere artificis lapidum & ſculpturis annuli ſculpes duos illos lapides, nominibus filiorum Iſraël: circundatos palis aureis facies eos.
12 Ponéſque duos illos lapides in lateribus Ephod, lapides memoriæ *pro* filiis Iſraël; & feret Aharón nomina eorum coram Iehouah in duobus humeris ſuis ad memoriam.
13 Facies itaque palas aureas.
14 Et duas catenas ex auro puro terminatas, facies opere plectili, inſeréſque catenas plectiles palis illis.
15 Facies deinde pectorale iudicii, opere phrygionico: ſicut opus Ephod facies illud, ex auro, & hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta.
16 Quadratum erit & duplicatum: palmus erit longitudo eius, & palmus latitudo eius.
17 Et implebis in eo impletione lapidum quatuor ordines lapidum: ordo *erit talis*, Sardius, Topazius, & Carbunculus, ordo primus.
18 Ordo verò ſecundus, Smaragdus, Sapphirus, & Iaſpis.
19 Ordo præterea tertius, Lyncurius, Achates, & Amethyſtus.
20 Poſtremò ordo quartus, Chryſolithus, Onychinus, & Beryllus, conſtricti auro *erunt* in plenitudinibus ſuis.
21 Porrò lapides illi erunt iuxta nomina filiorum Iſraël, duodecim, ſecundum nomina ipſorum, ſculpturis annuli ſinguli iuxta nomen ſuum, erunt duodecim tribubus.

22 Facies

Digitized by Google

22 Facies & in Pectorali catenas termini opere plectili ex auro puro.
23 Facies etiam in pectorali duos annulos aureos, & illos duos annulos pones in duabus extremitatibus pectoralis.
24 Pones item duas catenas aureas in duobus annulis in extremitatibus pectoralis.
25 Et duas extremitates duarum catenarum inſeres duabus palis, & pones in lateribus ephod à fronte ipſius.
26 Facies & duos annulos aureos, quos pones in duabus extremitatibus ipſius pectoralis in ora eius, quæ eſt in latere ipſius ephod intrinſecus.
27 Facies item duos *alios* annulos aureos, quos pones in duobus lateribus ipſius ephod infernè à fronte eius, eregione coniunctionis eius ſupra baltheum ephod.
28 Ita iungent pectorale annulis ſuis ad annulos ipſius ephod filo hyacinthino, vt ſit ſupra baltheum ipſius ephod, neque ſeparetur pectorale ab ephod.
29 Itaqua feret Aharón nomina filiorum Iſraél in pectorali iudicij ſupra cor ſuum, quando ingredietur in ſanctuarium, in memoriam coram Iehouáh iugiter.
30 Pones autem in pectorali iudicij Vrím & Thummím, vt ſint ſuper cor Aharón quando ingredietur coram Iehouáh; geſtabitque Aharón iudicium filiorum Iſraél ſuper cor ſuum coram Iehouáh ſemper.
31 Facies & pallium ipſius ephod totum ex hyacintho.
32 Et erit foramen ſummæ partis eius in medio eius: labrum *erit* foramini illius in circuitu opere textoris, ſicut foramen loricæ erit ei, ne rumpatur.
33 Facies & in fimbriis eius malogranata ex hyacintho & purpura & vermiculo cocci: in fimbriis *inquam* eius per circuitum, & tintinnabula aurea in medio illorum per circuitum.
34 Tintinnabulum aureum vnum & malogranatum, tintinnabulum aureum *alterum* & malogranatum in fimbriis pallij per circuitum.
35 Erit autem ſuper Aharón ad miniſtrandum, & audietur ſonus eius quando ingredietur Sanctuarium coram Iehouah, & quando egredietur: & non morietur.
36 Facies inſuper laminam ex auro puro, & ſculpes in ea ſculpturis annuli, Sanctitas ipſi Iehouæ.
37 Quam pones in filo hyacinthino, eritque ſuper cidarim, ex aduerſo faciei cidaris erit.
38 Et erit ſupra frontem Aharón, feretque Aharón iniquitatem ſanctificationum quas ſanctificabunt filij Iſraél in omnibus muneribus ſanctificationum ſuarum: erit inquam ſupra frontem eius iugiter in beneplacitum eis coram Iehouáh.
39 Et facies opere ocellato tunicam byſſinam, facies item cidarim byſſinam, cingulum quoque facies opere phrygionico.
40 Filiis autem Aharón facies tunicas, facies quoque illis cingula & pileos & ad gloriam & decorem.
41 Et veſties illis Aharón fratrem tuum, & filios eius cum illo: atque vnges illos, implebíſque manum eorum, & ſanctificabis eos, vt ſacerdotio fungantur mihi.
42 Fac eis & feminalia linea ad tegendam carnem turpitudinis: à lumbis vſque ad femora erunt.
43 Eruntque ſuper Aharón & ſuper filios eius quando ingredientur tabernaculum eccleſiæ, aut quum accedent ad altare vt miniſtrent in ſanctitate: & non ferent iniquitatem, neque morientur. Statutum perpetuum illi, & ſemini eius poſt eum.

DE LEVITARVM DELECTV.

Num. cap. XVIII. *verſ.* VI.

Siquidem ego tuli fratres veſtros Leuitas è medio filiorum Iſraél, vobis donum, datos Iehouæ, vt miniſtrent in miniſterio tabernaculi eccleſiæ.
CAP. 3. v. 9. Da inquam Leuitas ipſi Aharón & filiis eius: dati, dati *namq; ſunt* illi à filijs Iſraél.
10 Aharón autem & filios eius præficies, cuſtodiéntq; ſacerdotium ſuum: externus ſanè qui acceſſerit, morietur.
11 Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
12 Ego quidem tuli Leuitas è medio filiorum Iſraél, loco omnis primogeniti quod aperit vuluam, à filiis Iſraél, eruntque mei Leuitæ.
13 Meum nanque eſt omne primogenitum: à die quo percuſſi omne primogenitum in terra Ægypti, ſanctificaui mihi omne primogenitum in Iſraele: tam ex hominibus quàm ex animalibus, mea erunt: ego Iehouáh.

Digitized by Google

14 Loquutus eſt inſuper Iehouáh Moſéh in deſerto Sinái, dicendo,
15 Numera filios Leui per domos patrum ſuorum, per familias ſuas: omnem maſculum ab vno menſe & ſuprà, numerabis.
16 Numerauit itaque eos Moſéh iuxta ſermonem Iehouæ, quemadmodum iuſſus fuerat.
& 39 Omnes numerati Leuitarum, quos numerauit Moſéh & Aharón iuxta ſermonem Iehouæ per familias eorum, omnes mares ab vno menſe & ſuprà, duo & viginti millia.
40 Et dixit Iehouáh ad Moſéh, Numera omne primogenitum maſculum filiorum Iſraél ab vno menſe & ſuprà, & accipe numerum nominum eorum.
41 Capiéſque Leuitas mihi (ego Iehouáh) loco omnium primogenitorum filiorum Iſraél & beſtias Leuitarum loco omnium primogenitorum ex beſtiis filiorum Iſraél.
42 Numerauit itaque Moſéh quamadmodum ei præceperat Iehouáh, omnem primogenitum in filiis Iſraél.
43 Fuerúntque omnia primogenita maſculea, ſecundum numerum nominum, ab vno filio menſis & ſuprà, per numeratos eorum, duo & viginti millia & ducenti ſeptuaginta tres.
44 Loquutúſque eſt Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
45 Cape Leuitas loco omnium primogenitorum in filiis Iſraél, & beſtias Leuitarum pro beſtiis eorum, erúntque mei Leuitæ. ego Iehouáh.
46 Porrò redemptiones ducentorum ſeptuaginta trium redundant vltra Leuitas: à primogenitis filiorum Iſraél.
47 Capies, quinos ſeclos in ſingula capita, ſecundum ſeclum ſanctuarij capies: viginti obolorum eſt ſecel.
48 Dabíſque pecuniam illam Aharoni & filiis eius, redemptiones eorum qui exuperant in illis.
49 Accepit ergo Moſéh pecuniam redemptionis ab iis qui ſuperabant vltra redemptos Leuitarum:
50 A primogenitis filiorum Iſraél accepit pecuniam mille trecentos ſexaginta quinque *seclos* ſecundum ſeclum ſanctitatis.
51 Deditque Moſéh pecuniam redemptionum Aharoni & filiis eius, iuxta ſermonem Iehouæ, quemadmodum præceperat illi Iehouáh.
Cap. 8. v. 14. Ac ſegregabis Leuitas è medio filiorum Iſraél, erunt mei Leuitæ.
15 Poſtea autem venient Leuitæ ad miniſtrandum in tabernaculo eccleſiæ, & expiabis illos, offeréſque eos oblationem:
16 Quia dati, dati *inquam* ſunt mihi è medio filiorum Iſraél pro aperiente omnem vuluam pro primogenito omnium filiorum Iſraél accepi eos mihi.
17 Meus eſt enim omnis primogenitus in filiis Iſraél, tam hominum quàm iumentorum: à die quo percuſſi omne primogenitum in terra Ægypti, ſanctificaui illa mihi.
18 Cepi autem Leuitas pro omni primogenito in filiis Iſraél.
19 Et dedi Leuitas *dono* datos Aharoni & filiis eius è medio filiorum Iſraél, vt fungantur officio filiorum Iſraél in tabernaculo eccleſiæ, & expient filios Iſraél: neque ſit in filiis Iſraél plaga, quum ipſi appropinquauerint ſanctuario.
& 23 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
24 Hoc *quoque* eſt quod ad Leuitas *pertinet*, à viceſimoquinto anno & ſuprà ingredientur militare militiam in cultu tabernaculi eccleſiæ.
25 A quinquageſimo autem anno reuertetur à militia cultus, nec miniſtrabit vltrà:
26 Sed miniſtrabit cum fratribus ſuis in tabernaculo eccleſiæ, vt munere *ſuo illi* fungantur: at miniſterium non adminiſtrabit. ſic facies de Leuitis in cuſtodiis eorum.

DE FUNCTIONE SACERDOTUM in genere.

Num. cap. III. verſ. X.

AHarón autem & filios eius perficies, cuſtodiéntque ſacerdotium ſuum: externus ſanè qui acceſſerit, morietur.
Cap. 18. v. 1. Et dixit Iehouáh ad Aharón, Tu, & filij tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem Sanctuarij: tu quoque & filij tui tecum portabitis iniquitatem ſacerdotij veſtri.
2 Et etiam fratres tuos, tribum Leui, tribum patris tui, accedere fac ad te, & adhæreant tibi, miniſtréntque tibi: tu autem & filij tui tecum *ſtabitis* coram tabernaculo teſtimonij.

& 5 Cuſtodietis

5 Cuſtodietis igitur cuſtodiam Sanctitatis,& cuſtodiam altaris, ne ſit poſthac ira aduerſus fi-
lios Iſrael.
& 7 Tu autem & filij tui tecum cuſtodietis ſacerdotium veſtrum in omnibus quæ pertinent
ad altare & intra velum: & miniſtrabitis: miniſtrationem doni poſui ſacerdotium veſtrum.
ideo externus qui acceſſerit, morietur.

In docendo.

Deut. cap. XVIII. *verſ.* IX.

QVum ingreſſus fueris terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi, non diſces facere ſecũdum abominationes Gentium illarum.
10 Non inuenietur in te qui tranſire faciat filium ſuum aut filiam ſuam per ignem, diuinans diuinationes, præſtigiator,& augur, neque maleficus:
11 Neque incantator, neq; interrogans pythonem: neque magus, neque quærens à mortuis.
12 Abominatio enim Iehouæ eſt quicunque facit hęc,& propter abominationes iſtas Iehouáh Deus tuus eijcit illas à facie tua.
13 Perfectus eris cum Iehoua Deo tuo.
14 Gentes enim iſtæ quas poſſeſſurus es, ariolos & diuinos conſulunt: tu autem non ſic: dedit *enim* tibi Iehouáh Deus tuus.
15 Prophetam è medio tui è fratribus tuis, vt ego ſum, ſuſcitabit tibi Iehouáh Deus tuus, illum audietis:
16 Iuxta omnia quæ poſtulaſti à Iehoua Deo tuo in Horéb, in die congregationis, dicẽdo, Ne addam audire vocem Iehouæ Dei mei, neque ignem magnum iſtum videam amplius, ne moriar.

Leuit. cap. XIX. *verſ.* XXVI.

NOn comedetis *carnes* cum ſanguine. Non augurabimini, neque obſeruabitis tempora.
& 31 Ne vertatis vos ad pythones & ad haruſpices, ne conſulatis *eos*, vt polluatis vos in eis: ego Iehouáh Deus veſter.
Cap. 10. v. 9. Vinum & ſechâr non bibes tu & filij tui tecum, quum intraturi eſtis tabernaculum eccleſię,& non moriemini: ſtatutum perpetuum eſt in generationes veſtras.
10 Tum vt diſcernatis inter ſanctum & profanum, & inter immundum & mundum.
11 Tum vt doceatis filios Iſraël omnia ſtatuta quæ loquutus eſt Iehouáh ad eos per manum Moſeh.

17 Et dixit Iehouáh mihi, Bene egerunt *in hoc* quod loquuti ſunt.
18 Prophetam ſuſcitabo illis de medio fratrum ſuorum ſicut tu, & ponam verba mea in ore e-
ius,& loquetur eis omnia quæ præcepero illi.
Cap. 12. v. 28. Cuſtodi,& audi omnia verba iſta quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filiis
tuis poſt te vſque in ſæculum, quum feceris quod bonum eſt & rectum in oculis Iehouæ Dei
tui.
29 Quum exciderit Iehouáh Deus tuus gentes ad quas tu pergis vt poſſideas eas, à facie tua, &
poſſederis eas, habitaueriſq; in terra earum:
30 Caue tibi ne illaquees te *eundo* poſt eas, poſtquam perierint à facie tua: ne inquiras de diis
earum, dicendo, Quómodo colebant gentes illæ Deos ſuos:& faciam ſic etiam ego:
31 Non facies ſic Iehouæ Deo tuo; quia omnem abominationem Iehouæ quam odit, fecerunt
diis ſuis: nam etiam filios ſuos & filias ſuas comburebant igni diis ſuis.
32 Quicquid ego præcipio vobis, cuſtodietis vt faciatis: non addes ad illud, neque diminues
ex eo.
Cap. 17. v. 8. Si latuerit te aliquid in iudicio, inter ſanguinem & ſanguinem, inter cauſam & cau-
ſam, inter plagam & plagam, *in* rebus rixarum intra portas tuas, tunc ſurges, & aſcendes ad
locum quem elegerit Iehouáh Deus tuus.
9 Et venies ad Sacerdotes Leuitas, & ad Iudicem qui fuerit in diebus illis,& quæres,& indica-
bunt tibi verbum iudicij.
10 Et facies iuxta verbum quod indicauerint tibi è loco illo quem elegerit Iehouáh, & obſer-
uabis facere iuxta omnia quæ docuerint te:
11 Iuxta legem quam docuerint te,& iuxta iudicium quod dixerint tibi, facies: non declinabis
à verbo quod indicauerint tibi, ad dexteram aut ad ſiniſtram.
12 Vir autem qui fecerit per ſuperbiam vt non obediat ſacerdoti qui ſteterit vt miniſtret illic
coram Iehoua Deo tuo, aut Iudici, morietur vir ille,& auferes malum ex Iſraele:
13 Vt vniuerſus populus audiat & timeat,& non ſuperbe agat vltra.

Digitized by Google

Cap.30.v.9. Scripſitque Moſéh Legem iſtam,& dedit eam Sacerdotibus filiis Leui portantib[9]
arcam fœderis Iehouæ,& omnibus Senioribus Iſrael.

In benedicendo.

*Num. cap.*vi. *verſ.*xxii.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh,dicendo,
23 Alloquere Aharón & filios eius,dicendo,Sic benedicetis filiis Iſrael,dicendo eis;
24 Benedicat tibi Iehouáh,& cuſtodiat te:
25 Lucere faciat Iehouáh faciem ſuam ſuper te,& miſereatur tui:
26 Attollat Iehouáh faciem ſuam ad te,& ponat in te pacem.
27 Et ponent nomen meum ſuper filios Iſraelis:& ego benedicam eis.

In offerendo.

Quæ functio, quia latiſſimè patet, his capitibus definitur.

QVALES VICTIMAS ESSE OPORTEAT.

*Leuit. cap.*xxii. *verſ.*xviii.

ALloquere Aharón & filios eius, & omnes filios Iſraél,& dicas illis,
Quicunq; è domo Iſraelis, & è peregrinis in Iſraele obtulerit ob-
lationem ſuam pro omnibus votis ſuis, & pro omnibus oblationi-
bus ſpontaneis ſuis, quæ obtulerint Iehouæ in holocauſtum:
19 Sponte veſtra *offeretis* immaculatum maſculum, ex bobus, ex agnis,
& ex capris.
20 Omne in quo fuerit macula,non offeretis: quia non acceptabile e-
rit pro vobis.
21 Vir autem quum obtulerit ſacrificium pacificorum Iehouæ, ad ſol-
uendum votum,vel ad voluntariè offerendum,ex bobus,vel ex oui-
bus, immaculatum, erit acceptabile *Deo*,nullum vitium erit in eo.
22 Cæcum,aut fractum, vel conciſum *labiis*, aut verrucatum, vel ſca-
bioſum,vel impetiginoſum,non offeretis iſta Iehouæ, neq; oblatio-
nem ignitam dabitis ex his ſuper altare Iehouæ.
23 Et bouem & pecus ſuperfluum aut diminutum, pro oblatione vo-
luntaria facies: at pro voto non placebit.
24 Concuſſum & contuſum, ruptum & exciſum non offeretis Iehouę,
& in terra veſtra non facietis.
25 De manu autem alienigenæ non offeretis panem Dei veſtri ex o-
mnibus iſtis, quia corruptio eorum eſt in ipſis,macula eſt in eis:non
accepta erunt *pro* vobis.
26 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh,dicendo,
27 Bos,vel agnus, vel capra, quum natus fuerit, erit ſeptem diebus ſub
matre ſua: à die autem octauo & deinceps, erit gratum in oblatio-
nem ſacrificij igniti Iehouæ.
28 Bouem autem vel pecus,ipſum & filium eius: non mactabitis die
vna.

*Deut.cap.*xv.*verſ.*xxi.

QVòd ſi fuerit in eo macula, *aut fuerit* cæcum vel claudū, *aut* quouis *alio* vitio *deturpatum*, non ſacrificabis illud Iehouæ Deo tuo.

Cap.17.v.1. Non ſacrificabis Iehouæ Deo tuo bouem, aut agnum, in quo fuerit macula, *aut* quidpiam vitii: quia abominatio Iehouę Dei tui eſt.

DE IGNE IVGI.

Leuit. vi. *verſ.*xii.

ET ignis *qui erit* ſuper altare, ſuccendetur in eo, non extinguetur: & ſuccendet in eo ſacer-
dos ligna quotidie manè,& ordinabit ſuper illud victimam holocauſti,adolebitque ſuper
illud adipes pacificorum.
13 Ignis perpetuò ardebit in altari,non extinguetur.

DE RITV HOLOCAVSTORVM.

Leuit. cap. 1. verſ. 1.

VOcauit autem Moſéh, & loquutus eſt Iehouáh cum eo è tabernaculo eccleſiæ, dicendo,
2 Loquere ad filios Iſraél, & dic ad eos, Homo quum offeret ex vobis oblationem Iehouæ:
de animalibus, de bobus, & de pecudibus offeretis oblationem veſtram.
3 Si holocauſtum *fuerit* oblatio eius, de bobus, maſculum immaculatum offeret eum: ad oſtiũ
tabernaculi eccleſiæ offeret eum ſponte ſua in conſpectu Iehouæ.
4 Et admouebit manum ſuam ſuper caput holocauſti, & acceptabilis erit illi ad expiandum
ipſum.
5 Tunc mactabit iuuencum in conſpectu Iehouæ: offeréntque filii Aharón ſacerdotes ſangui-
nem, ac ſpargent illum ſuper altare in circuitu, quod erit ad hoſtium tabernaculi eccleſiæ.
6 Et excoriabit holocauſtum, concidétque in fruſta ſua.
7 Ponéntque filii Aharón ſacerdotes ignem ſuper altare, & diſponent ligna ſuper ignem.
8 Poſt hæc diſponent filii Aharón ſacerdotes fruſta illa, caput & adipem ſuper ligna ſuper-
poſita igni qui eſt ſuper altare.
9 Et inteſtina eius & crura eius lauabit aqua & adolebit ſacerdos omnia *ſuper* altare: holocau-
ſtum eſt, oblatio ignita odoris quietis Iehouæ.
10 Quòd ſi de pecoribus *fuerit* oblatio eius, de ouibus, vel de capris in holocauſtum, maſculum
immaculatum offeret eum:
11 Mactabitq; illum ad latus altaris ad Aquilonem in conſpectu Iehouæ: ſpargéntq; filii Aha-
rón ſacerdotes ſanguinem eius ſuper altare in circuitu.
12 Et concidet eum in fruſta ſua, & caput eius, & adipem eius: ordinabitque ea ſacerdos ſuper
ligna, ſuperpoſita igni qui eſt ſuper altare.
13 Et inteſtina & crura lauabit aqua: offerétq; ſacerdos omnia, adolebítq; ſuper altare: holo-
cauſtum eſt, oblatio ignita odoris quietis Iehouæ.
14 Si autem de auibus fuerit holocauſtum oblatio ipſius Iehouæ, tum offeret de turturibus
aut de columbis oblationem ſuam.
15 Et offeret illam ſacerdos ſuper altare, & vngue ſecabit caput ipſius: & adolebit ſuper alta-
re, exprimetúrq; ſanguis eius ſuper parietem altaris.
16 Et remouebit veſiculam eius cum pluma ipſius, proiiciétque illam prope altare ad Orien-
tem ad locum cineris.
17 Et findet illam cum alis ſuis, neq; diuidet: adolebitq; eam ſacerdos *ſuper* altare, ſuper ligna
quæ fuerunt ſuper ignem: holocauſtum eſt oblatio ignita odoris quietis Iehouæ.
Cap. 6. v. 9. Præcipe Aharón & filiis eius, dicendo, Hæc eſt lex holocauſti (eſt holocauſtum
propter aduſtionem ſuper altare tota nocte vſque manè: & ignis altaris ſuccendetur in eo.)
10 Induet ſe ſacerdos veſte linea, feminalibus item lineis induet ſe ſuper carnem ſuam: tollét-
que cinerem quum aſſumpſerit ignis holocauſtum, ab altari, & ponet illum apud altare.
11 Poſt exuet ſe veſtes ſuas, & induet ſe veſtibus aliis, efferétque cinerem extra caſtra, ad locum
mundum:
Cap. 7. v. 37. Hæc eſt lex holocauſti, minhæ, & ſacrificii pro peccato, & ſacrificii pro delicto, &
conſecrationum, & ſacrificii pacificorum:
38 Quam præcepit Iehouáh Moſéh in monte Sinái, die quo præcepit filiis Iſrael vt offerrent
oblationes ſuas Iehouæ in deſerto Sinái.

DE RITV PACIFICORVM.

Leu. cap. III. verſ. 1.

QVòd ſi ſacrificium pacificorum fuerit oblatio eius, ſi de bobus ipſe offeret, ſiue maſculum
ſiue fœminam *offerat*, immaculatum offeret eum in conſpectu Iehouæ.
2 Et imponet manum ſuam ſuper caput oblationis ſuæ, & immolabit eam *ad* oſtium taberna-
culi eccleſiæ: fundéntq; filii Aharón ſacerdotes ſanguinem ſuper altare per circuitum.
3 Poſtea offeret de ſacrificio pacificorum oblationem ignitam Iehouæ, adipem operientem
inteſtina, & omnem adipem qui eſt ſuper illa.
4 Et duos renes, adipémque qui eſt ſuper ipſos, & qui eſt ſuper ilia, & fibram cum iecore,

Digitized by Google

cum renibus remouebit.
5 Adolebunt autem *omne* illud filii Aharón ſuper altare vnà cum holocauſto quod erit ſuper
ligna ſuperpoſita igni: oblatio ignita eſt odoris quietis Iehouæ.
6 Quòd ſi de pecudibus *fuerit* oblatio eius in ſacrificium pacificorum Iehouæ, maſculum aut
fœminam, immaculatum offeret eum.
7 Si *verò* agnum offerat oblationem ſuam, tum offeret illum in conſpectu Iehouæ.
8 Imponétq; manum ſuam ſuper caput oblationis ſuæ: poſtea mactabit eum in conſpectu ta-
bernaculi eccleſiæ: & ſpargent filii Aharón ſanguinem eius ſuper altare per circuitum.
9 Et offeret de ſacrificio pacificorum oblationem ignitam Iehouæ, adipem eius, caudam inte-
gram, eregione ſpinæ dorſi remouebit eam: adipem quoq; operientem inteſtina, atq; omnē
adipem qui eſt ſuper illa.
10 Et duos renes, & adipem qui eſt ſuper illos, *&* qui eſt ſuper ilia, & fibram *quæ eſt* ſuper ie-
cur, cum renibus remouebit.
11 Adolebitq; illud ſacerdos ſuper altare: cibus oblationis ignitæ eſt Iehouæ.
12 Si verò capra *fuerit* oblatio eius, tum offeret eam in conſpectu Iehouæ.
13 Ponétq; manum ſuam ſuper caput eius, & mactabit eam coram tabernaculo eccleſiæ: &
ſpargent filii Aharón ſanguinem eius ſuper altare per circuitum.
14 Poſtea offeret ex ea oblationem ſuam, oblationem ignitam Iehouæ, adipem operientem
inteſtina, & omnem adipem qui eſt ſuper illa.
15 Et duos renes, & adipem qui eſt ſuper illos, *&* qui eſt ſuper ilia, & fibram *quæ eſt* ſuper iecur,
cum renibus remouebit.
16 Adolebitque ea ſacerdos ſuper altare: cibus oblationis ignitæ eſt odoris quietis. omnis a-
deps, Iehouæ eſt.
Cap. 7. v. 29. Loquere ad filios Iſrael, dicendo, Offerens ſacrificium pacificorum ſuorum Ieho-
uæ, afferet oblationem ſuam Iehouæ de hoſtia pacificorum ſuorum.
30 Manus eius afferent oblationes ignitas Iehouæ, adipem cum pectuſculo afferet: pectuſcu-
lum *quidem* ad agitandum illud agitatione coram Iehoua.
31 Adolebit verò ſacerdos adipem *ſuper* altare: & erit pectuſculum illud Aharoni & filiis eius.

DE RITV SACRIFICIORVM SECVNDVM ſuas ſpecies.

PRO PECCATO ADMISSO ignorantia iuris.

Leuit. cap. IV. verſ. 1.

ALloquutus eſt præterea Iehouáh Moſéh,
dicendo,
2 Loquere ad filios Iſraél, dicendo, Anima
quum peccauerit per errorem ex omnibus
præceptis Iehouæ quæ non ſunt facienda,
feceritq; *quidpiam* de vno ex illis:
3 Si ſacerdos vnctus peccauerit ſecundum de-
lictum populi, offeret ſacrificium pro pec-
cato ſuo quod peccauit, iuuencum vitulum
immaculatum Iehouæ pro peccato.
4 Adducétq; iuuencum illum ad oſtium ta
bernaculi eccleſiæ in conſpectu Iehouæ, &
admouebit manum ſuam ſuper caput iu-
uenci: mactabitq; iuuencum in conſpectu
Iehouæ.
5 Accipiétq; ſacerdos vnctus de ſanguine iu-
uenci, & inferet eum in tabernaculum ec-
cleſiæ.
6 Dein ſacerdos tinget digitum ſuum in ſan-
guine, aſpergétque de ſanguine illo ſeptem
vicibus coram Iehouáh, ante velum ſancti-
tatis.

Num. cap. XV. verſ. XXII.

QVúmque erraueritis, & non feceritis o-
mnia præcepta iſta quæ dixit Iehouáh ad
Moſéh.
23 Omnia *inquam* quæ præcepit Iehouáh vo-
bis per Manum Moſéh à die qua præcepit
Iehouáh, & vltrà per generationes veſtras:
24 Tum fiet ſi clam congregatione factum
fuerit per errorem, faciet vniuerſa congre-
gatio iuuencum filium bouis vnum in ho-
locauſtum in odorē quietis Iehouæ, minhā
quoq; eius, & libamen eius ſecundum nor-
mam, & hircum caprarum vnum in ſacrifi-
cium pro peccato.
25 Expiabitq; ſacerdos vniuerſam congrega-
tionem filiorum Iſraél, & condonabitur il-
lis, quia error eſt: & illi offerent oblationem
ſuam *in* oblationem ignitam Iehouæ, & *in*
oblationem pro peccato ſuo coram Iehoua,
propter errorem ipſorum:
26 Et condonabitur vniuerſæ congregatio-
ni filiorum Iſraél, & peregrino qui pere-
grinatur in medio illorum, quia vniuerſi

Digitized by Google

7 Ponétque ſacerdos de ſanguine iſto ſuper cornua altaris ſuffimenti aromatici coram Iehouáh, quòd eſt in tabernaculo eccleſiæ: totum autem ſanguinem *reliquum* iuuenci effundet ad baſim altaris holocauſti quod eſt ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

8 Totum præterea adipem iuuenci *oblati* pro peccato, tollet ab eo: *nempe* adipem operientem inteſtina, & totum adipem qui eſt ſuper ea.

9 Duos quoq; renes, & adipem qui eſt ſuper eos, *&* qui eſt ſuper ilia, & fibram *quæ eſt* ſuper iecur, cum renibus auferet.

10 Quemadmodum tollitur à boue ſacrificii pacificorum: adolebitq; ea ſacerdos ſuper altare holocauſti.

11 Pellem præterea iuuenci, & omnem carnem eius, cum capite eius & cruribus eius, & inteſtina eius, & fimum eius.

12 Educétq; totum iuuencum extra caſtra ad locum mundum, ad *locum* vbi effunditur cinis, & comburet eum ſuper ligna igni: in loco inquam vbi effunditur cinis, comburetur.

13 Quòd ſi tota ſynagoga Iſraël errauerit, & latuerit res in oculis congregationis, & fecerint vnum ex omnibus præceptis Iehouæ quæ non ſunt facienda, & deliquerint.

14 Notum autem fuerit peccatum quod peccauerunt: tunc offeret congregatio iuuencum filium bouis in ſacrificium pro peccato, adducéntq; illum ante tabernaculum eccleſiæ.

15 Ponéntq; ſeniores ſynagogæ manus ſuas ſuper caput iuuenci coram Iehouáh: tunc mactabit iuuencum coram Iehouáh.

16 Inferétq; ſacerdos ille vnctus de ſanguine iuuenci in tabernaculum eccleſiæ.

17 Et intinget ſacerdos ille digitum ſuum in ipſo ſanguine, aſpergétq; ſeptem vicibus coram Iehouáh ante velum.

18 De ſanguine quoq; illo ponet ſuper cornua altaris quod eſt coram Iehouáh, quod *eſt inquã* in tabernaculo eccleſiæ: poſt hæc totum ſanguinem reliquum effundet ad baſim altaris holocauſti, quod eſt ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

19 Totum autem adipem eius tollet ab eo, & adolebit ſuper altare.

20 Iuuenco verò faciet, quemadmodum fecit iuuenco oblato pro peccato, ſic faciet ei: atque ita expiabit eos ſacerdos, & remittetur eis.

21 Deinde iuuencum educet extra caſtra, & comburet eum quemadmodum combuſſit iuuencum priorem: oblatio pro peccato congregationis eſt.

22 Si princeps peccauerit, feceritque vnum ex omnibus præceptis Iehouæ Dei ſui quæ non ſunt facienda, *&* *id fecerit* per errorem, & deliquerit:

23 Vel indicauerit ei *quiſpiam* peccatum ſuum quod peccauit: tunc afferet oblationem ſuam hircum caprarum, maſculum immaculatum.

24 Ponétq; manum ſuam ſuper caput hirci, & mactabit eum in loco in quo mactare ſolet holocauſtum coram Iehouáh: oblatio pro peccato eſt.

25 Tollétque ſacerdos de ſanguine oblationis pro peccato, digito ſuo, & ponet ſuper cornua altaris holocauſti: *reliquum* autem ſanguinem eius effundet ad baſim altaris holocauſti.

26 Totum verò adipem eius adolebit *ſuper* altare, ſicut adipem ſacrificii pacificorum: & *ita* expiabit illum ſacerdos à peccato eius, & remittetur ei.

27 Quòd ſi anima aliqua peccauerit per errorem, de populo terræ, faciendo vnum ex præceptis Iehouæ, quæ non ſunt facienda, & deliquerit:

28 Vel indicauerit ei *quiſpiam* peccatum ſuum quod peccauit: afferet oblationem ſuam capellam caprarum immaculatam fœminam pro peccato ſuo quod peccauit.

29 Admouebitq; manum ſuam ſuper caput oblationis pro peccato, & mactabit oblationem illam pro peccato in loco holocauſti.

30 Dein tollet ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo, ponétq; ſuper cornua altaris holocauſti: totum verò *reliquum* ſanguinem eius effundet ad baſim altaris.

31 Totum præterea adipem eius auferet, quemadmodum ablatus fuit adeps à ſacrificio pacificorum: adolebitq; ſacerdos *ſuper* altare in odorem quietis Iehouæ: atq; *ita* expiabit eum ſacerdos, & remittetur ei.

32 Quòd ſi pecudem attulerit oblationem ſuam pro peccato, fœminam immaculatã afferet.

33 Ponétq; manum ſuam ſuper caput illius oblationis pro peccato, & mactabit illam pro ſacrificio peccati, in loco in quo mactare ſolet holocauſtum.

34 Dein tollet ſacerdos de ſanguine oblationis pro peccato digito ſuo, ponétque ſuper cornua altaris holocauſti: totum verò ſanguinem eius effundet ad baſim altaris.

35 Totum præterea adipem eius auferet, quemadmodum ablatus fuit adeps agni à ſacrificio pacificorum: adolebitq; ſacerdos ea ſuper altare, ſuper ignitis oblationibus Iehouæ: atque ita expiabit eum ſacerdos à peccato eius quod peccauit, & remittetur ei.

Digitized by Google

34 Deinde accipiet ſacerdos de ſanguine oblationis pro peccato, digito ſuo, ponétque ſuper
cornua altaris holocauſti: totum verò *reliquum* ſanguinem eius effundet ad baſim altaris.
35 Totum prætereà adipem eius auferet quemadmodum auferri ſolet adeps agni à ſacrificio
pacificorum, adolebítq; illa ſacerdos ſuper altare in oblationem ignitam Iehouæ, atque *ita*
expiabit eum ſacerdos à peccato ſuo quod peccauit,& remittetur ei.

PRO PECCATO ADMISSO ignorantia facti.

Leuit.cap.v. verſ.11.

VT ſi anima tetigerit aliquam rem immundam, ſiue cadauer feræ immundæ, ſiue cadauer
animalis immundi, ſiue cadauer reptilis immundi, *id*que latuerit eam, tunc ipſe immun-
dus *erit*, & deliquit.
3 Aut ſi tetigerit immunditiam hominis in omni immunditia eius qua polluitur, & latuerit
eum,& ipſe cognouerit *poſtea*, deliquit.
4 Aut anima ſi iurauerit, proferendo labiis ſe malefacturam, aut benefacturam, ſecundum o-
mne quod profert homo iuramento, & *id* latuerit eum, & ipſe *poſtea* cognouerit: tunc de-
linquet in vno ex iſtis.
5 Erit autem, quum deliquerit in vno ex iſtis, & confeſſus fuerit id ſuper quo peccauerit:
6 Adducet oblationem pro delicto ſuo Iehouæ pro peccato ſuo quo peccauerit, fœminam de
grege, agnam, aut capellam caprarum pro peccato: & expiabit eum ſacerdos à peccato ſuo.
7 Quòd ſi facultas afferendæ pecudis defuerit ei, tunc adducet oblationem pro delicto ſuo,
quod peccauit, duos turtures, aut duos pullos columbæ Iehouæ: vnum in hoſtiam pro pec-
cato, & alterum in hoſtiam holocauſti.
8 Afferétq; illos ad ſacerdotem,& offeret eum qui eſt in hoſtiam pro peccato, priorem: & vn-
gue ſecabit caput ipſius è regione ceruicis eius,& non ſeparabit.
9 Aſpergétq; de ſanguine hoſtiæ pro peccato ſuper parietem altaris: & quod ſupereſt de ſan-
guine, exprimetur in baſim ipſius altaris: oblatio pro peccato eſt.
10 Alterum autem faciet holocauſtum iuxta morem: atq; *ita* expiabit eum ſacerdos à peccato
ſuo quod peccauit,& remittetur ei.
11 Si verò non fuerit ei facultas afferendi duos turtures, aut duos pullos columbæ, tunc afferet
oblationem ſuam qui peccauerit, decimam partem Ephád ſimilæ in oblationem pro pec-
cato: non ponet ſuper eam oleum, neque ponet ſuper eam thus, quia oblatio pro peccato
eſt.
12 Afferet illam inquam ad ſacerdotem: tum ſacerdos accipiet ex ea plenum pugillum ſuum
odorem eius, & adolebit *ſuper* altare vltra oblationes ignitàs Iehouæ: oblatio pro pecca-
to eſt.
13 Et expiabit eum ſacerdos à peccato ſuo quod peccauit in vno de iſtis, & remittetur ei: &
erit ſacerdoti ſicut minha.
14 Loquutus eſt inſuper Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
15 Anima quum preuaricata fuerit preuaricationem, & peccauerit per errorem *in vna re* ex
ſanctificationibus Iehouæ, adducat oblationem pro delicto ſuo Iehouæ, arietem perfectum
de pecudibus, ſecundum æſtimationem tuam, argenti ſeclorum, ſecundum ſeclum ſanctita-
tis, pro delicto.
16 Et quod peccauerit in ſanctificatione, reddet,& quintam partem ipſius addet ei, tradétque
illud ſacerdoti: ſacerdos verò expiabit eum in ariete oblationis pro delicto, & remitte-
tur ei.
17 Quòd ſi anima peccauerit,& fecerit vnum ex omnibus præceptis Iehouæ, *quæ* non ſunt fa-
cienda,& non cognouerit,& deliquerit, & portauerit iniquitatem ſuam.
18 Tunc adducet arietem immaculatum de pecudibus, ſecundum æſtimationem tuam in ob-
lationem pro delicto, ad ſacerdotem: & expiabit eum ſacerdos ab errore ſuo, quem per er-
rorem admiſit, neq; intellexit: & remittetur ei.
19 Delictum eſt, delinquendo deliquit Iehouæ.
CAP.7.v.1. Iſta autem *eſt* lex hoſtiæ pro delicto: ſanctificatio ſanctificationum eſt.
2 Quo in loco mactabunt hoſtiam holocauſti, mactabunt hoſtiam pro delicto, & ſanguinem
eius ſparget ſuper altare per circuitum.
3 Totum verò adipem eius offeret ex ea, caudam,& adipem operientem inteſtina.

4 Duos

Digitized by Google

4 Duos quoq; renes, & adipem qui eſt ſuper illos qui eſt prope ilia, & fibram ſuper iecur, cum renibus remouebit.

5 Adolebitq; illa ſacerdos ſuper altare oblationem ignitam Iehouæ: oblatio pro delicto eſt.

PRO PECCATO QVOD QVIS NON imprudens, per impietatem tamen non admiſit.

Leuit.cap.VI.verſ.I.

LOquutus eſt præterea Iehouáh ipſi Moſéh, dicendo,

2 Anima quum peccauerit, & præuaricata fuerit præuaricationem contra Iehouam, mentitus nempe fuerit proximo ſuo in depoſito, aut in depoſitione manus, aut raptum, aut vim fecerit proximo ſuo:

3 Aut inuenerit amiſſum, & negauerit illud, aut iurauerit falsò in vno ex omnibus quæ facere ſolet homo peccando in ipſis:

4 Quum ergo peccauerit, & deliquerit, tunc reddet raptum quod rapuit, aut vi extortũ quod vi extorſit, aut depoſitum, quod depoſitũ fuerit apud illum, vel amiſſum quod inuenerit.

Num.cap.V. verſ.V.

LOquutus eſt præterea Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

6 Alloquere filios Iſraél, Vir ſiue mulier quum fecerint *aliquod* ex omnibus peccatis hominum, præuaricando preuaricationem in Iehouam, & deliquerit anima illa.

7 Fatebuntur peccatum ſuum quod fecerunt, & reſtituet delictum ſuum in ſolidum, & quintam eius partem addet ſuper illam, dabitq; ei in quem peccauerit.

8 Quòd ſi non fuerit viro illi redemptor cui reſtituat delictum: delictum reſtituetur Iehouæ, ſacerdotis erit, præter arietem expiationum quo expiabit illum.

5 Aut *quidpiam aliud* ex omnibus de quibus iurauerit falsò: tunc reddet illud in ſolidum, & quintum ipſius addet illi, *eique* cuius erat, reddet illud die oblationis pro delicto ſuo.

6 Oblationem vero pro delicto ſuo adducet Iehouæ arietem integrum è pecudibus, ſecundũ æſtimationem tuam, ad faciendum ſacrificium pro delicto ad ſacerdotem.

7 Et expiabit eum ſacerdos coram Iehouáh, & remittetur ei, *expiabit inquam* ab vno ex omnibus quæ facere ſolet *homo* delinquendo in eo.

LEX SACRIFICIORVM PRO PECcato ſpecialis.

Leuit.cap.VI.verſ.XXV.

ALloquere Aharonem, & filios eius, dicendo, Iſta *eſt* lex hoſtiæ pro peccato, In loco in quo mactabitur *hoſtia* holocauſti, mactabitur hoſtia pro peccato coram Iehoua, *quia* ſanctificatio ſanctificationum eſt.

& 30 Et omnis hoſtia pro peccato, de cuius ſanguine inferetur *aliquid* in tabernaculum eccleſiæ ad expiandum in ſanctitate, non comedetur, igni comburetur.

CAP.7.V.24. Adeps quidem cadaueris & adeps rapti parabitur in omne opus, ſed comedendo non comedetis illum.

25 Nam quicunq; comederit adipem animalis ex quo offeret oblationem ignitam Iehouæ, tunc anima quæ comederit, excidetur è populis ſuis.

& 30 Manus eius afferent oblationes ignitas Iehouæ, adipem cum pectuſculo afferet: pectuſculum *quidem* ad agitandum illud agitatione coram Iehoua.

DE APPENDICIBVS SACRIFICIORVM.

Leuit.cap.II. verſ.I.

ANima autem quum offeret oblationem minham Iehouæ, ſimila erit oblatio eius: fundétq; ſuper eam oleum, ac ponet ſuper eam thus.

2 Afferet autem eam ad filios Aharón ſacerdotes, & accipiet inde plenum pugillum ſuum de ſimila eius, & de oleo ipſius vltra

Num.cap.XV.verſ.I.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

2 Loquere ad filios Iſraél, & dicas eis, Quum ingreſſi fueritis terram habitationum veſtrarum quas ego daturus ſum vobis.

3 Et facere voletis oblationem ignitam Iehouæ holocauſtum, vel ſacrificium, vt ſo-

Digitized by Google

totum thus ipſius,adolebitq; ſacerdos odo-
rem eius ſuper altare : oblatio ignita eſt
odoris quietis Iehouæ.
3 Et quod ſupereſt de minha, ipſius Aharón
erit,& filiorum eius,ſanctum ſanctorum eſt
de oblationibus ignitis Iehouæ.
4 Quum verò obtuleris oblationem minha,
coctionem clibani, è ſimila placentæ infer-
mentatæ *erunt* miſtæ oleo, & lagana infer-
mentatorum vncta oleo.
5 Si verò minha ſartaginis oblatio tua, ſimila
conſperſa oleo infermentata erit.
6 Concides eam in fruſta,& fundes ſuper eam
oleum : minha eſt.
7 Quòd ſi minha craticulæ oblatio tua,ſimila
conſperſa oleo fiet.
8 Afferéſq; minham,quæ fiet ex iis Iehouæ:&
offeres illam ſacerdoti, qui admouebit il-
lam altari.
9 Tollétq; ſacerdos de minha illa odorem e-
ius, & adolebit ſuper altare : oblatio eſt i-
gnita odoris quietis Iehouæ.
10 Et quod ſuperfuerit de minha,ipſius Aha-
rón erit, & filiorum eius: ſanctum ſancto-
rum eſt de oblationibus ignitis Iehouæ.
11 Omnis minha quam offeretis Iehouæ, non
fiet fermentata: quia de nullo fermento &
de nullo melle adolebitis oblationem igni-
tam Iehouæ.
12 *In* oblatione primitiarum offeretis ea Ie-
houæ,& ſuper altare non aſcendent in odo-
rem quietis.
13 Et omnem oblationem minhæ tuæ ſale ſa-
lies, neq; ceſſare facies ſal fœderis Dei tui à
minha tua : in omni oblatione tua offeres
ſal.
14 Si verò obtuleris minham primitiarum Ie-
houæ,ſpicam toſtam igni, triticum contu-
ſum ſpicæ plenæ, offeres minham primitia-
rum tuarum.

uatis votum aut ſponte veſtra, aut in ſolen-
nitatibus veſtris, vt faciatis odorem quietis
Iehouæ de bobus,aut ex pecudibus :
4 Tunc offeret offerens oblationem ſuam Ie-
houæ *pro* minha ſimilæ decimam partem
miſtam cum quarta parte hin olei.
5 Et vini pro libamine quartam partem hin
facies ſuper holocauſtum, aut vltra ſacrifi-
cium pro agno vno.
6 Aut pro ariete facies minham ſimilæ duas
decimas permiſtæ cum olei tertia parte hin.
7 Et vini pro libamine tertiam partem hin
offeres in odorem quietis Iehouæ.
8 Quòd ſi facere voles iuuencum *in* holocau-
ſtum,aut ſacrificium ad ſoluendum votum,
aut pacifica Iehouæ :
9 Offeret vnà cum iuuenco minham, ſimilæ
tres decimas permiſtæ cum olei dimidia
parte hin.
10 Et vinum offeres pro libamine dimidiam
partem hin, oblationem ignitam odoris
quietis Iehouæ.
11 Sic fiet boui vni, aut arieti vni, aut fœtui
tam de ouibus quàm de capris.
12 Iuxta numerum quem facietis vni iuxta
numerum illorum.
13 Omnis ciuis faciet ſic iſta, vt offerat obla-
tionem ignitam odoris quietis Iehouæ.
14 Et quum peregrinatus fuerit apud vos pe-
regrinus, aut quicunq; eſt in medio veſtri
per generationes veſtras, feceritque obla-
tionem ignitā odoris quietis Iehouę:quem-
admodum facietis, ſic faciet.
15 O congregatio,ſtatutum vnum *erit* vobis &
peregrino qui peregrinatur *apud vos:* ſtatu-
tum inquam perpetuum per generationes
veſtras : ſicut vos & ſic peregrinus erit co-
ram Iehoua.

15 Et pones ſuper eam oleum,pones item thus ſuper eam: minha eſt.
16 Et adolebit ſacerdos odorem eius de frumento eius contuſo, & de oleo eius vltra totum
thus ipſius:oblatio eſt ignita Iehouæ.
Cap.6.verſ.14.Iſta autem eſt lex minhæ *quam* offerent filii Aharón coram Iehouáh,coram al-
tari.
15 Tollétq; ab eo pugillo ſuo de ſimila minhæ, & de oleo eius, ac totum thus quod erit ſuper
minham:adolebitq; ſuper altare *in* odorem quietis,odorem eius Iehouæ.
16 Quod autem ſuperfuerit ex ea, comedet Aharón,& filij eius, *in* azymis comedetur in loco
ſancto,in atrio tabernaculi eccleſiæ comedent eam.
17 Non coquetur *in* fermentato: portionem eorum dedi illam ex oblationibus meis ignitis:
ſanctificatio ſanctificationum eſt,ſicut oblatio pro peccato, & ſicut oblatio pro delicto.
18 Omnis maſculus in filiis Aharón comedet eam: ſtatutum perpetuum eſt in generationibus
veſtris de oblationibus ignitis Iehouæ:quicquid tetigerit ea,ſanctificabitur.
19 Et loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh,dicendo,
20 Iſta *eſt* oblatio Aharón & filiorum eius,quam offerent Iehouæ die qua vngetur ipſe, Deci-
mam *partem* ephád ſimilæ,*in* minham iugiter: dimidiū eius mane,& dimidium eius veſperi.
21. In craticula in oleo fiet, frictam afferes eam,coctiones minhæ fruſtorum offeres in odorem
quietis Iehouæ.
22 Et ſacerdos vnctus in locum eius è filiis eius faciet illam: ſtatutum perpetuum Iehouæ, tota
ſuffictur.

Digitized by Google

25 Et omnis minha ſacerdotis tota cremabitur, non comedetur.
Cap.7.v.11. Hæc autem eſt lex ſacrificii pacificorum quod offeret Iehouæ.
12 Si pro gratiarum actione obtulerit illud, tunc offeret pro ſacrificio gratiarum actionis placentas infermentatas verſatas in oleo, & lagana infermétata vncta oleo, & ſimilam frictam, *vna cum* placentis illis verſatis in oleo.
13 Cum placentis panis fermentati offeret oblationem ſuam pro ſacrificio gratiarum actionis pacificorum ſuorum.
14 Offerétq; ex eo vnum *panem* ex omni oblatione, oblationem Iehouæ: ſacerdotis ſpargentis ſanguinem pacificorum erit.

DE PANIBVS PROPOSITIS.

*Leuit.cap.*XXIV.*verſ.*V.

ACcipiéſq; ſimilam, & coques ex ea duodecim placentas: duarum decimarum erit vnaquæque placenta.
6 Et pones eas in duobus ordinibus: ſex *erunt* ordines ſuper menſam mundam coram Iehoua:
7 Pones quoq; ſuper *vtrunq;* ordinem thus purum, eritque pani in odorem & incenſum Iehouæ.
8 Per ſingula ſabbatha ordinabit illos *panes* coram Iehoua ſemper, à filiis Iſrael fœdere ſempiterno.
9 Et erit Aharonis & filiorum eius, qui comedent eum in loco ſancto: quia ſanctitas ſanctitatum eſt ei de oblationibus ignitis Iehouæ ſtatuto perpetuo.

DE LVCERNIS.

*Exod.cap.*XXVII.*verſ.*XX.

TV quoq; præcipe filiis Iſraél vt accipiant tibi oleum oliuę purum, cõtuſum, pro luminari, & ardere faciant lucernas ſemper.
21 In tabernaculo Eccleſię extra velũ quod eſt ſuper Teſtimoniũ, diſponet illas Aharón & filij eius à veſpera vſq; manè coram Iehouáh: ſtatutũ perpetuũ generationibus eorum à filiis Iſraél.

Num. cap. VIII. *verſ.*I.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
2 Loquere ad Aharón, & dicas illi, Quando accendes lucernas, contra faciem cãdelabri lucebunt ſeptem lucernæ.
3 Fecitq; ita Aharón, contra faciem candelabri accendit lucernas eius, quẽadmodum præceperat Iehouáh ipſi Moſéh.

Leuit. cap. XXIV. *verſ.*I.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
2 Præcipe filiis Iſraél vt afferant tibi oleum oliuæ purum, contuſum pro luminari, ad accendendas lucernas ſemper.
3 Extra velum teſtimonii in tabernaculo eccleſiæ diſponet eas Aharón à veſpera vſq; mane corã Iehoua ſemper: ſtatutum perpetuũ *erit* in generationib' veſtris.
4 Super candelabrum mundum diſponet lucernas eorum Iehoua ſemper.

DE SVFFITV.

*Exod.cap.*XXX.*verſ.*VII.

ET adolebit ſuper illud Aharón ſuffimentum aromatum ſingulis matutinis: quando aptabit lucernas, adolebit illud.
8 Quando inquam incendet Aharón lucernas inter duas veſperas, adolebit illud ſuffimentũ iugiter coram Domino in generationibus veſtris.
9 Non offeretis ſuper illud ſuffimentum alienum, neq; holocauſtum, neq; minham: ſed nec libamen libabitis ſuper illud.
& 34 Et dixit Iehouáh ad Moſéh, Accipe tibi aromata, ſtactem & onycham & galbanum aromata, & thus purum: æquale pondus erit.
35 Et facies ex eo ſuffimentum aromaticum, opus aromatarij, miſtum, purum & ſanctum.
36 Et contundes ex eo, comminuendo, ponéſque ex eo coram Teſtimonio in tabernaculo eccleſiæ, in quo conueniam tecum illic: ſanctitas ſanctitatum erit vobis.
37 Suffimentum quod facies, ſecundum compoſitionem eius non facietis vobis: ſanctitas erit tibi Iehouæ.
38 Quiſquis fecerit ſimile ad odorandum illud, excidetur è populis ſuis.

Digitized by Google

DE PRAXI ET VSV ORDINARIARVM oblationum, cuius variæ ſpecies fuerunt à conſecratis ſacerdotibus obſeruatæ.

DE CONSECRATIONE PONTIFICIS maximi & ſacerdotum.

Exod. cap. xxix. verſ.1.

HOc quoq; facies eis ad ſanctificandũ eos,
vt Sacerdotio fungantur mihi. Tolle iu-
uencum vnum filium bouis, & arietes duos
immaculatos:
2 Panes præterea infermentatos, & placentas
infermentatas miſtas oleo, & lagana infer-
mentata vncta oleo: ex ſimila triticea facies
eà.
3 Ponéſque ea in caniſtrum vnum, & offeres
ea in caniſtro, vnà cum iuuenco & duobus
arietibus.
4 Tum Aharonem & filios eius, accedere fa-
cies ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, & laua-
bis eos aqua.
5 Et accipies veſtes, induéſque Aharón tuni-
cam & pallium ephod, ac ephod & pectora-
le, cingéſq; eum baltheo ephod.
6 Pones præterea cidarim ſuper caput eius:
coronam autem ſanctitatis pones ſuper ci-
darim.
7 Poſtremò accipies oleum vnctionis, & fun-
des ſuper caput eius, & vnges eum.
8 Poſthæc filios eius accedere facies, & indues
eos tunicas:
9 Cingéſque illos baltheo, Aharón & filios
eius, & aptabis eis pileos, & erit eis Sacerdo-
tium in ſtatutum perpetuum, implebíſque
manum Aharón & manum filiorum eius.
10 Et offeres iuuencum coram tabernaculo
eccleſiæ: imponéntque Aharón & filii eius
manus ſuas ſuper caput iuuenci.
11 Tunc mactabis iuuencum coram Iehouáh
ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.
12 Accipiéſque è ſanguine iuuenci, & pones
ſuper cornua altaris digito tuo: reliquum
autem ſanguinem fundes ad fundamentum
altaris.
13 Tolléſq; omnem adipem operientem inte-
ſtina, & reticulũ *quod eſt* ſuper iecur, & duos
renes, & adipem qui eſt ſuper illos, & incen-
des ea ſuper altare.
14 At carnem iuuenci, & pellem eius, fimúm-
que eius combures igni extra caſtra: ſacrifi-
cium pro peccato eſt.
15 Arietem quoque alterum accipies, & im-
ponent Aharón & filii eius manus ſuas ſu-
per caput arietis.
16 Tunc mactabis arietem, accipiéſque ſan-
guinem

Leuit. cap vi. verſ. xix.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh, dicen-
do,
20 Iſta *eſt* oblatio Aharón filiorum eius, quam
offerẽt Iehouæ die qua vngetur ipſe, Deci-
mam *partem* epháh ſimilæ *in* minham iugi-
ter: dimidium eius mane, & dimidium eius
veſperi.
21 In craticula in oleo fiet, frictum afferet eã,
coctiones minhæ fruſtorum offeres in o-
dorem quietis Iehouæ.
22 Et ſacerdos vnctus in locum eius è filiis eius
faciet illam: ſtatutum perpetuum Iehouæ,
tota ſuffietur.
23 Et omnis minha ſacerdotis tota cremabi-
tur, non comedetur.
CAP. 8. v. 1. Loquutus eſt præterea Iehouáh ad
Moſéh, dicendo,
2 Tolle Aharón & filios eius cum illo, & ve-
ſtes, & oleum vnctionis, & iuuencum ſacri-
ficii pro peccato, & duos arietes, & caniſtrũ
infermentatorum.
3 Atque omnem cœtum congrega ad oſtium
tabernaculi eccleſiæ.
4 Et fecit Moſéh quemadmodum præcepe-
rat illi Iehouáh: & congregatus eſt cœtus ad
oſtium tabernaculi eccleſiæ.
5 Tunc dixit Moſéh ad congregationem,
Hoc eſt verbum quod præcepit Iehouáh vt
faciatis.
6 Et accedere fecit Moſéh Aharonem & filios
eius, quos lauit aqua:
7 Eúmq; induit tunicam, & cinxit illum bal-
theo: dein pallio induit eum, atq; ſuper eum
poſuit ephod, cinxitq; eum cingulo ephod,
cinxit inquam eum illo.
8 Et ſuperpoſuit eum pectorali, poſuitque in
pectorali Vrim & Thummim.
9 Deinde poſuit mitram ſuper caput eius po-
nens ſuper mitram ante faciem eius laminã
auream, coronam ſanctam, quemadmo-
dum præceperat Iehouáh ipſi Moſéh.
10 Accepit quoq; Moſéh oleum vnctionis, &
vnxit tabernaculum, & quæcunq; erant in
illo & conſecrauit ea.
11 Et aſperſit ex eo ſuper altare ſeptem vici-
bus vnxitque altare, atque omnia vaſa eius,
& concham, & baſim eius, vt conſecra-
ret ea.
12 Fudit etiam ex oleo vnctionis ſuper caput

Digitized by Google

guinem eius,& aſperges ſuper altare per cir-
cuitum:
17 Arietem autem concides in fruſta ſua, &
lauabis inteſtina eius,cruráq; eius, & pones
ſuper fruſta eius,& ſuper caput eius.
18 Incendes præterea totum arietem ſuper al-
tare: *nam* holocauſtum eſt Iehouæ *in* o-
dorem quietis,oblatio ignita Iehouæ eſt.
19 Accipies inſuper arietem ſecundum, im-
ponéntque Aharón & filij eius manus ſuas
ſuper caput arietis.
20 Tunc mactabis arietem,accipiéſq; de ſan-
guine eius,& pones ſuper tenerum auris A-
harón & ſuper tenerum auris filiorum eius
dexteræ,& ſuper pollicem manus eorū dex-
træ,& ſuper pollicem pedis eorum dextræ
ſpergéſque ſanguinem ſuper altare per cir-
cuitum.
21 Tolléſque de ſanguine qui *erit* ſuper altare,
& de oleo vnctionis, atq; aſperges ſuper A-
harón,& ſuper veſtes eius,& ſuper filios ei9,
& ſuper veſtes filiorum eius cum eo: & ſan-
ctificabitur ipſe, veſteſque eius, & filij eius,
veſtéſq; filiorum eius cum eo.
22 Dein tolles de ariete adipem,& caudam,&
adipem operientem inteſtina, & reticulum
iecoris,duóſq; renes,atq; adipem qui eſt ſu-
per eos,& armum dextrum: quia aries con-
ſecrationum eſt:
23 Et tortam panis vnam,& placentam panis
ex oleo vnam, & laganum vnum è caniſtro
infermentatorum qui eſt coram Ieho-
uáh.
24 Ponéſq; omnia *illa* in manibus Aharón,&
in manibus filiorum eius, exaltabiſque illa
exaltationem coram Iehouáh.
25 Accipies autem illa è manu eorum,& incē-
des ſuper altare, vltra holocauſtum in odo-
rem quietis coram Iehouáh: oblatio ignita
eſt Iehouæ.
26 Accipies item pectus arietis conſecratio-
num quod eſt ipſi Aharón,& exaltabis illud
exaltationem coram Iehouáh, critq; tibi in
partem.
27 Sanctificabis itaque pectus exaltationis, &
armum eleuationis quod exaltatum eſt, &
qui eleuatus eſt de ariete conſecrationum i-
pſius Aharón & filiorum eius.
28 Et erit ipſi Aharón & filiis eius in ſtatutum
perpetuum à filiis Iſraél, quia exaltatio eſt:
& exaltatio erit à filiis Iſraél de ſacrificiis
pacificorum ſuorum, exaltatio *inquam* eo-
rum *erit* Iehouáh.
29 Porrò veſtes ſanctæ quæ ſunt ipſius Aha-
rón,erunt filiis eius poſt eum ad vngendum
eos cum eis, & ad conſecrandum, cum eis
manum eorum.
30 Septem diebus induet eas ſacerdos *qui fue-*

Aharón,vnxitq; eum vt conſecraret eum.
13 Fecit præterea Moſéh accedere filios Aha-
rón,induitq; illos tunicis:& cinxit illos bal-
teo,atq; alligauit eis mitras, quemadmodū
præceperat Iehouáh ipſi Moſéh.
14 Adduxit quoq; iuuencum in hoſtiam pro
peccato,impoſuitq; Aharón & filij eius ma-
nus ſuas ſuper caput iuuenci hoſtiæ pro
peccato.
15 Et mactauit, tulitque Moſéh ſanguinem,
poſuitque ſuper cornua altaris per circui-
tum digito ſuo, & expiauit altare, *reli-*
quum verò ſanguinem fudit ad baſim alta-
ris, & ſanctificauit illud ad expiandum il-
lud.
16 Tulit præterea totum adipem qui erat ſu-
per inteſtina, & fibram iecoris, & duos re-
nes,adipémq; eorum, adoleuitq; *ea* Moſéh
ſuper altare.
17 Iuuencum verò, & pellem eius, & carnem
eius, & fimum eius combuſſit igni extra ca-
ſtra, quemadmodum præceperat Iehouáh
ipſi Moſéh.
18 Poſthæc adduxit arietem holocauſti,& ad-
mouerunt Aharón & filij eius manus ſuas
ſuper caput arietis.
19 Et mactauit, ſparſitq; Moſéh ſanguinem
ſuper altare per circuitum.
20 Arietem quoque concîdit in fruſta ſua,
adoleuitque Moſéh caput & fruſta, & adi-
pem.
21 Inteſtina verò & crura lauit aqua,& adole-
uit Moſéh totum arietem ſuper altare: ho-
locauſtum eſt in odorem quietis, oblatio i-
gnita eſt Iehouę,quemadmodum præcepe-
rat Iehouáh Moſéh.
22 Accedere fecit & arietem ſecundum,arie-
tem conſecrationum: poſuerúntque A-
harón & filij eius manus ſuas ſuper caput a-
rietis.
23 Et mactauit, tulitq; Moſéh de ſanguine e-
ius, & poſuit ſuper tenerum auris Aharón
dextræ, & ſuper pollicem manus eius dex-
træ, & ſuper pollicem pedis eius dextri.
24 Adduxit & filios Aharón, poſuitq; Moſéh
de ſanguine ſuper tenerum auris eorum
dextræ, & ſuper pollicem manus eorū dex-
træ; & ſuper pollicem pedis eorum dextri:
ſparſitq; Moſéh ſanguinem ſuper altare per
circuitum.
25 Tulit deinde adipem, & caudam, totúmq;
adipem qui erat ſuper inteſtina & fibram
iecoris, duóſque renes,& adipem eorum,&
armum dextrum.
26 De caniſtro quoque infermentatorum
quæ erant coram Iehouáh, tulit tortam in-
fermentatam vnam, & tortam panis oleati
vnam,& laganum vnum,poſuitque cum a-

rit loco ipſius de filiis eius, qui ingredietur
tabernaculum eccleſię ad miniſtrandum in
ſanctificatione.
31 Arietem autem conſecrationum tolles, &
coques carnem eius in loco ſanctitatis.
32 Comedétque Aharón & filii eius carnem
arietis, & panem qui eſt in caſtro, ad oſtium
tabernaculi eccleſiæ.
33 Comedent inquam illa quibus expiat' fuit
ad conſecrandum manum eorum, ad ſan-
ctificandum eos: & alienigena non come-
det, quia ſanctificatio ſunt.
34 Quòd ſi ſuperfuerit de carne conſecratio-
num, & de pane vſq; mane, combures quod
ſupereſt igni: non comedetur, quia ſancti-
tas eſt.
35 Facies igitur ipſi Aharón & filiis eius ſic,
iuxta omnia quæ præcepi tibi: ſeptem die-
bus conſecrabis manum eorum.
36 Et iuuencum pro peccato facies per diem
pro expiationibus: & expiabis altare expiã-
do illud, vngéſque illud ad ſanctificandum
ipſum.
CAP. 30. v. 22. Loquutus eſt & Iehouáh ad Mo-
ſéh, dicendo,
23 Tu autẽ accipe tibi aromata optima, myr-
rhæ liberè *fluentis* quingentos *ſeclos*: & cin-
nami aromatici dimidiũ ipſius, ducentos &
quinquaginta: & calami aromatici ducen-
tos & quinquaginta:
24 Caſiæ verò quingentos *ſeclos*, pondere ſan-
ctitatis: & olei oliuæ hin:
25 Et facies ex eo oleum vnctionis ſanctitatis,
vnguentum vnguenti, opus vnguentarii:
oleum vnctionis ſanctitatis erit.
26 Vnges eo tabernaculũ eccleſiæ, & Arcam
Teſtimonii,
27 Et menſam, omniáque vaſa ipſius, & can-
delabrum, omniáque vaſa ipſius, & altare
ſuffimenti:
28 Altare quoque holocauſti & omnia vaſa
ipſius, & concham & baſim eius.
29 Item ſanctificabis ea, erunt ſanctitas ſan-
ctitatum; quicquid tetigerit ea, ſanctificabitur.
30 Aharón præterea & filios eius vnges, & ſanctificabis eos vt ſacerdotio fungantur mihi.
31 Ad filios autem Iſraél loquêris, dicendo, Oleum vnctionis ſanctitatis erit hoc mihi per ge-
nerationes veſtras.
32 Super carnem hominis non vnget, neque ſecundum compoſitionem eius facietis ſimiles:
ſanctum eſt, ſanctum erit vobis.
33 Quiſquis confecerit vnguentum ſimile, & qui poſuerit ex eo ſuper extraneum, ſuccidetur
è populis ſuis.
34 Et dixit Iehouáh ad Moſéh, Accipe tibi aromata, ſtactem & onucham & galbanum aro-
mata, & thus purum: æquale pondus erit.
35 Et facies ex eo ſuffimentum aromaticum, opus aromatarii, miſtum, purum & ſanctum.
36 Et contundes ex eo, comminuendo, ponéſque ex eo coram Teſtimonio in tabernaculo ec-
cleſiæ in quo conueniam tecum illic: ſanctitas ſanctitatum erit vobis.
37 Suffimentum quod facies, ſecundum compoſitionem eius non facietis vobis: ſanctitas erit
tibi Iehouæ.
38 Quiſquis fecerit ſimile ad adorandum illud, excidetur è populis ſuis.

dipe & cum armo dextro.
27 Et poſuit omnia *hæc* in manibus Aharón,
& in manibus filiorum eius, & ea agitare fe-
cit agitatione coram Iehoua.
28 Dein accepit Moſéh illa ex manibus eorũ,
adoleuitque ſuper altare in holocauſtum:
conſecrationes *enim* ſunt in odorem quie-
tis, oblatio ignita eſt Iehouæ.
29 Tulitque Moſéh pectus, & agitauit illud
agitatione coram Iehoua: ex ariete con-
ſecrationum ipſi Moſéh fuit in partem,
quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi
Moſéh.
30 Tulit etiam Moſéh ex oleo vnctionis, & de
ſanguine qui erat ſuper altare, aſperſitque
ſuper Aharon, ſuper veſtes eius, & ſuper fi-
lios eius, & ſuper veſtes filiorum eius cum
eo: conſecrauitque Aharonem & veſtes e-
ius, & filios eius & veſtes filiorum eius
cum eo.
31 Et dixit Moſéh ad Aharón & ad filios eius,
Coquite carnes ad oſtium tabernaculi ec-
cleſiæ, ibi denique comedite eam, & panem
qui eſt in caniſtro conſecrationum, quem-
admodum præcepi, dicendo, Aharón & filij
eius comedent eam.
32 Quod verò ſuperfuerit de carne & pane,
igni comburetis.
33 Et ex oſtio tabernaculi eccleſiæ non egre-
diemini ſeptem diebus, vſque ad diem quo
completi fuerint dies conſecrationum ve-
ſtrarum, ſeptem enim diebus conſecrabit
manum veſtram.
34 Quemadmodum fecit in die hac, præcepit
Iehouáh facere ad expiandum vos.
35 Et ad oſtium tabernaculi eccleſiæ manebi-
tis die & nocte ſeptem diebus, obſeruabitiſ-
que obſeruationem coram Iehoua, & non
moriemini: ſic enim iuſſus ſum.
36 Fecit itaq; Aharón & filij eius omnia ver-
ba quæ præceperat Iehouáh per manum
Moſéh.

D E

DE CONSECRATIONE ET MVnere Leuitarum.

*Num. cap.*VIII. *verſ.*V.

LOquutúſq; eſt prætereà Iehouáh ipſi Moſéh dicendo,
6 Cape Leuitas è medio filiorum Iſraël,& purifices illos.
7 Sic autem facies illis vt purifices illos, Sparge ſuper eos aquam purificationis, & [illegible]
re faciant nouaculam ſuper totam carnem ſuam,lauéntq; veſtimenta ſua,& purifice[illegible]
8 Poſtea capient iuuencum filium bouis,& minham eius ſimilam conſperſam oleo: &
cum alterum filium bouis capies in ſacrificium pro peccato.
9 Tunc offeres Leuitas coram tabernaculo eccleſiæ: & congregabis omnem cœtum fili[illegible]
Iſraël:
10 Offeres inquam Leuitas coram Iehoua,& coniungent filij Iſraël manus ſuas ſuper L[illegible]
11 Offerétque Aharón Leuitas *in* oblationem coram Iehoua à filiis Iſraël, & miniſtrab[illegible]
miniſterio Iehouæ.
12 Leuitæ autem coniungent manus ſuas ſuper caput iuuencorum: poſtea facies vnum [illegible]
peccato,& alterum in holocauſtum Iehouæ ad expiandum Leuitas.
13 Statuéſq; Leuitas coram Aharón & coram filiis eius, & offeres illos oblationem Iehou[illegible]
14 Ac ſegregabis Leuitas è medio filiorum Iſraël, erunt mei Leuitæ.
15 Poſtea autem venient Leuitæ ad miniſtrandum in tabernaculo eccleſiæ, & expiabis [illegible]
offeréſq; eos oblationem.
16 Quia dati, dati *inquam* ſunt mihi è medio filiorum Iſraël pro aperiente omnem vulu[illegible]
pro primogenito omnium filiorum Iſraël accepi eos mihi.

DE HABITATIONE LEVITARVM.

*Num. cap.*XXXV. *verſ.*I.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh in campeſtribus Moáb iuxta Iardén Ierchó, dicend[illegible]
2 Præcipe filiis Iſraël vt dent Leuitis de hæreditate poſſeſſionis ſuæ vrbes ad habitan[illegible]
& ſuburbana vrbium *ipſarum* per circuitus earum dabitis ipſis Leuitis.
3 Erúntque vrbes illis ad habitandum: ſuburbana verò earum erunt animalibus eorum,[illegible]
ſtantiæ eorum,& omnibus beſtiis eorum.
4 Et ſuburbana vrbium *earum* quas dabitis Leuitis, à pariete vrbis & forinſecus, mille cu[illegible]
rum erunt per circuitum.
5 Prætereà metiemini extra vrbem à plaga Orientali duo millia cubitorum: & à plaga M[illegible]
diana duo millia cubitorum: & à plaga Occidentali duo millia cubitorum: & à plag[illegible]
quilonari duo millia cubitorum: & vrbs *ipſa erit* in medio: iſta *menſura* erit eis ſuburba[illegible]
rum vrbium.
6 7 Omnes vrbes quas dabitis Leuitis, *erunt* quadraginta octo vrbes: ipſas & ſuburban[illegible]
rum *dabitis.*
8 Et vrbes quas dabitis de poſſeſſione filiorum Iſraël, ab eo qui plures habuerit, plures [illegible]
pietis: & ab eo qui pauciores, pauciores capietis: ſinguli pro quantitate poſſeſſionis [illegible]
quam poſſederint, dabunt ex vrbibus ſuis Leuitis.

DE VNCTIONE ALTARI ET TOTIVS inſtrumenti Tabernaculi.

Exod. cap. XXIX. *ver.*XXXVI.

ET iuuencum pro peccato facies per diem pro expiationibus: & expiabis altare expian[illegible]
illud, vngéſq; illud ad ſanctificandum ipſum.
37 Septem diebus expiabis altare, & ſanctificabis illud, eritq; altare ſanctitas ſanctitatu[illegible]
quicquid tetigerit altare, ſanctificabitur.
Cap.30. v.26. Vnges eo tabernaculum eccleſiæ,& Arcam Teſtimonij,
27 Et menſam, omniáque vaſa ipſius, & candelabrum, omniáque vaſa ipſius, & altare [illegible]
menti.

28 Altare quoq; holocauſti & omnia vaſa ipſius,& concham & baſin eius.
29 Item ſanctificabis ea,erunt ſanctitas ſanctitatum: quicquid tetigerit ea,ſanctificab:tur.

DE QVOTIDIANO ET IVGI SACRIFICIO.

Exod. cap. XXIX. *ver.* XXXVIII.

HOc eſt autem quod facies altari, Agnos anniculos duos in dies:
39 Agnum vnum facies manè,& agnum alterum facies inter duas veſperas.
40 Et decimam partem ſimilæ miſtæ oleo contuſo, quartam partem hin: & libamen, quartam partem hin vini in agnum vnum.
41 Agnum inquam alterum facies inter duas veſperas: ſicut minhæ matutino,& ſicut libamini eius facies ei in odorem quietis,oblationem ignitam Iehouæ.
42 Holocauſtum iuge in generationes veſtras ad oſtium tabernaculi eccleſiæ coram Iehouáh, quo conueniam vobiſcum vt alloquar te tibi.
43 Et conueniam illuc cum filiis Iſraël,& ſanctificabitur *locus* in gloria mea.
44 Sanctificatio inquam tabernaculum eccleſiæ & altare: Aharonem quoque & filios eius ſanctificabo, vt ſacerdotio fungantur mihi.
45 Habitabóq; in medio filiorum Iſraël,& ero eis in Deum:
46 Et ſcient quòd ſum Iehouáh Deus eorum qui eduxi eos è terra Ægypti, vt habitarem in medio eorum, ego Iehouáh Deus eorum.

Num. cap. XXVIII. *verſ.* I.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh,dicendo,
2 Præcipe filiis Iſraël,& dic eis, Oblationem meam, panem meum in oblationibus meis ignitis in odorem quietis meæ cuſtodietis, ita vt offeratis mihi *illa* in tempore ſuo.
3 Dices præterea illis,Hæc *eſt* oblatio ignita quam offeretis Iehouæ, agnos anniculos immaculatos duos per diem, holocauſtum iuge.
4 Agnum vnum facies manè,& agnum alterum facies inter duas veſperas.
5 Et *offeres* decimam partem Epháh ſimilæ in minham permiſtæ oleo contuſo,*cum* quarta parte Hin.
6 *Iſtud eſt* holocauſtum Iuge quod factum eſt in monte Sinái,in odorem quietis,oblationem ignitam Iehouæ.
7 Porrò libamen eius, quartam partem hin per ſingulos agnos,in Sanctuario liba libamen ſechár Iehouæ.
8 Agnum autem alterum facies inter duas veſperas, iuxta oblationem matutinam, & iuxta libamen eius facies *in* oblationem ignitam,in odorem quietis Iehouæ.

DE IVGI SACRIFICIO SABBATARIO.

Num. cap. XXVIII. *verſ.* IX.

DIe verò ſabbathi *facies* duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas *ephi* ſimilæ in minham permiſtæ oleo, & libamen eius.
10 *Iſtud eſt* holocauſtum ſabbathi in ſabbatho ſuo, vltra holocauſtum iuge,& libamen eius.

DE SOLENNIBVS SACRIFICIIS DIERVM feſtorum,qui varii fuerunt,ſuóſq; peculiares ſtatóſq; ritus habuerunt, his capitibus diſtributos.

DE TVBIS.

Num. cap. X. *verſ.* I.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
2 Fac tibi duas tubas argenteas, opere ductili facies illas: quibus vteris ad conuocandum cœtum, & ad mouenda caſtra.
& 7 Quando verò congregabitis congregationem, clangetis *ſolùm*,& non taratantarizabitis.
8 Filii autem Aharón ſacerdotes clangent tubis illis, erúntque vobis in ſtatutum perpetuum generationibus veſtris.
& 10 Prętereà in die lætitiæ veſtrę,& in ſolennitatibus veſtris,& in capitibus menſium veſtrorum

Digitized by Google

rum clangetis tubis illis ſuper holocauſtis veſtris,& ſuper ſacrificiis pacificorum veſtrorum, erúntque vobis in memoriam coram Deo veſtro: ego Iehouáh Deus veſter.

DE KALENDIS.

Num. cap. XXVIII. *verſ.* XI.

SImiliter in capitibus menſium veſtrorum offeretis holocauſtum Iehouæ, iuuencos filios bouis duos,& arietem vnum,agnos anniculos ſeptem immaculatos:
12 Et tres decimas *ephi* ſimilæ in minham permiſtæ oleo in iuuencos ſingulos, & duas decimas *ephi* ſimilæ in minham permiſtæ oleo in ſingulos arietes.
13 Et ſingulas decimas oblationem ſimilæ in minham permiſtæ oleo per ſingulos agnos, *in* holocauſtum odoris quietis, *&* *in* oblationem ignitam Iehouæ.
14 Hæc autem libamina eorum *de* vino, dimidium hin erit per ſingulos iuuencos,& tertia pars hin per arietem,& quarta pars hin *erit* in ſingulos agnos.hoc eſt holocauſtum ſingulorum menſium,per ſingulos menſes anni.
15 Et hircus caprarum vnus in ſacrificium pro peccato ipſi Iehouæ,præter holocauſtum iuge fiet,& libamen eius.

DE TRIBVS FESTIS MAXIME ſolennibus in genere.

Exod. cap. XXIII. *verſ.* XIV.

TRibus vicibus feſtum ages mihi in vno quoq; anno.
15 Solennitatem infermẽtatorum cuſtodies: ſeptem diebus comedes infermẽtata,quemadmodum pręcepi tibi,tempore menſis Abib : quia in eo egreſſus es ex Ægypto, neq; conſpicientur coram me vacui.
16 Et ſolennitatem meſſis, *meſſis inquam* primitiuorum operum tuorum quæ ſeminaueris in agro : & ſolennitatem collectionis *quæ fit* in exitu anni, quando collegeris opera tua ex agro.
17 Tribus *illis* vicibus in *vno quoq;* conſpicietur omnis maſculus tuus coram Domino Iehouáh.
CAP. 34. v. 23. Tribus vicibus in anno conſpicietur omnis maſculus tuus coram Dominatore Iehouáh Deo Iſraél.
24 Expellam enim Gentes à facie tua, & dilatabo terminum tuum: neq; concupiſcet quiſpiam terram tuam quando aſcendes vt conſpiciaris coram Iehouáh Deo tuo tribus vicibus in anno.

Leuit. cap. XXIII. *v.* IIII.

IStæ ſunt ſolennitates Iehouæ,celebritates ſanctæ, quas celebrabitis tempore ſuo.

Deut. cap. XVI. *verſ.* XVI.

TRibus vicibus quotannis conſpicietur omnis maſculus tuus corã Iehoua Deo tuo, in loco quem elegerit, in ſolẽnitate infermẽtatorum, & in ſolennitate hebdomadum, & in ſolennitate tabernaculorum:neq; *quiſpiam* conſpicietur coram Iehoua vacuus.
17 Quiſque iuxta donum manus ſuæ, iuxta benedictionem Iehouæ Dei tui,quam dedit tibi.

DE FESTO PASCHÆ.

Exod. cap. XII. *verſ.* I.

DIxit aũt Iehouáh ad Moſéh & Aharón in terra Miſráim in hunc modum.
2 Mẽſis iſte vobis *erit* caput menſium:primus erit vobis in menſibus anni.

Leuit. cap. XXIII. *verſ.* V.

MEnſe primo, decimoquarto *die eiuſdem* menſis, inter duas veſperas *erit* Péſah Iehouæ.
6 Quintodecimo

Num. cap. IX. *verſ.* I.

LOquutus eſt autẽ Iehouáh ad Moſéh in deſerto Sinâi, anno ſecundo quo egreſſi ſunt è terra Ægypti, menſe primo, dicendo,
2 Facient Filii Iſraél

Deut. cap. XVI. *verſ.* I.

OBſerua menſem Abid, & fac Péſah Iehouę Deo tuo: quia menſe Abib eduxit te Iehouáh Deus tuus ex Ægypto nocte.
2 Et ſacrificabis Pe-

Digitized by Google

3 Loquimini ad omnē
cœtū Iſraél, dicēdo,
In decimo menſis
huius tollent ſibi
ſinguli agnum per
domum patrum, a-
gnum per domum.
4 Quòd ſi minor fue-
rit familia quam vt
agnū *comedere* poſ-
ſit, accipiet ipſe etiā
vicinumſuum, pro-
ximum domui ſuæ,
pro numero ani-
marum, ſinguli ſe-
cūdum edere ſuum
numerabitis *animas*
propter agnum.
5 Agnus perfectus,
maſculus anniculus
erit vobis, *quem* ex
ouibus aut è capris
accipietis.
6 Eritque vobis in
cuſtodiam vſque ad
quartumdecimum
diem menſis huius:
& immolabit eum
vniuerſa congrega-
tio cœtus Iſraél in-
ter duas veſperas.
7 Accipiéntq; è ſan-
guine, & ponent ſu-
per ambos poſtes, &
in ſuperliminari, in
domibus in quibus
comedent eum.
8 Comedent autem
carnem nocte ipſa,
aſſam igni, & infer-
mentata: cum ama-
roribus comedent
eum.
9 Ne comedatis ex
eo crudum, & eli-
xatum aqua, ſed aſ-
ſum igni, caput eius
vnà cum cruribus
eius, & cū interio-
ribus eius.
10 Neque relinque-
tis ex eo vſq; mane:
quòd ſi quid relictū
fuerit ex eo vſque
mane, igni combu-
retis.
11 Sic autem comedetis eum, Lumbi veſtri
accincti *erunt*, calceamenta veſtra in pedi-
bus veſtris, & baculus veſter in manu ve-
ſtra, comedetíſque feſtinanter: *nam* Pé-
ſah eſt

autem duo menſis
huius ſolēnitas *erit*
infermentatorum
Iehouæ: ſeptem die-
bus infermentata
comedetis.
7 Die primo conuo-
catió ſancta erit vo-
bis: nullū opus ſer-
uile facietis.
8 Offeretis auté obla-
tionē ignitam Ieho-
uæ ſeptem diebus,
die ſeptimo erit cō-
uocatio ſancta: nul-
lum opus ſeruile fa-
cietis.

Péſah in tempore
ſuo,
3 Decimoquarto die
menſis huius inter
duas veſperas facie-
tis illud tēpore ſuo
iuxta omnes ritus
ſuòs, & iuxta omnes
ceremonias ſuas fa-
cietis illud.
4 Alloquutus eſt ita-
que Moſéh filios Iſ-
raél vt facerent Pe-
ſáh.
5 Fecerúntque Péſah
in primo mēſe, de-
cimo quarto die e-
iuſdem inter duas
veſperas in deſerto
Sinái: iuxta omnia
quæ præceperat Ie-
houáh Moſéh, ſic
fecerunt filii Iſraél.
6 Fuerunt auté qui-
dam immūdi ſuper
anima hominis, qui
non potuerunt fa-
cere Péſah die ipſo:
tunc acceſſerūt co-
ram Moſéh & corā
Aharón ipſo die:
7 Dixerúntque ho-
mines illi ad eum,
Nos immundi ſu-
mus ſuper anima ho-
minis, vt quid pro-
hibebimur ne offe-
ramus oblationem
Iehouæ tēpore ſuo
in medio filiorum
Iſraél?
8 Et dixit ad eos Mo-
ſéh, State, & audiam
quid præcipiat Ie-
houáh pro vobis.
9 Loquutus eſt autē
Iehouáh ad Moſéh,
dicendo,
10 Alloquere filios Iſ-
raél, dicendo, Qui-
cunque fuerit im-
mundus ſuper ani-
ma, aut fuerit in via
remota, ex vobis,
vel ex generationi-
bus veſtris, faciet
Péſah Iehouæ.
11 Menſe ſecundo, decimoquarto die inter
duas veſperas facient illud: cum infermen-
tatis & herbis amaris comedent illud.

ſah Iehouæ Deo tuo
de pecudibus & bo-
bus, in loco quē ele-
gerit Iehouáh, vt ha
bitare faciat nomen
ſuum ibi.
3 Non comedes cum
illo fermentatum:
ſeptem diebus co-
medes cum illo in-
fermentata, panem
afflictionis: quia fe-
ſtinanter egreſſus es
è terra Ægypti: vt
memineris diei quo
egreſſus es è terra
Ægypti, omnibus
diebus vitæ tuæ.
4 Neq; conſpicie-
tur tibi fermentum
in omni termino
tuo ſeptem diebus,
neque pernoctabit
quicquam de carni-
bus quas ſacrifica-
bis in veſpera die
primo, vſq; manè.
5 Non poteris ſacri-
ficare Péſah in ali-
qua è portis tuis
quas Iehouáh Deus
tuus dat tibi:
6 Sed in loco quem
elegerit Iehouáh
Deus tuus, vt habi-
tare faciat nomen
ſuum ibi ſacrificabis
Péſah ad veſperam,
occumbente ſole,
tempore quo e-
greſſus es ex Ægy-
pto.
7 Aſſabis autem, ac
comedes in loco
quem elegerit Ie-
houáh Deus tuus:
poſtea manè con-
uerſus reuerteris in
tabernacula tua.
8 Sex diebus come-
des infermentata:
die autem ſeptima
erit ſolēnitas Ieho-
uæ Deo tuo, non fa-
cies opus *vllum*.

Digitized by Google

ſah eſt Iehouæ.
12 Nam tranſibo per terram Miſráim nocte i-
ſta, & percutiam omne primogenitum in
terra Miſráim ab homine vſq; ad beſtiam:&
in cunctis diis Miſráim faciam iudicia ego
Iehouáh.
13 Et erit ſanguis ille vobis in ſignum in do-
mibus in quibus vos fueritis: quúmque vi-
dero ſanguinem, præteribo vos, & non erit
in vobis plaga ad perditionem quando per-
cutiam in terra Miſráim.
14 Et erit dies iſte vobis in memoriam: cele-
brabitiſq; illum feſtum ipſi Iehouæ in ge-
nerationibus veſtris, ſtatuto perpetuo ce-
lebrabitis eum.
15 Septem diebus infermentata comedetis:
verumtamen die primo ceſſare facietis fer-
mentum è domibus veſtris: quicumq; enim
comederit fermentatum à die primo vſque
ad diem ſeptimum, excidetur anima ipſa ex
Iſraél.
16 Et in die primo, conuocatio ſancta: die
quoq; ſeptima, conuocatio ſancta erit vo-
bis: omne opus non fiet in eis: veruntamen
quod comedetur ab omni anima, illud tan-
tummodo fiet à vobis.
17 Obſeruabitiſque infermentata: quia hac
ipſa die eduxi exercitus veſtros à ter-
ra Miſráim: obſeruabitis inquā diem iſtum
in generationibus veſtris, ſtatuto per-
petuo.
18 In primo *menſe*, decimoquarto die menſis,
in veſpera comedetis infermentata vſq; ad
diem vicesimum primum menſis in veſpe-
ra.
19 Septem diebus fermentum non inuenie-
tur in domibus veſtris: quicumq; enim co-
mederit fermentatum, exterminabitur ani-
ma illa è cœtu Iſraél, tam peregrini quàm
indigenæ terræ.

12 Non relinquent *quicquam* ex eo vſque ma-
ne, neq; os confringent in eo: iuxta omnes
ritus Péſah facient illud.
13 Vir autem qui eſt mundus, aut in via non
fuerit, & ceſſauerit facere Péſah, excidetur
anima illa è populis ſuis: quia oblationem
Iehouæ non obtulit tempore ſuo: pecca-
tum ſuum portabit vir ille.
14 Si verò habitauerit apud vos peregrinus,
& fecerit Péſah Iehouæ: iuxta ritum Péſah,
& iuxta ceremonias eius ſic faciet: ritus v-
nus erit vobis, tam peregrino quàm indi-
genæ terræ.
CAP. 28. v. 16. Menſe autem primo, decima-
quarta die menſis, Péſah eſt Iehouæ.
17 Et in decimoquinto die menſis huius ſo-
lennitas: ſeptem diebus *panis* infermenta-
torum comedetur.
18 Die primo conuocatio ſancta *erit*: omne o-
pus ſeruile non facietis.
19 Offeretis autem oblationem ignitam, *&*
holocauſtum Iehouæ, iuuencos filios bouis
duos, & arietem vnum, & ſeptem agnos an-
niculos: immaculati erunt vobis.
20 Et minha eorum *erit* ſimila permiſta oleo.
tres decimæ in ſingulos iuuencos, & duas
decimas in ſingulos arietes facietis.
21 Singulas decimas facies in agnos ſingulos
in ſeptem agnis.
22 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnū,
ad expiandum vos.
23 Præter holocauſtum matutinum quod eſt
holocauſtum iuge, facietis iſta.
24 Secundum hæc facietis: ſingulis diebus ſe-
ptem dierum, carnem oblationis ignitæ o-
doris quietis Iehouæ: vltra holocauſtum iu-
ge fiet, & libamen eius.
23 Septimo autem die conuocatio ſancta erit
vobis: omne opus ſeruile non facietis.

20 Omne fermentatum non comedetis: in omnibus habitaculis veſtris comedetis infermen-
tata.
21 Vocauit ergo Moſéh omnes ſeniores Iſraél, dixítq; illis, Trahite, & accipite vobis pecora
per familias veſtras, & immolate Péſah.
22 Accipietis quoq; faſciculum hyſſopi, & intingetis in ſanguine qui *erit* in vaſe: & applicabi-
s ſuperliminari & ambobus poſtibus de ſanguine qui *fuerit* in vaſe: vos verò non egredie-
mini quiſque ex oſtio domus ſuæ vſque mane.
23 Et tranſibit Iehouáh ad percutiendum Miſráim: quúmq; viderit ſanguinem in ſuperlimi-
nari & in ambobus poſtibus, tranſiliet Iehouáh iuxta oſtium, neq; permittet vaſtatorem in-
gredi domos veſtras ad percutiendum.
24 Obſeruabis itaq; rem iſtam pro ſtatuto tibi, & filiis tuis vſque in ſeculum.
25 Quúmq; ingreſſi fueritis, terram quam dabit Iehouáh vobis, quemadmodum pollicitus
eſt, tunc obſeruabitis cultum hunc.
26 Quum autem dixerint vobis filij veſtri, Quid *eſt* cultus iſte vobis?
27 Tunc dicetis, Sacrificium Péſah eſt ipſi Iehouæ, qui tranſiliit domos filiorum Iſraél in Miſ-
ráim quando percuſſit Miſráim, & domos noſtras eruit. Et incuruauit ſeſe populus, & ado-
rauit.
& 43 Et dixit Iehouáh ad Moſéh & Aharón, Hoc ſtatutum Péſah, Omnis alienigena non co-
medet ex eo.
44 Et omnem ſeruum hominis emptum argento, circumcides, tunc comedet ex eo.

Digitized by Google

45 Aduena & mercenarius non comedet ex eo.
46 In eadem domo comedetur: non educes è domo de carne foras, & os non confringetis in eo.
47 Vniuerſus cœtus Iſraël facient ipſum.
48 Quum autem peregrinabitur apud te peregrinus, & faciet Péſah ipſi Iehouæ, circuncidetur ei omnis maſculus,& tunc accedet ad faciendum illud: eritq; ſicut indigena terræ: nullus enim habens præputium comedet ex eo.
49 Lex vna erit indigenæ & peregrino, qui peregrinatur in medio veſtri.
Cap.13.v.3. Dixit ergo Moſéh ad populum, Mementote diei huius quo egreſſi eſtis ex Miſráim è domo ſeruorum: quoniam in fortitudine manus eduxit vos hinc Iehouáh: neq; comedatur fermentatum.
4 Hodie vos egredimini menſe Abib.
5 Quum autem introduxerit te Iehouáh in terram Chenaanæorum, Hitthæorum, & Emoræorum, & Hiuæorum, & Iebuſæorum, de qua iurauit Patribus tuis ſe daturum tibi, terram fluentem lacte & melle, tum coles cultum iſtum in menſe iſto.
6 Septem diebus comedes infermentata, die autem ſeptimo ſolennitas erit Iehouæ.
7 Infermentata comedentur ſeptem diebus, nec conſpicietur apud te fermentatum, neq; apparebit apud te fermentum in vniuerſo termino tuo.
8 Annuntiabiſq; filio tuo eo die, dicendo, Propter hoc *quod* fecit Iehouáh mihi quum exirem de Miſráim.
9 Et erit tibi in ſignum ſuper manum tuam, & in memoriale inter oculos tuos, vt ſit Lex Iehouæ in ore tuo, quia in manu forti eduxit te Iehouáh ex Ægypto.
10 Obſeruabiſq; ſtatutum hoc in tempore ſuo quotannis.
Cap.23.v.15. Solennitatem infermentatorum cuſtodies: ſeptem diebus comedes infermentata, quemadmodum præcepi tibi, tempore menſis Abib: quia in eo egreſſus es ex Ægypto, neq; conſpicientur coram me vacui.
Cap 34 v.18. Solennitatem infermentatorum obſeruabis. Septem diebus comedes infermentata, quemadmodum præcepi tibi, tempore menſis Abib: quia menſe Abib egreſſus es de Ægypto.
& 25 Non immolabis ſuper fermentatum ſanguinem ſacrificij mei, neq; pernoctabit vſque mane ſacrificium ſolemnitatis Péſah.

DE FESTO PENTECOSTES.

Exod. ca XXII. *verſ.* XVI.

ET *cuſtodies* ſolennitatẽ meſſis, *meſſis inquam* primitiuorum operũ tuorum quæ ſeminaueris in agro.
& 22 Et ſolennitatem hebdomadarũ facies tibi *in* primitijs meſſis triticeæ.

Leuit. cap XXIII. *v.* IX.

LOquut' eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
10 Alloquere Iſraelẽ, & dic eis, Quum ingreſſi fueritis terrã quam ego do vobis, & meſſueritis meſſẽ eius, tunc offeretis ómer primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem:
11 Qui offeret ómer coram Iehoua, vt ſit acceptum pro vobis: in craſtino ſabbathi offeret illud ſacerdos.
12 Facietiſq; die quo offeretis ómer, agnum perfectum anniculum, in holocauſtum Iehouæ:
13 Et minham eius, duas

Num. c. XXVIII. *v.* XXVI.

POrrò die primitiarum quando offeretis minham nouam Iehouę in hebdomadibus veſtris, conuocatio ſancta erit vobis, omne opus ſeruile non facietis.
27 Et offeretis holocauſtum in odorem quietis Iehouæ iuuencos filios bouis duos, arietem vnũ, & ſeptẽ agnos anniculos:
28 Et oblationem eorum ſimilam permiſtam oleo, tres decimas in ſingulos iuuencos, duas decimas per arietes ſingulos:
29 Singulas decimas

Deut. cap. XVI. *verſ.* IX.

SEptem *deinde* hebdomadas numerabis tibi: ex quo cœperit falx eſſe in ſegete, incipies numerare ſeptẽ hebdomadas:
10 Poſtea celebrabis ſolennitatẽ hebdomadũ Iehouæ Deo tuo: iuxta ſufficiẽtiam ſpõtaneæ manus tuæ *erit* quod dabis, prout benedixerit tibi Iehouáh Deus tuus.
11 Et lętaberis coram Iehoua Deo tuo, tu & filius tuus, & filia tua, & ſeruus tu', & ancilla tua & Leuita qui eſt intra portas tuas, & peregrinus, & pupill', & vidua, qui fuerint in

Digitized by Google

duas decimas ſimilæ permiſtę oleo,oblatio-
nem ignitam Iehouæ,in odorem quietis : &
libamen eius vini quartam partem hin.
14 Panem verò, & polentam & ſpicam ple-
nam nō comedetis vſq; ad hunc ipſum diē,
donec obtuleritis oblationem Dei veſtri,
ſtatutum perpetuum *erit vobis* in genera-
tionibus veſtris, in cunctis habitaculis ve-
ſtris.
15 Numerabitis autem vobis *dies* à poſtero die
ſabbathi,à die qua obtuleritis ómer eleua-
tionis,ſeptem hebdomades plenæ erunt:

29 Singulas decimas
per agnos ſigulos,
ſeptem agnis:
30 Hircum caprarum
vnum ad expiandū
vos:
31 Præter holocauſtū
iuge &. minham e-
ius, facietis : (im-
maculati erunt vo-
bis) & libamina e-
ius.

medio tui, in loco
quem elegerit Ieho
uáh Deus tuus, vt
habitare faciat no-
men ſuum ibi.
12 Et recordaberis
quòd ſeruus fueris
in Ægypto:propte-
rea cuſtodies ac fa-
cies ſtatuta hæc:

16 Vſq; ad poſterum *diem* ſabbathi ſeptimi numerabitis quinquaginta dies; & offeretis min-
ham nouam Iehouæ.
17 Ex habitaculis veſtris offeretis panem oblationis: duæ ex duabus decimis ſimilæ erunt:*cum*
fermento coquentur primitiæ Iehouæ.
18 Offeretiſque cum pane *illo* ſeptem agnos perfectos anniculos, & iuuencum filium bouis v-
num,& arietes duos,& erunt holocauſtum Iehouæ:& minha eorum,libamináq; eorum ob-
latio ignita *erit* odoris quietis Iehouæ.
19 Facietis quoq; hircum caprarum vnum pro peccato,& duos agnos anniculos in ſacrificium
pacificorum.
20 Offerétq; ſacerdos illa vltra panem primitiarum,eleuationem coram Iehoua cum duobus
agnis: ſanctitas erunt Iehouæ ſacerdoti.

DE FESTO TABERNACVLORVM.

*Exod.ca.*XXIII.*v.*XVI.

ET ſolennitatem
collectionis *quæ*
ſit in exitu anni *cu-*
ſtodies,quando col-
legeris opera tua
ex agro.
& 16 Et feſtum col-
lectionis *facies* in
reuolutione anni.

*Leu.ca.*XXIII.*v.*XXXIII.

LOquutus eſt & Ie-
houáh ad Moſeh,
dicendo,
34 Alloquere filios
Iſrael, dicēdo, De-
cimoquinto die
mēſis ſeptimi hui⁹,
ſolēnitas taberna-
culorum erit ſeptē
diebus Iehouæ.
35 Die primo erit cō-
uocatio ſancta:nul
lum opus ſeruile
facietis.
36 Septem diebus of-
feretis oblationem
ignitā Iehouæ: die
octauo cōuocatio
ſancta erit vobis,&
offeretis oblationē
ignitā Iehouæ: ſo-
lēnitas eſt: nullum
opus ſeruile facie-
tis.
37 Iſtæ ſunt feſtiuita-
tes Iehouę quas ce-
lebrabitis,cōuoca-
tiones ſanctæ, vt
offeratis *in eis* obla-
tionem ignitam Iehouæ, holocauſtum, &
minham, ſacrificium, & libamina ſua

*Num.cap.*XXIX.*ver.*XII.

POrrò decimaquin-
ta die menſis ſepti-
mi,conuocatio ſan-
cta erit vobis: nullū
opus ſeruile facie-
tis, & celebrabitis
ſolennitatem Ieho-
uæ ſeptem diebus.
13 Et offeretis holo-
cauſtum & oblatio-
nem ignitā in odo-
rē quietis Iehouæ,
iuuēcos filios bouis
tredecim, arietes
duos, agnos anni-
culos quatuorde-
cim: immaculati e-
runt.
14 Minham quoque
eorum ex ſimila
cōſperſa oleo, tres
decimas in iuuen-
cos ſingulos trede-
cim iuuencis: duas
decimas in arietes
ſingulos duobus a-
rietibus:
15 Et ſingulas deci-
mas per agnos ſin-
gulos,quatuordecim agnis:
16 Et hircum caprarum vnum in ſacrificium

*Deut.cap.*XVI.*verſ.*XIII.

SOlennitatē taber-
naculorum facies
ſeptem diebus, quū
collegeris tu de a-
rea tua & de torcu-
lari tuo.
14 Et lætaberis in ſo-
lennitate tua, tu &
filius tuus, & filia
tua, & ſeruus tuus,
& ancilla tua,& Le-
uita, & peregrinus,
& pupillus, & vi-
dua,qui *habitauerint*
intra portas tuas:
15 Septem diebus ſo-
lennitatē celebra-
bis Iehouę Deo tuo
in loco quem ele-
gerit Iehouáh: quū
benedixerit tibi Ie-
houáh Deus tuus in
cunctis frugibus
tuis; & in omni o-
pere manum tuarū,
& eris vtiq; lætus.

Digitized by Google

quodque die:
38 Præter ſabbatha Iehouæ, & præter dona
veſtra, prætérq; omnia vota veſtra, & prẹter
omnes ſpontaneas oblationes veſtras quas
dabitis Iehouæ.
39 Veruntamẽ decimoquinto die menſis ſe-
ptimi, quando congregaueritis fructũ ter-
ræ, celebrabitis celebritatẽ Iehouæ ſeptem
diebus: die primo *erit* ſabbathum, die quoq;
octauo *erit* ſabbathum.
40 Sumetiſq; vobis die primo fructum arbo-
ris decoris, & ramos palmarum, & ramos
arboris denſarum frondium, & ſalices tor-
rentis, & lẹtabimini coram Iehoua Deo ve-
ſtro ſeptem diebus.
41 Celebrabitis inquam iſtam celebritatem
Iehouæ ſeptem diebus quotannis: ſtatutum
perpetuum erit in generationibus veſtris,
menſe ſeptimo celebrabitis illam.
42 In tabernaculis habitabitis ſeptem diebus:
omnis indigena in Iſraele habitabunt in ta-
bernaculis:
43 Vt ſciant generationes veſtræ quòd in ta-
bernaculis habitare feci filios Iſraël, quan-
do eduxi eos è terra Ægypti: ego Iehouáh
Deus veſter.
44 Loquutus eſt igitur Moſéh de ſolennita-
tibus Iehouæ ad filios Iſraël.

pro peccato: præter holocauſtũ iuge, min-
ham eius, & libamen eius.
17 Die autem ſecundo iuuencos filios bouis
duodecim, arietes duos, agnos anniculos
quatuordecim immaculatos:
18 Et minham eorum, & libamina eorum in
iuuencos, in arietes, & in agnos, ſecundum
numerum eorum, iuxta morem:
19 Et hircum caprarum vnum in ſacrificium
pro peccato: præter holocauſtum iuge, &
minham eius, & libamina eorum.
20 Die verò tertio iuuencos vndecim, arie-
tes duos, agnos anniculos quatuordecim
immaculatos:
21 Et minham eorum, & libamina eorum in
iuuencos, in arietes, & in agnos, ſecundum
numerum eorum, iuxta morem:
22 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnũ:
præter holocauſtum iuge, & minham eius,
& libamen eius.
23 Die autem quarto iuuencos decem, arie-
tes duos, agnos anniculos quatuordecim
immaculatos:
24 Minham eorum, & libamina eorum in iu-
uencos, in arietes, & in agnos, ſecundum
numerum eorum, iuxta morem:
25 Et hircum caprarum vnum in ſacrificium
pro peccato: præter holocauſtũ iuge, min-
ham eius, & libamen eius.

26 Et die quinto iuuencos nouẽ, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim immaculatos:
27 Et minham eorum, & libamina eorum, in iuuencos, in arietes, & in agnos, ſecundum nu-
merum eorum, iuxta morem:
28 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnum: præter holocauſtum iuge, & minham eius, &
libamen eius.
29 Die præterea ſexto iuuencos octo, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim immacu-
latos:
30 Et minham eorum, & libamina eorum in iuuencos, in arietes, & in agnos, ſecundum nu-
merum eorum, iuxta morem:
31 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnum: præter holocauſtum iuge, minham eius & li-
bamina eius.
32 Et die ſeptimo iuuẽcos ſeptem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim immaculatos:
33 Et minham eorum, & libamina eorum in iuuencos, in arietes, & in agnos, ſecundum nu-
merum eorum, iuxta morem eorum:
34 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnum: præter holocauſtum iuge, minham eius, & li-
bamen eius.
35 Die octauo ſolennitas erit vobis: nullum opus ſeruile facietis.
36 Et offeretis holocauſtum & oblationem ignitam odoris quietis Iehouæ, iuuencum vnum,
arietem vnum, agnos anniculos ſeptem immaculatos:
37 Minham eorum, & libamina eorum in iuuencum, in arietem, & in agnos, ſecundum nu-
merum eorum, iuxta morem:
38 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnum: præter holocauſtum iuge, & minham eius, &
libamen eius.
39 Iſta facietis Iehouæ in ſolennitatibus veſtris præter vota veſtra, & ſpontanea veſtra in ho-
locauſtis veſtris, & minhis veſtris, & libaminibus veſtris, & pacificis veſtris.

DE FESTO CLANGORIS.

Leuit. cap. XXIII. *verſ.* XXIII.

LOquutus eſt autem Iehouah ad Moſéh, di-
cendo,

24 Allo-

Num. cap. XXIX. *verſ.* I.

MEnſe autem ſeptimo, primo *die* eiuſdem
conuocatio ſancta erit vobis: nullum o-

24 Alloquere filios Iſraél, dicendo, Menſe ſe-
ptimo, primo *die* eiuſdem erit vobis ſabba-
thum monimentum clangoris, conuocatio
ſancta.
25 Nullũ opus ſeruile facietis, & offeretis ob-
lationem ignitam Iehouæ.

pus ſeruile facietis, dies clangoris erit vobis.
2 Et facietis holocauſtum in odorem quietis
Iehouę, iuuencum filium bouis vnum, arie-
tem vnum, agnos anniculos ſeptem imma-
culatos.
3 Et minham eorum *ex* ſimila permiſta oleo,
tres decimas per ſingulos iuuencos, duas decimas per ſingulos arietes:
4 Et decimam vnam per agnos ſingulos, per ſeptem agnos:
5 Et hircum caprarum vnum in ſacrificium pro peccato ad expiandum vos:
6 Præter holocauſtum calendarum & minham eius, & holocauſtum iuge minhámq; eius, &
libamina eorum, ſecundum ritus ſuos, in odorem quietis, oblatio ignita Iehouæ.

DE FESTO EXPIATIONVM.

Exod. cap. XXX. *v.* X.

EX expiabit Aharón ſuper cornua eius ſemel in annó: ſanguine oblationis pro peccato expiationum, ſemel in anno expiabit ſuper illud in generationib⁹ veſtris: ſanctitas ſanctitatum eſt Iehouæ.

Leuit. cap. XVI. *verſ.* I.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh poſtquam mortui ſunt duo *ex* filiis Aharón, qui dum accederent coram Iehoua, mortui ſunt.
2 Dixítque Iehouáh ad Moſéh, Loquere ad
Aharón fratrem tuum, vt ne ingrediatur omni tempore ſanctuariũ intra velũ coram Propitiatorio quod eſt ſuper Arcam, ne moriatur, in nube enim apparebo ſupra Propitiatorium.
3 Cum hoc ingredietur Aharón ſanctuariũ, cum iuuenco filio bouis in hoſtiam pro peccato, & ariete in holocauſtum.
4 Tunica linea ſancta induet ſe, & feminalia linea erunt ſuper carnem eius, balteóq; lineo accinget ſe; & mitra linea velabit ſeſe: veſtes ſanctitatis ſunt: lauabitq; aqua carnẽ ſuam, & induet ſe illis.
5 A cœtu autem filiorum Iſraél accipiet duos hircos caprarum in hoſtiam pro peccato, & arietem vnum in holocauſtum.
6 Offerétq; Aharón iuuencum ſacrificii pro peccato ſuum, & expiationem faciet pro ſe & pro domo ſua.
7 Poſtea capiet duos hircos, quos ſtatuet coram Iehoua ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.
8 Mittétque Aharón ſuper duos illos hircos ſortes, ſortem vnam Iehouæ; & ſortem alteram pro Azazel.
9 Offeret autem Aharón hircum ſuper quem ceciderit ſors pro Iehouáh, & faciet eum pro peccato.
10 Hircum verò ſuper quẽ ceciderit ſors pro Azazel, ſtatuet viuum coram Iehoua, ad emundãdum per illum, ad emittendũ illum in Azazel in deſertum.

Num. c. XXIX. *verſ.* VII.

DEcimo autem *die* menſis ſeptimi huius, conuocatio ſancta erit vobis, affligetíſque animas veſtras: nullũ opus facietis.
8 Et offeretis holocauſtum Iehouę in odorẽ quietis, iuuencum filium bouis vnum, arietem vnum, agnos anniculos ſeptem: immaculati erũt vobis.
9 Et minham eorũ *ex* ſimila conſperſa oleo; tres decimas in ſingulos iuuencos, duas decimas in ſingulos arietes:
10 Singulas decimas per agnos ſingulos, per ſeptem agnos:
11 Hircum caprarum vnum in ſacrificiũ pro peccato: præter oblationẽ pro peccato expiationum, & holocauſtum iuge & minham eius, libamináq; eorum.

11 Offeret autem Aharón iuuencum pro hoſtia peccati ſuum, & expiationem faciet pro ſe &
pro domo ſua: mactabítq; iuuencum pro hoſtia peccati ſuum.
12 Aſſumet quoq; plenum thuribulum prunis ignitis de altari à conſpectu Iehouæ, & plenas
volas ſuas de inſenſo aromatico comminuto, & inferet intra velum.
11 Ponétque inſenſum ſuper ignem coram Iehoua: operiétq; nubes incenſi Propitiatorium
quod eſt ſuper Teſtimonium, & non morietur.
14 Denique accipiet de ſanguine iuuenci, & aſperget digito ſuo contra faciem Propitiatorii

Digitized by Google

ad Orientem: coram Propitiatorio inquam aſperget ſeptem vicibus de ſanguine illo, digito
ſuo.
15 Mactabit præterea hircum hoſtiam pro peccato, qui fuerit populi & inferet ſanguinem
eius intra velum: faciétq; de ſanguine eius quemadmodum fecit de ſanguine iuuenci, aſper-
gens ſcilicet illum ſuper Propitiatorium & coram Propitiatorio.
16 Et emundabit ſanctuarium ab immunditiis filiorum Iſraél, & à præuaricationibus eorum,
cunctiſq; peccatis eorum: ſic quoq; faciet tabernaculo eccleſiæ quod moratur cum eis in
medio immunditiarum eorum.
17 Nullus autem homo erit in tabernaculo eccleſiæ dum ingredietur ipſe ad emundandum
in ſanctuario, donec egrediatur ipſe: & expiationem fecerit pro ſe & pro domo ſua, & pro
vniuerſo cœtu Iſraél.
18 Exibit autem ad altare quod eſt coram Iehoua, & expiabit illud: tollétque de ſanguine iu-
uenci, ac de ſanguine hirci, & ponet ſuper cornua altaris per circuitum.
19 Aſpergétq; ſuper illud de ſanguine illo, digito ſuo, ſeptem vicibus, ac mundabit illud, ſan-
ctificabitq; ab immunditiis filiorum Iſraél.
20 Quum autem finierit expiare ſanctuarium, tabernaculúmq; eccleſiæ, & altare: tunc offe-
ret hircum viuum.
21 Imponétq; Aharón ambas manus ſuas ſuper caput hirci viui, & confitebitur ſuper illud o-
mnes iniquitates filiorum Iſraél, & omnes præuaricationes eorum cum omnibus peccatis
eorum: & ponet illa ſuper caput hirci, ac emittet *illum* per manum viri præparati, in deſer-
tum.
22 Et portabit hircus ille ſuper ſe omnes iniquitates eorum in terram inhabitabilem, & abire
ſinet hircum illum in deſerto.
23 Veniet poſt hæc Aharón in tabernaculum eccleſię, & exuet ſe veſtibus lineis quibus indue-
rat ſe dum ingrederetur ſanctuarium, & ponet eas ibi.
24 Lauabitq; carnem ſuam aqua in loco ſancto, & induet ſe veſtibus ſuis: egredietur autem,
& faciet holocauſtum ſuum & holocauſtum populi, & expiationem faciet pro ſe & pro
populo:
25 Adipem verò hoſtiæ pro peccato adolebit ſuper altare.
26 Qui verò deduxerit hircum in Azazel, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit carnem
ſuam aqua: & poſtea ingredietur caſtra ipſa.
27 Iuuencum autem pro peccato, & hircum pro delicto quorum illatus fuerit ſanguis ad e-
mundandum in ſanctuario, educet extra caſtra, & comburent igni pellem eorum, & carnes
eorum, & fimum eorum.
28 Et qui combuſſerit ea, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit carnem ſuam aqua, &
poſtea ingredietur caſtra.
29 Eritque vobis in ſtatutum perpetuum: menſe ſeptimo, decima menſis affligetis animas
veſtras, neque opus vllum facietis, indigena & peregrinus qui peregrinatur in medio
veſtri.
30 In hac enim die expiabit vos vt emundet vos: ab omnibus peccatis veſtris coram Iehoua
mundabimini.
31 Sabbathum quietis eſt vobis, & affligetis animas veſtras ſtatuto perpetuo.
32 Expiabit autem ſacerdos quem vnxerit *vngens*, & cuius conſecrauerit manum ad fungen-
dum ſacerdotio pro patre ſuo: induétq; ſe veſtibus lineis, veſtibus ſanctis.
33 Et expiabit ſanctuarium ſanctitatis, & tabernaculum eccleſiæ, altare quoq; expiabit, & ſa-
cerdotes, & cunctum populum congregationis expiabit.
34 Eritq; hoc vobis in ſtatutum perpetuum ad emundandum filios Iſraél ab omnibus pecca-
tis ſuis ſemel quotannis. Et fecit Moſéh ſecundum quod præceperat *ei* Iehouáh.

Cap. 22. v. 26. Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
27 Veruntamen in decimo menſis huius ſeptimi, dies expiationum erit: conuocatio ſancta e-
rit vobis: affligetiſq; animas veſtras, & offeretis oblationem ignitam Iehouæ.
28 Nullum opus facietis hoc ipſo die: quia dies expiationum eſt, ad expiandum vos coram Ie-
houa Deo veſtro.
29 Omnis enim anima quæ non fuerit afflicta eo ipſo die, excidetur è populis ſuis.
30 Et quiſquis fecerit quodcunq; opus eo ipſo die, perdam animam illam è medio populi ſui.
31 Nullum opus facietis: ſtatutum perpetuum erit in generationibus veſtris in cunctis habi-
tationibus veſtris.
32 Sabbathum quietis eſt vobis, & affligetis animas veſtras: nona menſis, in veſperá, à veſpera
vſq; ad veſperam quieſcetis *in* ſabbatho veſtro.

D E

Digitized by Google

DE PRIMITIIS.

Exod. cap. XXII. *v.* XXIX.

PLenitudinẽ tuam
&lacrymam tuam
non tardabis *offerre*:
primogenitum fi-
liorum tuorum da-
bis mihi.
30 Sic facies de boue
tuo, *&* de pecore
tuo: ſeptem dies e-
rit cum matre ſua,
die autem octauo
dabis eum mihi.
CAP.23. V.19. Primi-
tias primitiuorum
terræ tuæ adduces
in domum Iehouæ
Dei tui, non coques
hœdum in lacte ma-
tris ſuæ.
CAP.34. V.26. Prin-
cipium primitiuo-
rum terræ tuæ infe-
res in domum Ieho-
uæ Dei tui. Non co-
ques hædum in la-
cte matris ſuæ.

Leuit. cap. II. *verſ.* XIV.

SI verò obtuleris
minham primitia-
rum Iehouę, ſpicam
toſtam igni, triticũ
cõtuſum ſpicæ ple-
næ offeres minham
primitiarũ tuarum.
15 Et pones ſuper eam
oleum, pones item
thus ſuper eã: min-
ha eſt.
16 Et adolebit ſacer-
dos odorem eius de
frumento eius con-
tuſo, & de oleo eius
vltra totum thus i-
pſius: oblatio eſt i-
gnita Iehouæ.

Num. cap. XV. *verſ.* XVII.

LOquutus eſt inſu-
per Iehouáh ad
Moſéh dicendo,
18 Alloquere filios,
Iſraël, & dicas eis,
Quum ingreſſi fue-
ritis terrã ad quam
ego introducturus
ſum vos.
19 Tum fiet, quũ cœ-
peritis comedere
de pane terræ, offe-
retis oblationem
Iehouæ.
20 *De* primitiis con-
ſperſionum veſtra-
rum, placentam of-
feretis *in* oblationẽ:
ſicut oblationem a-
reæ, ſic offeretis il-
lam.
21 De primitiis con-
ſperſionum veſtra-
rum dabitis Iehouę,
oblationem per ge-
nerationes veſtras.

Deut. cap. XXVI. *verſ.* I.

QVum autem in-
greſſus fueris ter-
ram quam Iehouáh
Deus tuus dat tibi
in hæreditatem, &
poſſederis eam, &
habitaueris in ea:
2 Tunc accipies de
primitiis omnium
fructuũ terræ, quas
afferes è terra tua
quã Iehouáh Deus
tuus dat tibi, & po-
nes in caniſtro, ibiſ-
que ad locũ quem
elegerit Iehouáh
Deus tuus, vt illic
habitare faciat no-
men ſuum:
3 Et venies ad ſacer-
dotem qui erit in
diebus illis, dicéſ-
que illi, Annuntio
hodie Iehouæ Deo
tuo quòd ingreſſus
ſum terram quam
iurauit Iehouáh Pa-
tribus noſtris ſe daturum nobis.
4 Capiétq; ſacerdos caniſtrum è manu tua, & ponet illud coram altari Iehouæ Dei tui.
5 Et loquêris, ac dices coram Iehoua Deo tuo, Syrus *ille* penuria laborans patèr meus, deſ-
cendit in Ægyptum, & peregrinatus eſt illic cum viris paucis, & euaſit illic in gentem ma-
gnam, robuſtam, & multam.
6 Moleſtia autem nos affecerunt Ægyptij, & afflixerunt nos, impoſuerúntq; nobis ſeruitutem
duram.
7 Clamauimus itaque ad Iehouam Deum Patrum noſtrorum, & exaudiuit Iehouáh vocem
noſtram, & aſpexit afflictionem noſtram, & laborem noſtrum, & oppreſſionem noſtram.
8 Et eduxit nos Iehouáh ex Ægypto cum manu forti, ac brachio extento, & terrore magno,
& ſignis atq; portentis.
9 Et introduxit nos ad locum iſtum, deditque nobis terram iſtam, terram fluentem lacte &
melle.
10 Nunc igitur ecce, attuli primitias fructus terræ quam dediſti mihi, ô Iehouáh, & relinques
illud coram Iehoua Deo tuo, atque adorabis coram Iehoua Deo tuo.
11 Et lætaberis in omni bono quod dederit tibi Iehouáh Deus tuus & domui tuæ, tu & Leui-
tà, & peregrinus qui eſt in medio tui.

DE DECIMIS.

Leuit. cap. XXVII. *verſ.* XXX.

OMnes autem decimæ terræ
ſiue de ſemine terræ, *ſiue* de
fructu arborũ, Iehouæ ſunt,
ſanctitas Iehouæ.
31 Si verò redimendo redeme-
rit vir *aliquid* de decimis ſuis,
quintam eius partem addet
vltra eam.
32 Et omnis decima boum
& ouium, omnium *nempe*

Num. cap. XVIII. *verſ.* XXIV.

DEcimas enim filiorum Iſ-
raël quas offerent Iehouę
in oblationem, dedi Leuitis
in hæreditatem: idcirco dixi
de illis, In medio filiorum
Iſraël non poſſidebunt hæ-
reditatem.
25 Et loquutus eſt Iehouáh,
ad Moſéh, dicendo,
26 Et ad Leuitas loquêris, &

Deut. cap. XII. *verſ.* V.

SEd locum quem elegerit
Iehouáh Deus veſter de
cunctis tribubus veſtris, vt
ponat nomen ſuum ibi, vt
habitet ipſe, requiretis, &
venietis illuc:
6 Et adducetis eò holocau-
ſta veſtra, & ſacrificia ve-
ſtra, & decimas veſtras, &
oblationem manus veſtræ,

Digitized by Google

qua transeunt ſub virga, decima *inquam pars* erit ſanctitas Iehouæ.

33 Non diſquiret vtrum bonum an malum, neque permutabit illud: quòd ſi commutando commutauerit ipſum, erit tam hoc quàm illud quod commutatum eſt, erit *inquam* ſanctificatio, non redimetur.

dices eis, Quum acceperitis à filiis Iſraël decimas quas dedi vobis ab illis in hæreditatem veſtram: tunc offeretis ex illis oblationem Iehouæ, decimas è decimis.

27 Et reputabitur vobis oblatio *illa* veſtra vt frumētum de area, & vt plenitudo de torculari.

28 Sic offeretis vos quoque oblationem Iehouæ de omnibus decimis veſtris, quas acceperitis à filiis Iſraël, & dabitis ex illis oblationem Iehouæ Aharón ſacerdoti.

29 Ex omnibus donariis veſtris offeretis omnem oblationem Iehouæ, de omni adipe eius, ſanctificationem eius de eo.

30 Dices prętereà illis, Quum obtuleritis pinguedinem eius ex eo, reputabitur Leuitis vt fructus areæ, & vt fructus torcularis.

31 Comedetis autem illud in omni loco vos & domus veſtra: quia merces eſt vobis pro miniſterio veſtro in tabernaculo eccleſiæ.

32 Et non portabitis ob id peccatum quum vos obtuleritis pinguedinem eius ex eo: & *ita* ſanctificationes filiorum Iſraël non polluetis, & non moriemini.

& vota veſtra, & ſpōtanea veſtra, & primogenita boū veſtrorū, & ouium veſtrarum.

& 10 Sed tranſibitis Iardén, & habitabitis in terra quam Iehouáh Deus veſter dat vobis poſſidendam iure hæreditario, & requiem dabit vobis ab omnibus inimicis veſtris in circuitum, & habitabitis confidenter.

11 Tunc *ad* eum locum quem elegerit Iehouáh Deus veſter vt habitare faciat nomen ſuum illic, conferetis omnia quæ ego præcipio vobis, holocauſta veſtra, & ſacrificia veſtra, decimas veſtras, & oblationes manus veſtræ, & omne quod præcipuum eſt in votis veſtris quæ vouebitis Iehouæ.

& 17 Non poteris comedere intra portas tuas decimam frumenti tui, & vini tui, & olei tui, & primogenita boū tuorum, & pecudū tuarum, & omnia vota tua quę voueris, & ſpontanea tua, & oblationes manus tuæ:

18 Sed coram Iehoua Deo tuo comedes illa, in loco quem elegerit Iehouáh Deus tuus, tu & filius tuus, & filia tua, & ſeruus tuus, & ancilla tua, & Leuita qui eſt intra portas tuas: & lætaberis coram Iehoua Deo tuo in omni re ad quam miſeris manum tuam.

Cap.14.v.22. Decimando decimabis omnem prouentum ſeminis tui quod egreſſum fuerit ex agro annuatim.

23 Et comedes coram Iehoua Deo tuo in loco quem elegerit, vt habitare faciat nomen ſuum ibi, decimam frumenti tui, vini tui, & olei tui, & primogenita boum tuorum, & pecudum tuarum: vt diſcas timere Iehouam Deum tuum omnibus diebus.

24 Quòd ſi longior fuerit via quàm vt per eam ferre poſſis illas, quòd diſtet à te locus ille quē elegerit Iehouáh Deus tu⁹ vt ponat nomē ſuum ibi, quū benedixerit tibi Iehouáh Deus tu⁹:

25 Tunc dabis pro pecunia, & colligabis pecuniam in manu tua, & ibis ad locum quem elegerit Iehouáh Deus tuus:

26 Et dabis pecuniam pro omni eo quod deſiderat anima tua, pro bobus, & pro ouibus, & pro vino, & pro ſechár, & pro cunctis denique quæ poſtulauerit à te anima tua: & comedes ibi coram Iehoua Deo tuo, & lætaberis tu & domus tua.

27 Leuitam autem qui intra portas tuas habitauerit, non derelinques: quia non eſt ei pars & hæreditas tecum.

28 Tertio quoq; anno proferes omnes decimas prouentus tui anno ipſo, & repones intra portas tuas.

29 Venietq; Leuita (quia non eſt ei portio & hæreditas tecum) & peregrinus, & pupillus, atq; vidua, qui ſunt intra portas tuas, & comedent & ſaturabuntur, vt benedicat tibi Iehouáh Deus tuus in omni opere manus tuæ quod feceris.

Cap.26.v.12. Poſtquam compleueris dare decimam omnium decimarum fructuum tuorum anno tertio, anno decimæ, & dederis Leuitæ, peregrino, pupillo, & viduæ, & comederint intra portas tuas, & ſaturati fuerint.

13 Tunc dices coram Iehoua Deo tuo; Extuli ſanctificatum è domo, & etiam dedi illud Leuitæ,

Digitized by Google

Leuitæ,& peregrino,pupillo,& viduæ, ſecundum omne præceptum tuum quod præcepiſti
mihi: non præterijui *vllum* de præceptis tuis,neq; oblitus ſum.
14 Non comedi in triſtitia mea ex eo, neq; extuli ex eo in re profana, neque dedi *quicquam* ex
ea in funere: obediui voci Iehouæ Dei mei,feci iuxta omnia quæ præcepiſti mihi.
15 Reſpice de habitaculo ſanctitatis tuæ, è cœlo; & benedic populo tuo Iſraeli, & terræ quam
dediſti nobis,quemadmodum iuraſti Patribus noſtris,terræ fluenti lacte & melle.

DE NOVALIBVS.

Leuit. cap. XIX. *verſ.* XXIII.

QVum autem ingreſſi fueritis terram,& plantaueritis omnis generis arborem fructiferam,
tunc circũcidetis præputium eius, fructum eius: tribus annis erit vobis incircũciſus,
non comedetur eius fructus.
24 Quarto autem anno erit omnis fructus eius ſanctitas laudum Iehouæ.
25 Anno verò quinto comedetis fructum eius; vt multiplicet vobis fructum eius: ego Iehouáh Deus veſter.

DE PRIMOGENITIS.

Exod.cap. XIII. *verſ.* I.

DIxítq; Iehouáh ad Moſéh his verbis,
2 Sanctifica mihi omne primogenitũ:
quicquid aperit vuluam in filiis Iſraël tam
in hominibus quàm in iumentis: meum
enim eſt.
& 11 Quumque introduxerit te Iehouáh in
terram Chenaanæorum, quemadmodum
iurauit tibi & Patribus tuis, & dederit eam
tibi:
12 Tunc transferes omnem apertionẽ vuluę
ad Iehouam; omnem item apertionem, emiſſionem
iumenti, quod tuum erit: maſcula, Iehouæ *erunt*.
13 Omne autem primogenitum aſini redimes
hœdo: quòd ſi non redemeris, ceruicem
franges ei: omne quoq; primogenitum hominis
in filijs tuis,redimes.
14 Quum autem interrogauerit te filius tuus
cras,dicendo,Quid hoc? tum dices ad eum,
In fortitudine manus eduxit nos Iehouáh ex Miſraim è domo ſeruorum.
15 Et fuit, quum induraſſet ſe Paróh quominus dimitteret nos, occidit Iehouáh omne primogenitum
in terra Miſraim à primogenito hominis vſq; ad primogenitum animalis: idcirco
ego ſacrifico Iehouæ omnem apertionem vuluæ ſexus maſculini: omne autem primogenitum
filiorum meorum redimo.
16 Et erit in ſignum ſuper manum tuam, & in frontalia inter oculos tuos: quia in fortitudine
manus eduxit nos Dominus ex Miſraim.
CAP.22.V.29. Plenitudinem & lachrymam tuam non tardabis *offerre*: primogenitum filiorum
tuorum dabis mihi.
30 Sic facies de boue tuo, & de pecore tuo: ſeptem dies erit cum matre ſua, die autem octauo
dabis eum mihi.
CAP.34 V.19. Quicquid aperit vuluam,meum eſt,& omne pecus tuum *quod* memorabitur *inter*
primogenita boum & ouium.
20 At primogenitum aſini redimes oue: quòd ſi non redemeris, tum ceruicem præcides illi,
omne primogenitum filiorum tuorum redimes: neq; conſpicientur coram me vacui.

Deut.cap. XV. *verſ.* XIX.

OMne primogenitum quod naſcetur in armento
tuo aut in grege tuo, maſculum
ſanctificabis Iehouæ Deo tuo: non vtêris opera
primogeniti bouis tui, neq; tondebis
primogenita gregis tui.
20 Coram Iehoua Deo tuo comedes illa annuatim,
in loco quem elegerit Iehouáh, tu
& familia tua.
21 Quòd ſi fuerit in eo macula *aut fuerit* cæcum,
vel claudum, *aut* quouis *alio* vitio *deprauatum*,
non ſacrificabis illud Iehouę Deo
tuo.
22 Intra portas tuas comedes illud, immundus
& mundus pariter *comedet*, perinde atq; capream
& ceruum.
23 Tantummodo ſanguinem eius non comedes,
ſed ſuper terram fundes illum tanquam
aquam.

Digitized by Google

DE SABBATHO SEPTENNI.

Exod. cap. xxiii. verſ. x.

SEx annis ſeres terram tuam, & congregabis prouentũ eius.
11 In ſeptimo verò relinques eam, atq; deſeres, & comedẽt pauperes populi tui reſiduũ autem eorũ comedet beſtia agri: ſic facies vineæ tuæ & oliueto tuo.

Leuit. cap xxv. verſ. i.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſch in monte Sinái, dicendo,
2 Alloquere filios Iſraël, & dic eis, Quum ingreſſi fueritis terram
quam ego do vobis, tunc ſabbathizabit terra ſabbathum Iehouæ.
3 Sex annis ſeminabis agrum tuum, & ſex annis putabis vineā tuam;
colligéſq; fructus eius.
4 Anno autem ſeptimo ſabbathum requietionis erit terræ, ſabbathum
Iehouæ: agrum tuum non ſeres, & vineam tuam non putabis.
5 Quæ ſua ſponte naſcuntur *in* meſſe tua, non metes, & vuas ſeparationis
tuæ non vindemiabis: annus requietionis erit terræ.
6 Erit autem ſabbathum terræ vobis in cibum, tibi, & ſeruo tuo, &
ancillæ tuæ, & mercenario tuo, & aduenæ tuo, qui habitant apud te:
7 Et animali tuo, & beſtiæ quæ fuerit in terra tua, erit *inquam* omnis
fructus eius in cibum.
& 18 Et facite ſtatuta mea, iudiciáq; mea ſeruate, & facite illa, & habi-
tabitis ſuper terram illam confidenter.
19 Dabitq; terra fructum ſuum, & comedetis ad ſaturitatem vſq;, atq;
habitabitis confidenter ſuper illam.
20 Quòd ſi dixeritis, Quid comedemus anno ſeptimo? an non ſeremus,
neq; colligemus fructus noſtros.
21 Tunc præcipiam benedictioni meæ *pro* vobis anno ſexto, & faciet
fructum pro tribus annis.
22 Seretiſq; anno octauo, & comedetis fructum veterem vſq; ad annum
nonum: donec venerit fructus eius, comedetis vetus.

DE IVBILEO.

Leuit. cap. xxv. verſ. viii.

NVmerabis autem ſeptem ſabbatha annorum, *id eſt* ſeptem annos ſeptem vicibus: qui qui-
dem dies ſeptem ſabbathorum annorum, efficient tibi quadraginta nouem annos.
9 Tunc tranſire facies tubam iubilationis menſe ſeptimo, decimo menſis, *id eſt* die expiatio-
num: tranſire *inquam* facietis tubam per vniuerſam terram veſtram.
10 Sanctificabitiſque annum quinquageſimum, & proclamabitis libertatem in terra cunctis
habitatoribus eius: iobel ipſe erit vobis: & reuertemini quiſq; ad poſſeſſionem ſuam, & quiſ-
que ad familiam ſuam reuertemini.
11 Iobél ipſe, annus quinquaginta annorum erit vobis: non ſeretis, neque metetis quæ ſponte
produxerit terra, neq; vindemiabitis ſeparationes eius:
12 Quia iobél eſt, ſanctus erit vobis: agri comedetis fructum.
13 Anno iobél iſto reuertemini ſinguli ad poſſeſſionem ſuam.

DE VOTIS IN GENERE.

Leuit. cap. xxvii. verſ. ix.

SI autem animal *vouerit* de quo offerunt oblationem Iehouę, omne de quo dederit Iehouæ, erit ſanctitas.
10 Non mutabit illud, neque commutabit illud, melius deteriore, aut deterius meliore, quod ſi commutando commutauerit, animal animali, & illud & commutatio eius erit ſanctitas.

Num. cap. xxx. verſ. ii.

LOquutus eſt præterea Moſeh ad capita tribuum de filiis Iſraël, dicendo, Hoc eſt quod præcepit Iehouáh,
3 Quicunq; vouerit votum Iehouæ, aut iurauerit iuramentum, aſtringendo obligatione animam ſuam, non polluet verbum ſuum: iuxta omne quod egreſſum eſt ex ore ſuo, faciet.

Deut. cap. xiii. verſ. xxi.

QVũ voueris votũ Iehouæ Deo tuo, nõ differes reddere illud: quia requirendo requiret illud Iehouáh Deus tuus à te, & erit in te peccatũ.
22 Si autem deſieris vouere, non erit in te peccatum.
23 Quod egreſſum fuerit è labiis tuis, præſtabis & facies quemadmodum vouiſti Iehoua Deo tuo ſponte tua, poſteaquā loquutus es ore tuo.

QVÆ

Digitized by Google

QVÆ PERSONÆ VOVERE SINE exceptione non poſſint.

Num. cap. XXX. *verſ.* IV.

AT mulier quum vouerit votum Iehouæ, & aſtrinxerit ſe obligatione in domo patris ſui in pueritia ſua:
5 Et audierit pater eius votum ipſius,& obligationem qua aſtrinxit animam ſuam,& tacuerit illi pater eius: tum firma erunt omnia vota illius, omniſq; obligatio qua obligauerit animam ſuam,ſtabilis erit.
6 Si autem irritum fecerit pater eius illud qua die ipſe audierit omnia vota eius,& obligationes eius quibus obligauerit animam ſuam: non erunt ſtabilia, & Iehouáh parcet ei, quia irritum fecit pater eius illud.
7 Quòd ſi nupſerit viro,& vota vouerit, aut protulerit labiis ſuis aliquid quo obligauerit animam ſuam:
8 Et audiuerit vir eius,& die qua audiuerit, tacuerit ei: ſtabilia erunt vota eius, & obligatio eius qua obſtrinxerit animam ſuam,ſtabilis erit.
9 Si verò die qua audiuit vir eius, irritum fecerit illud: tunc irritum reddet votum illius quod vouit, & quod protulit labiis ſuis, quo obſtrinxerat animam ſuam, & Iehouáh parcet ei.
10 Omne autem votum viduæ & repudiatæ quo obligauit animam ſuam, firmum erit.
11 Si autem *in* domo viri ſui vouerit, aut obſtrinxerit obligatione *aliqua* animam ſuam cum iuramento:
12 Si audierat vir eius,& tacuerat ei,nec irritum fecerat illud:tum ſtabilia erunt omnia vota eius,& omnis obligatio qua obſtrinxerit animam ſuam,ſtabilis erit.
13 Quòd ſi irritum faciendo irrita fecerat ea vir eius die qua audiuerat, omnis egreſſio labiorum eius in votis eius, & in obligatione animæ eius, non erit ſtabilis: vir eius irritauit ea & Iehouáh parcet illi.
14 Omne votum, & omne iuramentum obligationis vt affligat animam, vir eius ſtabiliet illud,& vir eius irritum faciet illud.
15 Quòd ſi tacendo tacuerit illi vir eius à die in diem,tunc ſtabiliet omnia vota eius,vel omnes obligationes eius quæ ſunt ſuper eam: ſtabiliet ea,qui tacuit illi in die qua audiuit.
16 Et ſi irrita faciendo irrita fecerit ea poſtquam audiuit, tunc portabit iniquitatem illius.
17 Iſta ſunt ſtatuta quæ præcepit Iehouáh Moſéh inter virum & vxorem eius, inter patrem & filiam eius in pueritia eius *in* domo patris ſui.

QVÆ VOVERI NON POSSINT.

Leuit cap. XXVII. *verſ.* XXVI.

VErumtamen primogenitũ quod iure primogeniture offertur Iehouæ inter animalia,nemo conſecrabit:ſiue bos, ſiue ouis, Iehouæ eſt.

Deut. cap. XXIII. *verſ.* XVIII.

NOn adduces mercedem meretricis, & pretium canis in domum Iehouæ Dei tui pro quocunq; voto:quia abominatio Iehouæ Dei tui etiam vtrunq; eſt.

DE VOTORVM REDEMPTIONE.

Leuit.cap. XXVII. *verſ.* I.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
2 Alloquere filios Iſraél,& dic eis,Vir quum ſeparauerit votum ſecundum æſtimationem animarum,Iehouæ:
3 Erit æſtimatio tua: *pro* maſculo, à filio viginti annorum vſque ad filium ſexaginta annorum erit æſtimatio tua quinquaginta ſeclorum argenteorum,ſecundum ſeclum ſanctuarii:
4 Quòd ſi fœmina fuerit,erit æſtimatio triginta ſeclorum.
5 Si autem à filio quinque annorum vſque ad filium viginti annorum:erit æſtimatio tua, *pro* maſculo viginti ſeclorum: *pro* fœmina verò, decem ſeclorum.
6 Si verò à filio menſis vſque ad filium quinque annorum, erit æſtimatio tua, *pro* maſculo

Digitized by Google

quinque ſeclorum argenteorum: *pro* fœmina verò, æſtimatio tua *erit* trium ſeclorum argenteorum.
7 At ſi à filio ſexaginta annorum & ſuprà: ſi *pro* maſculo, erit æſtimatio tua quindecim ſeclorum: & *pro* fœmina, decem ſeclorum.
8 Quòd ſi pauperior eſt quàm vt æſtimationem tuam *poſſit ſoluere*, tunc ſtatuet illum coram ſacerdote, & æſtimabit eum ſacerdos: ſecundum quod apprehenderit manus vouentis, æſtimabit eum ſacerdos.
9 Si autem animal *venerit* de quo offerunt oblationem Iehouæ, omne de quo dederit Iehouæ, erit ſanctitas
10 Non mutabit illud, neque commutabit illud, melius deteriore, aut deterius meliore. Quòd ſi commutando commutauerit animal animali, & illud & commutatio eius erit ſanctitas.
11 Si autem *fuerit* quodlibet animal immundum, de quo non offerunt oblationem Iehouæ, tunc ſtatuet animal coram ſacerdote:
12 Æſtibamítq; illud ſacerdos, ſiue bonum *ſit*, ſiue malum: ſecundum æſtimationem tuam, ò ſacerdos, ſic erit.
13 Si verò redimendo redemerit illud, addet quintam eius partem vltra æſtimationem tuam.
14 Vir autem cum conſecrauerit domum ſuam conſecrationem Iehouæ, æſtimabit eam ſacerdos ſiue bona *ſit* ſiue mala: ſecundum quod æſtimauerit eam ſacerdos, ſic manebit.
15 Si autem conſecrans redemerit domum ſuam, addet quintam partem pecuniæ æſtimationis tuæ ſuper eam, & illius erit.
16 Si verò de agro poſſeſſionis ſuæ conſecrauerit quis Iehouæ, erit æſtimatio tua ſecundum ſementem eius: ſemen cori hordeorum, quinquaginta ſeclis argenteis æſtimabitur.
17 Quòd ſi ab anno iobél conſecrauerit agrum ſuum, ſecundum æſtimationem tuam manebit.
18 Si verò poſt iobél conſecrauerit agrum ſuum, tum ſupputabit cum eo ſacerdos pecuniam ſecundum annos qui remanent vſq; ad annum iobél, & detrahetur de æſtimatione tua.
19 Si autem redimendo redimat agrum qui conſecrauit ipſum, addet quintam partem pecuniæ æſtimationis tuæ ſuper eam, & manebit ei.
20 Si verò non redemerit agrum, & ſi vendiderit agrum viro alteri, non redimet vltrà:
21 Sed erit ager, quum egredietur iobél, ſanctitas Iehouæ, ſicut ager anathematis, ſacerdoti erit poſſeſſio eius.
22 Si verò agrum èmptum à ſe, qui non erat de agro poſſeſſionis ſuæ, conſecrauerit Iehouæ:
23 Tunc ſupputabit illi ſacerdos numerum æſtimationis tuæ vſq; ad annum iobél, dabítq; æſtimationem tuam in die illo, ſanctitatem Iehouæ.
24 In anno iobél reuertetur ager ad eum à quo emerat ipſum, ad eum cuius *erat* poſſeſſio terræ.
25 Omnis autem æſtimatiò tua erit ſecundum ſeclum ſanctuarii: viginti obolorum eſt ſecél.
¶ 27 Si verò *fuerit* ex animalibus immundis, redimet iuxta æſtimationem tuam, & addet quintam partem eius vltra eam: & ſi non redimatur, vendatur iuxta æſtimationem tuam.
28 Veruntamen omne anathema quod conſecrabit aliquis Iehouæ, ex omnibus quæ habet, de hominibus & animalibus, & de agris poſſeſſionis ſuæ, non vendetur, neq; redimetur, omne *enim* anáthema ſanctitas ſanctitatum erit Iehouæ.
29 Omne anáthema quod conſecrabitur de hominibus, non redimetur, moriendo, morietur.

DE VOTO NAZAREATVS.

Num. cap. VI. *verſ.* I.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
2 Alloquere filios Iſraelis, & dicas eis, Vir aut mulier quum ſeparauerit ſe, vouendo votum Nazaræi, vt ſeparet ſeſe Iehouæ:
3 A vino & ſechár ſeparabit ſe: acetum vini, & acetum ſechár non bibet, neque vllum madefactum vuis bibet, ſed nec vuas recentes & ſiccas comedet.
4 Omnibus diebus Nazaræatus ſui ex omni eo quod fit è vite vini, ab acinis ipſis vſque ad corticem, non comedet.

5 Omni

5 Omnibus diebus voti Nazaræatus ſui nouacula non tranſibit ſuper caput eius, donec impleti fuerint dies quibus conſecrabit ſe Iehouæ: ſanctus erit, creſcere ſinet crinem capitis ſui.
6 Omnibus diebus quibus ſeparabit ſe Iehouæ, ad animam mortui non ingredietur.
7 Super patre ſuo aut ſuper matre ſua, ſuper fratre ſuo aut ſuper ſorore ſua non polluet ſeſe illis quum mortui fuerint: quia conſecratio Dei ſui eſt ſuper caput eius.
8 Omnibus diebus Nazaræatus ſui ſanctus erit Iehouæ.
9 Si autem mortuus fuerit mortuus iuxta eum ſtatim mox, & pollueritcaput ſeparationis eius: radet caput ſuum die purificationis ſuæ, die ſeptimo radet illud.
10 Die autem octauo afferet duos turtures, vel duos pullos columbę ad ſacerdotem, ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.
11 Et faciet ſacerdos vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum: expiabítque illum de eo quod peccauit ſuper cadauere, & ſanctificabit caput ſuum die illa.
12 Et ſeparabit Iehouæ dies Nazaræatus ſui, afferétq; agnum anniculum pro delicto: & dies priores erunt irriti, quoniam pollutus fuit Nazaræatus eius.
13 Hæc autem eſt lex Nazaræi: die quo completi fuerint dies nazaræatus eius, conferet ſe ad oſtium tabernaculi eccleſiæ:
14 Offerétq; oblationem ſuam Iehouæ agnum anniculum perfectum vnum in holocauſtũ, & agnam vnam anniculam perfectam in ſacrificium pro peccato, & arietem vnum perfectum in hoſtiam pacificorum:
15 Caniſtrum præterea *panum* infermentatorum, ſimilam placentarum conſperſarum oleo, & lagana infermentata vncta oleo, & minham eorum, & libamina eorum.
16 Et offeret *illa* ſacerdos coram Iehoua, faciétq; ſacrificium pro peccato illius, & holocauſtum illius.
17 Arietem quoq; faciet ſacrificium pacificorum Iehouæ, vnà cum caniſtro infermentatorũ: faciet item ſacerdos minham eius, & libamen eius.
18 Tum radet Nazaræus *ad* oſtium tabernaculi eccleſiæ caput nazaræatus ſui, capiétq; cæſariem capitis nazaræatus ſui, & ponet ſuper ignem qui eſt ſuper ſacrificium pacificorum.
19 Capiet præterea ſacerdos armum coctum de ariete illo: & placentam infermentatam vnam è caniſtro, & laganum infermentatum vnum, & ponet ſuper manus Nazaræi, poſteaquam raſus fuerit nazaræatus eius.
20 Et eleuabit ea ſacerdos eleuatione coram Iehoua: ſanctitas eſt ſacerdoti vltra pectuſculum eleuationis, & vltra armum exaltationis: & poſtea bibat Nazaræus vinum.
21 Hæc eſt lex Nazaræi qui vouerit, *&* oblationis eius Iehouæ pro nazaræatu ſuo, præter id quod attinget manus eius: ſecundum votum ſuum quod vouerit, ſic faciet ſecũdum legem nazaræatus ſui.

DE LEGIBVS PROPRIIS Sacerdotum.

DE POLLVTIONIBVS.

Leuit. cap. XXII. verſ. 1.

Loquutus eſt inſuper Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
2 Loquere ad Aharón & filios eius, vt ſeparent ſeſe à ſanctificationibus filiorum Iſraél, & ne polluant nomen ſanctitatis meæ *in his* quæ ipſi ſanctificant mihi: ego Iehouáh.
3 Dic illis, In generationibus veſtris omnis vir qui acceſſerit ex omni ſemine veſtro ad ſanctificationes quas ſanctificauerint filii Iſraél Iehouæ, & immunditia ſua fuerit ſuper ipſum, excidetur anima ipſius à facie mea: ego Iehouáh.
4 Quicunq; è ſemine Aharón fuerit leproſus, vel ſeminifluus, de ſanctificationibus non comedet donec mundet ſe: & qui tetigerit quemuis immundum ſuper morticino, aut vir ex quo egreditur effuſio ſeminis:
5 Aut vir qui tetigerit quodcunque reptile per quod immundus erit, aut hominem propter quem immundus erit, ſecundum omnem immunditiam eius:
6 Anima *inquam* quæ tetigerit illum, immunda erit vſque ad veſperam: & non comedet de ſanctificationibus, niſi lauerit carnem ſuam aqua.
7 Quum autem occubuerit ſol, tum erit mundus, & poſtea comedet de ſanctificationibus, quia cibus eius eſt.

Digitized by Google

8 Cadauer & raptum non comedet, vt polluat ſeſe in eo: ego Iehouáh.
9 Et cuſtodiant cuſtodiam meam, & ne portent peccatum propter illud, & moriantur propter illud, quum polluerint illam: ego Iehouáh ſanctificans eos.
& 15 Et non contaminabunt ſanctificationes filiorum Iſraël quas obtulerunt Iehouæ:
16 Neq; portare facient eos iniquitatem delicti, dum comederint ſanctificationes eorum: ego enim Iehouáh ſanctificans eos.

DE LVCTV PONTIFICIS MAX.

Leuit. cap. XXI. *verſ.* X.

SAcerdos autem Maximus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum fuerit oleum vnctionis, & conſecrauerit manum ſuam vt induat veſtes, caput ſuum non diſcooperiet, & veſtes ſuas non ſcindet:
11 Et ad omnes animas mortui non ingredietur: ne ſuper patre *quidem* ſuo, aut matre ſua cōtaminabit ſe.
12 Et de ſanctuario non egredietur, neq; polluet ſanctuarium Dei ſui, quia corona olei vnctionis Dei ſui eſt ſuper eum: ego Iehouáh.

DE CONIVGIO EIVSDEM.

Leuit. cap. XXI. *verſ.* XIII.

IPſe quoq; vxorem in virginitate ſua accipiet.
14 Viduam & repudiatam, & profanam, & meretricem, illas *inquam* non accipiet: ſed virginem è populis ſuis accipiet vxorem.
15 Neq; contaminabit ſemen ſuum in populis ſuis: quia ego Iehouáh ſanctificans eum.

DE LVCTV SACERDOTVM.

Leuit. cap. XXI. *verſ.* I.

ET dixit Iehouáh ad Moſéh, Alloquere ſacerdotes filios Aharón, & dicito eis, Super animam non contaminabit ſe *quiſquam veſtrûm* in populis ſuis.
2 Sed ſuper propinquo ſuo, propinquo ſibi, *nempe* ſuper matre ſua, & ſuper patre ſuo, & ſuper filio ſuo, & ſuper filia ſua, & ſuper fratre ſuo,
3 Et ſuper ſorore ſua virgine propinqua ſibi, quæ non fuerit viro: ſuper ea contaminabit ſe.
4 Non contaminabit ſe *in* principe in populis ſuis, vt polluat ſeſe.
5 Non decaluabunt caluitium in capite ſuo, & extremitatem barbæ ſuæ non radent: & in carne ſua non incident *vllam* inciſuram.
6 Sancti erunt Deo ſuo, neq; polluent nomen Dei ſui, quia oblationes ignitas Iehouæ, & panem Dei ſui offerunt: proinde erunt ſancti.

DE CONIVGIO EORVNDEM.

Leuit. cap. XXI. *verſ.* VII.

MVlierem meretricem aut profanam non accipient, neq; mulierem repulſam à viro ſuo accipient: quia ſanctus eſt Deo ſuo.
8 Et ſanctificabis eum, quia panem Dei tui offert: ſanctus erit tibi, quia ſanctus ſum ego Iehouah ſanctificans vos.

DE INTERDICTO VINI VSV.

Leuit. cap. X. *verſ.* VIII.

LOquutus eſt præterea Iehouáh ad Aharón, dicendo,
9 Vinum & ſechár non bibes tu & filij tui tecum, quum intraturi eſtis tabernaculum eccleſiæ, & non moriemini: ſtatutum perpetuum eſt in generationes veſtras.

DE

Digitized by Google

DE CIBIS SANCTIFICATIS.

Leuit. cap. VI. verſ. XVI.

QVod autem ſuperfuerit ex ea comedent Aharón & filii eius, *in* azymis comedetur in loco ſancto, in atrio tabernaculi eccleſiæ comedent eam.

& 18 Omnis maſculus in filiis Aharón comedet eam: ſtatutum perpetuum eſt in generationibus veſtris de oblationibus ignitis Iehouæ: quicquid tetigerit ea, ſanctificabitur.

& 26 Sacerdos *offerens* illam oblationem pro peccato, comedet illam, in loco ſancto comedetur, in atrio tabernaculi eccleſiæ.

27 Quicquid tetigerit carnē eius, ſanctificabitur: & ſi defluxerit de ſanguine eius ſuper veſtem, illud ſuper quod defluxerit, lauabis in loco ſancto.

28 Et vas teſtaceum in quo coquetur, confringetur: quòd ſi in vaſe æneo cocta fuerit, defricabitur & lauabitur aqua.

29 Omnis maſculus in ſacerdotibus comedet illā: ſanctificatio ſanctificationum eſt.

Cap.7.v.6. Omnis maſculus in ſacerdotibus comedet eam: in loco ſancto comedetur: ſanctificationes ſanctificationum eſt.

7 Sicut hoſtia pro peccato, ſic hoſtia pro delicto; lex eadem illis: ſacerdotis erit qui expiabit eum.

8 At ſacerdos offerens hoſtiā holocauſti alicuius, pellis holocauſti quod obtulerit, ſacerdotis ipſius erit.

9 Omnis præterea minha quę coquetur in clibano, & omne pręparatum in ſartagine, & in craticula, erit ſacerdotis offerentis illud.

10 Omnis item minha miſta oleo & arida, omnibus filiis Aharón erit: erit vnicuiq; ſicut fratri ſuo.

& 15 Caro autem hoſtia gra-

Num. cap. V. verſ. IX.

POrrò omnis oblatio omnium ſanctitatum filiorum Iſraël quam offerent ſacerdoti, eius erit.

10 Et cuiuſque ſanctificata ipſius erūt, vir quum dederit ſacerdoti, illius erit.

Cap.18.v.8. Loquutus eſt pręterea Iehouáh ad Aharón, Ego equidem dedi tibi cuſtodiam oblationum mearum: omnes *quoque* ſanctificationes filiorum Iſraël tibi dedi propter vnctionem, & filiis tuis in ſtatutum perpetuum.

9 Hoc erit tuum de ſanctificatione ſanctificationum de igne: omnis oblatio eorum, ſiue ſit minha eorum, ſiue oblatio pro peccato eorum, ſiue oblatio pro delicto eorum: quod reddent mihi, ſanctificatio ſanctificationum tibi erit & filiis tuis.

10 In ſanctitate ſanctitatum comedes eam, omnis maſculus comedet eam, ſanctificatio erit tibi.

11 Hoc quoque tuum erit *de* oblatione doni eorum: omnes oblationes filiorum Iſraël tibi dedi & filiis tuis & filiabus tuis tecum in ſtatutum perpetuum: omnis mundus in domo tua comedet eam.

12 Omnem pinguedinem olei, & omnem pinguedinē vini & frumenti, primitias eorum quas dabūt Iehouæ, tibi dedi.

13 Primitiæ omnium quæ in terra eorum, quas afferent Iehouæ, tuæ erunt: omnis mundus in domo tua comedet eas.

14 Quæcunq; conſecratio in Iſraele, tua erit.

15 Quicquid aperit vuluam in omni carne quod offerēt Iehouæ, tam de hominibus quàm de animalibus, tuum erit: ſed redimēdo redimes primogenitum hominis:

Deut. cap. XII. verſ. XVII.

NOn poteris comedere intra portas tuas decimam frumenti tui, & vini tui, & olei tui, & primogenita boum tuorum, & pecudum tuarum, & omnia vota tua quæ voueris, & ſpontanea tua, & oblationes manus tuæ.

18 Sed coram Iehoua Deo tuo comedes illa, in loco quē elegerit Iehouáh Deus tuus, tu & filius tuus, & filia tua, & ſeruus tuus, & ancilla tua, & Leuita qui eſt intra portas tuas: & lætaberis coram Iehoua Deo tuo in omni re ad quam miſeris manum tuam.

Cap.15.v.19. Omne primogenitum quod naſcetur in armēto tuo, aut in grege tuo, maſculum ſanctificabis Iehouæ Deo tuo: non vteris opera primogeniti bouis tui, neq; tondebis primogenita gregis tui.

20 Coram Iehoua Deo tuo comedes illa annuatim, in loco quem elegerit Iehouáh, tu & familia tua.

Cap 18.v.1. Non erit Sacerdotibus Leuitis, & toti tribui Leui portio & hæreditas cum *reliquo* Iſraele: oblationes ignitas Iehouæ & hæreditatem eius comedent.

2 Et hæreditas non erit illi in medio fratrum ſuorum: Iehouáh eſt hæreditas eius, quemadmodum dixit illi.

3 Iſtud autem erit ius ſacerdotū à populo, è ſacrificantibus ſacrificium, ſiue bouē, ſiue agnum: dabit ſacerdoti armum, & maxillas, & ventriculum.

4 Primitias frumenti tui, vini tui, & olei tui, & primitias velleris ouium tuarum dabis illi.

5 Ipſum enim elegit Iehouáh Deus tuus è cūctis tribubus tuis, vt ſtet ad miniſtrandum nomini Iehouæ,

Digitized by Google

tiarum actionis pacificorũ eius, in die oblationis eius comedetur: non dimittet ex eo vſque mane.

16 Quòd ſi votum, vel ſpontaneum fuerit ſacrificium oblationis eius: die quo ille obtulerit ſacrificium ſuum, comedetur, & ſequenti die comedetur quod ſuperfuerit ex eo.

17 Quod verò ſuperfuerit de carne ſacrificii die tertia, igni comburetur.

18 Si autem comedendo comedatur *aliquid* de carne ſacrificii pacificorũ eius die tertia, non placebit offerẽs illud, neq; imputabitur illi: abominatio erit, & anima comedens ex eo iniquitatẽ ſuam portabit.

19 Et caro quæ contigerit vllum immundum, non comedetur, *ſed* igni comburetur: at carnes illas omnis mundus comedet.

20 Nam anima quæ comederit carnes de ſacrificio pacificorum quòd eſt Iehouę, & immunditia eius *fuerit* ſuper ipſum, tunc excidetur anima illa è populis ſuis.

21 Anima itém quum tetigerit quicquam immundum, nempe de immunditia hominis, aut animal immundum: aut omne reptile immundum, comederitq; de carnibus ſacrificii pacificorum quod eſt Iehouæ: tunc excidetur anima illa è populis ſuis.

primogenitum quoq; animalis immundi redimi facies.

16 Et redemptiones eius à filio menſis redimi facies ſecundum ęſtimationẽ tuam, pecunia quinque ſiclorum ſecundũ ſiclum ſanctuarii: viginti obolorum eſt *ſicel*.

17 Veruntamen primogenitum bouis, aut primogenitum ouis, aut primogenitũ capre nõ redimes ſunt *enim* ſanctificata: ſanguinem eorum ſparges iuxta altare, & adipem eorũ adolebis: oblatio ignita eſt in odorem quietis Iehouæ.

18 Et caro eorum erit tua: vt pectus eleuationis, & vt armus dexter.

19 Omnes oblationes ſanctificationũ, quas obtulerint filii Iſraél Iehouæ, dedi tibi & filiis tuis & filiabus tuis tecum in ſtatutum perpetuum: pactum ſalis perpetuum eſt coram Iehoua tibi & ſemini tuo tecum.

20 Dixit autem Iehouáh ad Aharón, De terra eorũ hæreditatem non habebis, nec portio erit tibi in medio eorum: ego portio tua, & hæreditas tua in medio filiorum Iſraél.

21 Filiis autem Leui ecce dedi omnes decimas in Iſraele in hæreditatem, pro miniſterio eorum quod ipſi peragunt in miniſterio tabernaculi eccleſiæ:

ipſe & filii eius omnibus diebus.

6 Quum autem venerit Leuita ex aliqua portarũ tuarum ex omni Iſraele, vbi ipſe peregrinabitur, & venerit toto deſiderio animæ ſuæ ad locum quem elegerit Iehouáh:

7 Miniſtrabit nomini Iehouæ Dei ſui, ſicut omnes fratres eius Leuitæ qui ſtant illic coram Iehoua.

8 Partem ſimilẽ parti *aliorum* comedẽt, præter venditiones eius ad patres.

& 32 Armum autem dextrum dabitis ad eleuationem ſacerdoti de ſacrificiis pacificorum veſtrorum.

33 Qui offeret ſanguinem pacificorum, & adipem è filiis Aharonis, ipſius erit armus dexter in portionem:

34 Quia pectuſculum agitationis, & armum eleuationis tuli à filiis Iſraél de ſacrificiis pacificorum ſuorum, & dedi illa Aharoni ſacerdoti, & filiis eius in ſtatutum perpetuum à filiis Iſraél.

35 Hæc eſt vnctio Aharón, & vnctio filiorum eius ex oblationibus ignitis Iehouæ, à die qua accedere fecit eos ad ſacerdotio fungendum Iehouæ,

36 Quas præcepit Iehouáh vt darent eis à die qua vnxit eos à filiis Iſraél ſtatuto perpetuo in generationibus ſuis.

Cap. 19. v. 5. Et quando ſacrificaueritis ſacrificium pacificorum Iehouæ, ſecundum beneplacitum veſtrum ſacrificabitis illud.

6 Die quo ſacrificaueritis, comedetur, & poſtridie: quod autem ſuperfuerit vſque ad diem tertium, igni comburetur.

7 Quòd ſi comedendo comedatur die tertio, profanum erit, neq; placebit.

8 Et qui comederit illud, pœnam iniquitatis ſuæ portabit: quia ſanctitatem Iehouæ polluit,

&ex

Digitized by Google

& excidetur anima ipſa è populis ſuis.
Cap.22.v.10. Omnis autem alienigena non comedet ſanctificationem: inquilinus ſacerdotis & mercenarius non comedet ſanctificationem:
11 Quòd ſi ſacerdos emerit hominem emptione argentui ſui, ipſe comedet ex ea, & vernaculus eius: illi comedent de cibo eiús.
12 Filia autem ſacerdotis quum fuerit viro alieno, ipſa de oblatione ſanctificationum non comedet.
13 Filia verò ſacerdotis quum fuerit vidua, aut repudiata, & ſemen non fuerit ei, & reuerſa fuerit ad domum patris ſui, ſicut *in* pueritia ſua, de cibo patris ſui comedet: omnis autem alienigena non comedet ex eo.
14 Quòd ſi aliquis comederit ſanctificationem per imprudentiam, addet quintam partem eius ſuper ea, & dabit ſacerdoti cum ſanctificatione.
15 Et non contaminabunt ſanctificationes filiorum Iſraél quas obtulerint Iehouæ:
16 Neq; portare facient eos iniquitatem delicti, dum comederint ſanctificationes eorum: ego enim Iehouáh ſanctificans eos.
& 29 Quum verò ſacrificaueritis ſacrificium gratiarum actionis Iehouæ, ſponte veſtra ſacrificabitis.
30 Die ipſa comedetur, non relinquetis ex eo vſque mane: ego Iehouáh.

DE MVNERE LEVITARVM.

In docendo.

Deut. cap. XVII. *verſ.* VIII.

SI latuerit te aliquid in iudicio, inter ſanguinem & ſanguinem, inter cauſam & cauſam, inter plagam & plagam, *in* rebus rixarum intra portas tuas, tunc ſurges, & aſcendes ad locum quem elegerit Iehouáh Deus tuus.
9 Et venies ad Sacerdotes Leuitas, & ad Iudicem qui fuerit in diebus illis, & quæres, & indicabunt tibi verbum iudicii.
10 Et facies iuxta verbum quod indicauerint tibi è loco illo quem elegerit Iehouáh, & obſeruabis facere iuxta omnia quæ docuerint te:
11 Iuxta legem quam docuerint te, & iuxta iudicium quod dixerint tibi, facies: non declinabis à verbo quod indicauerint tibi, ad dexteram aut ad ſiniſtram.
Cap.27.v.11. Præcepitq; Moſéh populo eo die, dicendo,
12 Hi ſtabunt ad benedicendum populo ſuper montem Gerizím, quando tranſieritis Iardén, Simón, & Leui, & Iehudáh, & Iſſachár, & Ioſéph, & Beniamín.
13 Iſti verò ſtabunt ad maledictionem in monte Ebál, Reubén, Gád, & Aſér, & Zebulón, Dán, & Naphthalí.
14 Loquentur autem Leuitæ, ac dicent ad omnem virum Iſraél voce excelſa,
15 Maledictus vir ille qui fecerit ſculptile, & conflatile, abominationem Iehouæ, opus manuum artificis, & poſuerit in abſcondito: & reſpondebunt vniuerſus populus, ac dicent, Amen.
16 Maledictus qui vilipendit patrem ſuum aut matrem ſuum: & dicet vniuerſus populus, Amen.
17 Maledictus qui transfert terminum proximi ſui: & dicet vniuerſus populus, Amen.
18 Maledictus qui aberrare facit cæcum in via: & dicet vniuerſus populus, Amen.
19 Maledictus qui peruertit iudicium peregrini, pupilli, & viduæ: & dicet vniuerſus populus, Amen.
20 Maledictus qui coierit cum vxore patris ſui: quia diſcooperuit oram patris ſui: & dicet vniuerſus populus, Amen.
21 Maledictus qui coierit cum quouis animali: & dicet vniuerſus populus, Amen.
22 Maledictus qui coierit cum ſorore ſua, filia patris ſui vel filia matris ſuæ: & dicet vniuerſus populus, Amen.
23 Maledictus qui coierit cum ſocru ſua: & dicet vniuerſus populus, Amen.
24 Maledictus qui percuſſerit proximum ſuum abſconditè: & dicet vniuerſus populus, Amen.
25 Maledictus qui acceperit munus vt percutiat *plaga* animæ, ſanguinem innocentem: E dicet vniuerſus populus, Amen.

Digitized by Google

26 Maledictus qui non ſtatuerit verba Legis iſtius faciendo illa: & dicet vniuerſus populus,
Amen.
Cap.31. v.9. Scripsítq; Moſeh legem iſtam, & dedit eam Sacerdotibus filiis Leui portantibus
arcam fœderis Iehouæ,& omnibus Senioribus Iſraël.
10 Et præcepit illis Moſéh,dicendo,Septimo quoq; anno,tempore anni remiſſionis,in ſolen
nitate tabernaculorum,
11 Quum venerit vniuerſus Iſraël vt appareat coram Iehoua Deo tuo, in loco quem elegerit,
leget Legem iſtam coram vniuerſo Iſraele,in auribus eorum.
12 Congrega populum, viros & mulieres, & paruulos, & peregrinos tuos qui ſunt intra portas
tuas,vt audiant,& diſcant,timeántq; Iehouam Deum veſtrum,& cuſtodiant faciendo omnia
verba Legis huius.
13 Et filii eorum qui non nouerunt, audiant, & diſcant timere Iehouam Deum veſtrum, omnibus
diebus quibus victuri eſtis *ſuper* terram,ad quam tranſmiſſo Iardén pergitis,vt poſſideatis
eam.

In offerendo.

*Num.cap.*III.*verſ.*V.

Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh,dicendo,
6 Appropinquare fac tribum Leui,& ſtare facias eam coram Aharone
ſacerdote,vt miniſtrent ei.
7 Et cuſtodiant cuſtodiam eius, & cuſtodiam vniuerſi cœtus coram
tabernaculo eccleſiæ,vt exequantur cultum tabernaculi.
8 Cuſtodiant quoq; omnia vtéſilia tabernaculi eccleſiæ, cuſtodiámq;
filiorum Iſraël,vt exequantur cultum tabernaculi.
9 Da inquam Leuitas ipſi Aharón & filiis eius: dati,dati *namq; ſunt* illi
à filiis Iſraël.
& 17 Et fuerunt iſti filii Leui per nomina ſua, Gerſón,& Cehâth,& Merarí.
& 25 Cuſtodia autem filiorum Gerſón in tabernaculo eccleſiæ, *erit* tabernaculum, & tentorium,
operimentum eius,& aulæum oſtii tabernaculi eccleſiæ.
26 Cortinæ item atrii, & aulæum oſtii atrii quod erat iuxta tabernaculum, & iuxta altare per
circuitum,funes quoq; eius pro omni miniſterio eius.
& 31 Cuſtodia autem eorum *erit* arca, & menſa, & candelabrum, & altaria, & vaſa ſanctitatis
in quibus miniſtrabunt,& aulæum,& vniuerſum opus eius.
Cap.4.v.4. Iſtud *erit* opus filiorum Cehâth in tabernaculo eccleſiæ ſancti ſanctorum.
5 Venient autem Aharón & filii eius quando transferenda erunt caſtra, & deponent velum
tentorii,& operient illo arcam teſtimonii.
6 Ponéntq; ſuper illam operimentum pellis taxeæ, & expandent pannum totum hyacinthinum
deſuper,& imponent vectes eius.
7 Et ſuper menſam *panum* facierum expandent pannum hyacinthinum,ponéntq; ſuper eam
ſcutellas,& cochlearia, & crateras,& opercula operimenti: & panis ille iugis ſuper eam erit.
8 Et expandent ſuper illa pannum vermiculi coccini, operiéntq; illa opertorio pellis taxeæ,
poſtea imponent vectes eius.
9 Tollent præterea pannum hyacinthinum, & operient candelabrum luminaris,& lucernas
eius,& forcipes eius,& receptacula eius,& omnia vaſa olei eius quibus miniſtrabunt ei.
10 Ponéntq; illud cum omnibus vaſis eius in opertorio pellis taxeæ, & ponent ſuper vectes.
11 Super altare autem aureum expandent pannum hyacinthinum, & operient illum operimento
pellis taxeæ,ponéntq; vectes eius.
12 Tollent quoq; omnia vaſa miniſterii quibus miniſtrabunt in ſanctuario,& ponent in panno
hyacinthino,operiéntq; illa operimento pellis taxeæ,& ponent ſuper vectes.
13 Auferent & cinerem ab altari, & expandent ſuper illud pannum purpureum.
14 Ponéntq; ſuper illud omnia vaſa eius quibus miniſtrant, receptacula,fuſcinulas,& ſcopas,
& crateras,cuncta vaſa altaris:& expandent ſuper illud operimentum pellis taxeæ, & imponent
vectes eius.
15 Quum autem finem fecerit Aharón & filii eius operiendi ſanctuarium, & omnia vaſa ſanctuarii,
quando transferenda erunt caſtra, tum poſtea venient filii Cehâth vt portent: ne

*Deut. cap.*X. *verſ.* IIX.

In tempore illo ſeparauit Iehouáh tribum Leui, vt portaret arcã pacti Iehouæ, & vt ſtaret corã Iehoua ad miniſtrandum ei,& ad benedicẽdum in nomine ipſius, vſq; ad diem hanc.

Digitized by Google

contingant ſanctuarium, & moriantur, iſta ſunt onera filiorum Cehàth in tabernaculo ec-
cleſiæ.
16 Præfectura autem Elázár filij Aharón ſacerdotis *eſt* oleum luminaris, & ſuffimentum aro-
maticum, & minha iugis, oleúmq; vnctionis: *atque* præfectura totius tabernaculi, & omniũ
quæ ſunt in eo, in ſanctuario & vaſis eius.
17 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh & Aharón, dicendo,
18 Ne excidatis tribum familiarum Cehathitarum è medio Leuitarum:
19 Sed hoc facite illis, tum viuent, & non morientur: quando acceſſerint ad ſanctitatem ſan-
ctitatum, Aharón & filij eius venient, & conſtituent illos, quenq; ſuper opus ſuum & ſuper
onus ſuum:
20 Ne ingrediantur vt videant quando operient ſanctitatem, & moriantur.
& 24 Iſtud *erit* opus familiarum Gerſonitarum ad miniſtrandum, & ad portandum.
25 Portabunt cortinas tabernaculi, & tabernaculum eccleſiæ, operimentum eius, & operimē-
tum pellis taxeæ quod ſuper illud eſt supernè, & aulæum oſtij tabernaculi eccleſiæ.
26 Cortinas item atrij, & aulæum oſtij portæ atrij, quod eſt iuxta tabernaculum, & iuxta altare
per circuitum, & funes eorum, & omnia vaſa operis eorum, & quæcunq; facta ſunt pro illis:
& *ita* miniſtrabunt.
27 Iuxta ſermonem Aharón & filiorum eius erit vniuerſum miniſterium filiorum Gerſonita-
rum, iuxta omnia onera eorum, & iuxta omnem cultum eorum: & deponetis apud eos in
cuſtodiam vniuerſa onera ipſorum.
28 Iſtud eſt miniſterium familiarum filiorum Gerſonitarum in tabernaculo eccleſię, & cuſto-
dia eorum *erit* per manum Ithamár filij Aharón ſacerdotis.
& 31 Hæc autem *erit* cuſtodia oneris eorum pro miniſterio eorum in Tabernaculo eccleſiæ, Ta-
bulæ tabernaculi, & vectes eius, & columnæ eius, & baſes eius.
32 Columnæ item atrij per circuitum, & baſes earum, & claui earum, & funes earum, cum o-
mnibus inſtrumentis earum, & omne miniſterium earum: & per nomina numerabitis vaſa
cuſtodiæ oneris eorum.
33 Hoc *erit* miniſterium familiarum filiorum Merarí, iuxta omne miniſterium eorum in ta-
bernaculo eccleſiæ, per manum Ithamar filij Aharón ſacerdotis.
Cap.18.v.2. Et etiam fratres tuos, tribum Leui, tribum patris tui, accedere fac ad te, & adhæreăt
tibi: miniſtrentq; tibi: tu autē & filij tui tecum *ſtabitis* coram tabernaculo teſtimonij.
3 Et cuſtodient cuſtodiam tuam, & cuſtodiam totius tabernaculi. verùntamen ad vaſa San-
ctitatis & ad altare non accedent, ne moriantur tam ipſi quàm vos.
4 Et adhærebunt tibi, & cuſtodient cuſtodiam tabernaculi eccleſiæ in omni cultu taberna-
culi: & externus non accedet vos.
5 Cuſtodietis igitur cuſtodiam ſanctitatis, & cuſtodiam altaris, ne ſit poſthac ira aduerſus fi-
lios Iſraél,
6 Siquidem ego tuli fratres veſtros Leuitas è medio filiorum Iſraél, vobis donum, datos Ieho-
uæ, vt miniſtrent in miniſterio tabernaculi eccleſiæ.
& 22 Et non accedent poſthac filij Iſraél ad tabernaculum eccleſiæ, vt portent iniquitatem ad
moriendum.
23 Sed ipſi Leuitæ facient opus tabernaculi eccleſiæ, & ipſi portabunt iniquitatē ſuam ſtatuto
perpetuò per generationes veſtras: & in medio filiorum Iſrael non poſſidebũt hæreditatem.

LEGES ALIÆ CEREMONIALES promiſcuæ.

DE IMMVNDITIIS IN GENERE.

*Leuit.cap.*xv.*verſ.*xxxi.

SEparabitiſq; filios Iſraél ab immunditiis ſuis, ne moriantur propter immunditias ſuas dum
polluerint tabernaculum meum quod eſt in medio eorum.
& *Num.*Cap.5.v.2. Præcipe filiis Iſraél vt eiiciant è caſtris omnem leproſum, & omnem ſemini-
fluum, omnémq; pollutum ſuper cadauere.
3 Tam maſculos quàm fœminas eiicietis, extra caſtra eiicietis eos, ne polluant caſtra eorum,
in medio quorum ego habito.
& *Leuit.*Cap.19.v.20. Vir autem quum coierit cum muliere coitu ſeminis, & fuerit ancilla de-
ſponſata viro, & redimendo non fuerit redempta, vel manumiſſio non fuerit data ei, vapu-
labunt: non morientur, quia non eſt libertate donata.

Digitized by Google

21 Adducet autem oblationem pro delicto ſuo Iehouæ ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, arietem *immolandum* pro delicto.
22 Et expiabit illum ſacerdos per arietem pro delicto coram Iehoua, propter peccatum ſuum quod peccauit, & remittet ei peccatum ſuum quod peccauit.

IN CIBIS.

I. Sanguis.

*Ex.c.*XXIII.*v.*XVIII

NOn immolabis cum fermento ſanguinem victimæ meæ, neq; pernoctabit adeps agni mei vſq; manè.

*Leuit.cap.*VII.*verſ.*XXVI.

NVllum etiam ſanguinem comedetis in cunctis habitationibus veſtris, tam de auibus quàm de iumentis.
27 Omnis anima quæ comederit vllum ſanguinem, excidetur anima illa è populis ſuis.
CAP.17.v.10. Et quicunq; è domo Iſraél, & è peregrinis qui peregrinã-tur in medio eorum, comederit vllum ſanguinem, ponam faciem meam in animam comedentem ſanguinem, & excidam eam è medio populi ſui.
11 Quia anima carnis in ſanguine eſt: ego autem dedi illum vobis ſuper altare ad expiandũ animas veſtras: quia ſanguis ipſe animã expiabit.
12 Idcirco dixi filiis Iſraél, Nulla anima ex vobis comedet ſanguinem, & peregrinus qui peregrinatur in medio veſtri, non comedet ſanguinem.
13 Et quicunq; è filiis Iſraél, & è peregrinis qui peregrinantur in medio eorũ, venatus fuerit venationẽ beſtiæ, vel auis quæ comeditur, tũc effundet ſanguinem eius, & operiet illum puluere.
14 Quia anima cuiuſcunq; carnis *eſt* ſanguis eius, *qui eſt* in anima ipſa: dixiq; filiis Iſraél, Sanguinem cuiuſcũq; carnis non comedetis: quia anima cuiuſcũq; carnis *eſt* ſanguis eius: quicunque comederit illum, excidetur.
CAP.19.v.26. Non comedetis *carnes* cum ſanguine.

*Deut.cap.*XII.*verſ.*XV.

TAntummodo in omni deſiderio animæ tuæ mactabis, & comedes carnes iuxta benedictionem Iehouæ Dei tui, quam dederit tibi intra omnes portas tuas: immundus & mũdus comedet eas, ſicut capream & ceruum.
16 Veruntamen ſanguinem non comedetis, ſuper terram effundetis illum inſtar aquæ.
& 20 Quũ dilatauerit Iehouáh Deus tuus terminum tuum, quemadmodum loquutus eſt tibi, & dixeris, Comedam carnem quòd concupiſcat anima tua veſci carnibus, iuxta omne deſiderium animæ tuæ comedes carnes.
21 Quum longinquus fuerit à te locus quem elegerit Iehouáh Deus tuus, vt ponat nomen ſuum ibi, mactabis de bobus tuis, & de pecudibus tuis, quas dederit Iehouáh tibi, quemadmodum præcepi tibi, & veſceris in portis tuis ſecundum omne deſiderium animæ tuæ.
22 Certè quemadmodum comeditur caprea & ceruus, ſic comedes illas: immundus & mundus pariter veſcentur illis.
23 Tantum roborare & non comedas ſanguinem: quia ſanguis eſt anima, & non comedes animam vnà cum carnibus ſuis.
24 Non comedes illum, *ſed* in terram effundes illum inſtar aquæ.
25 Non veſcêris illo, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te, quum feceris quod rectum eſt in oculis Iehouæ.

II. Adeps.

*Leuit.cap.*III.*verſ.*XVI.

ADolebitq; ea ſacerdos ſuper altare: cibus oblationis ignitæ eſt odoris quietis, omnis adeps Iehouæ eſt.
17 Statutum perpetuum in generationibus veſtris, in cunctis habitaculis veſtris, omnem adipem & omnem ſanguinem non comedetis.
CAP.7.v.22. Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
23 Alloquere filios Iſraél, dicendo, Omnem adipem bouis & agni & capræ non comedetis.

24 Adeps

Digitized by Google

24 Adeps quidem cadaueris,& adeps rapti parabitur in omne opus, ſed comedendo non comedetis illum.
25 Nam quicunq; comederit adipem animalis ex quo offeret oblationem ignitam Iehouæ, tunc anima quæ comederit,excidetur è populis ſuis.

III. Morticina.

Exod. cap. XXII. *verſ.* XXXI.

ET homines ſancti eritis mihi, & carnem in agro raptam non comedetis, cani proiicietis illam.

Leuit. cap. XVII. *verſ.* XV.

OMnis autem anima quæ comederit cadauer, aut raptum tam de indigenis quàm de peregrinis, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit *ſe* aqua: immundúſq; erit vſq; ad veſperam, poſtea mũdus erit.
16 Quòd ſi non lauerit,& carnem ſuam nõ lauerit, tunc portabit iniquitatẽ ſuam.

Deut. cap. XIV. *verſ.* XXI.

NOn comedetis vllum cadauer: peregrino qui eſt intra portas tuas dabis illud, & comedet illud, aut vende alienigenæ populus enim ſanct⁹ es Iehouæ Deo tuo. Non coques hœdum in lacte matris ſuæ.

Alii cibi & varii animantes.

Leuit. cap. XI. *verſ.* I.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh & Aharón,dicendo ad eos,
2 Loquimini ad filios Iſraél, dicendo, Hæc ſunt animalia quæ comedetis ex omnibus animalibus quæ ſunt ſuper terram.
3 Omne diuidens vngulam,& findens fiſſuram vngularum, & ruminans inter animalia,illud comedetis.
4 Veruntamen hoc non comedetis ex his quæ ruminant, & ex his quæ diuidunt vngulam:camelum,quia ruminat,& vngulam ipſe non diuidit,immundus erit vobis.
5 Et cuniculum: quia ruminat, & vngulam non diuidit, immundus erit vobis.
6 Et leporem:quia ruminat,& vngulam non diuidit,immundus erit vobis.
7 Suem quoque: quia diuidit vngulam, & findit fiſſuram vngulæ, ipſe verò non ruminat,immundus erit vobis.
8 De carne eorum non comedetis, neq; cadauer eorum tangetis, immunda erunt vobis.
9 Hoc *autem* comedetis ex omnib⁹ quę ſunt in aquis:Omnia quibus ſunt pinnæ & ſquamæ in aquis maris,& in fluminibus, illa comedetis.
10 Omnia verò quibus non ſunt pinnæ & ſquamæ in mari & in fluminibus, tam de omni reptili aquatili, quàm de omni anima viuente quæ eſt in aquis, abominatio erunt vobis:
11 Abominatio inquam erunt vobis: de carne eorum non comedetis,& cadauer eorum abominabimini.

Deut. cap. XIV. *verſ.* III.

NOn comedes vllam abominationem.
4 Hæc ſunt animalia quę comedetis:bouem,agnum ouium,& hœdum caprarum.
5 Ceruum,& capream,& bubalum,& hircum ſylueſtrem,& damam & bouem ſylueſtrem, & capram rupicolam,
6 Omne animal findens vngulam,& findens fiſſuram duarum vngularum,ruminans inter animalia, illud comedetis.
7 Veruntamen hoc non comedetis ex ruminantibus, & ex findentibus vngulam diuiſam, camelum, & leporem, & cuniculum: quia ruminant & vngulam non diuidunt, immunda ſunt vobis:
8 Et porcum, quia findit vngulam & non ruminat,immundus eſt vobis: de carne eorum non comedetis, & cadauera eorum nõ contingetis.
9 Hoc comedetis ex omnibus quæ ſunt in aqua: quicquid habet pinnulam & ſquamã comedetis:
10 Quicquid verò non habet pinnulam & ſquamam,non comedetis: immundum eſt vobis.
11 Omnem autem mundam comedetis.
12 Hæ autem ſunt ex quibus non comedetis, aquila,& gryphus, & haliæetus,
13 Et ixus,& vultur,& miluus ſecundum ſpeciem ſuam:
14 Et omnis coruus ſecundum ſpeciem ſuam:
15 Et filia ſtruthionis, & noctua, & larus, & accipiter ſecundum ſpeciem ſuam:
16 Et herodius,& ibis,& cygnus,
17 Et pelicanus, & porphirio, & mergulus,

12 Quicquid non habet pinnas & ſquamas in aquis, abominatio erit vobis.

13 Hæc autem abominabimini ex volatilibus (non comedentur, *quia* abominatio ſunt) aquilam, & gryphum, & haliæetum.

14 Et vulturẽ, & miluum ſecundũ ſpeciẽ ſuã.

18 Et ciconia, & charadrius ſecundum ſpeciem ſuam, & vpupa, & veſpertilio.

19 Et omne reptile alatum immũdum eſt vobis: non comedetur:

20 Omnem autem mundam comedetis.

15 Et omnem coruum ſecundum ſpeciem ſuam,

16 Et filiam ſtruthionis, & noctuam, & larum, & accipitrem ſecundum ſpeciem ſuam.

17 Et nycticoracem, & mergulum, & ibin.

18 Et porphyrionem, & pelicanum, & cygnum.

19 Et ciconiam, charadrium ſecundum ſpeciem ſuam, & vpupam, & veſpertilionem.

20 Omne reptile alatum ambulans ſuper quatuor *pedes*, abominatio erit vobis.

21 Veruntamen hoc comedetis ex omni reptili alato quod graditur ſuper quatuor *pedes*, cui ſunt crura ſuper pedes ſuos quibus ſaliant ſuper terram.

22 Hæc ex illis comedetis, locuſtam iuxta ſpeciem ſuam, & attacum iuxta ſpeciem ſuam, & ophiomachum ſecundum ſpeciem ſuam, & bruchum ſecundum ſpeciem ſuam.

23 Omne autem *reliquum* reptile alatum, cui ſunt quatuor *pedes*, abominatio erit vobis.

24 Et his polluetis vos: quicunq; tetigerit cadauer eorum, immundus erit vſq; ad veſperam.

25 Et quicunq; portauerit cadauera eorum, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſq; ad veſperam.

26 Omne animal quod diuidit vngulam, at fiſſuram non findit, & non ruminat, immunda erunt vobis: quicunq; tetigerit ea, immundus erit.

27 Et quicquid graditur ſuper volas ſuas inter omnes feras quæ gradiuntur ſuper quatuor *pedes*, immunda erunt vobis: quicunq; tetigerit cadauera eorum, immundus erit vſq; ad veſperam.

28 Et qui portauerit cadauera eorum, lauabit veſtimenta ſua, immundúſq; erit vſq; ad veſperam: immunda erunt vobis.

29 Et hæc vobis immunda *erunt* inter reptilia quæ reptant ſuper terram, muſtela, & mus, & rubeta ſecundum ſpeciem ſuam:

30 Et mygale, & chamæleon, & ſtellio, & lacerta, & talpa:

31 Iſta immunda ſunt vobis inter omnia reptilia: quicunque tetigerit illa poſtquam mortua fuerint, immundus erit vſq; ad veſperam.

32 Et omne ſuper quod ceciderit ex eis aliquid poſtquam mortua fuerint, immundum erit, tam vas ligneum quam veſtis, aut pellis, aut ſaccus: omne *in* quo fieri ſolet opus, in aquam mittetur, & immundum erit vſq; ad veſperam, & mundabitur.

33 Omne præterea vas teſtaceum *intra* quod ceciderit aliquid ex eis, quicquid erit in illo, immundum erit, & ipſum confringetis.

34 Omnis cibus qui comeditur, ſuper quem venerit aqua, immundus erit: & omnis potus qui potatur in omni vaſe *impuro*, immundus erit.

35 Et omne ſuper quod ceciderit *quicquam* de cadauere eorum, immundum erit: clibanus, & chytropodes diruentur: immunda ſunt, & immunda erunt vobis.

36 Veruntamen fons & ciſterna congregationis aquarum erit munda: at quod tetigerit cadauer eorum, immundum erit.

37 Præterea ſi ceciderit *quicquam* de cadauere eorum ſuper aliquod ſemen ſatum, quod ſeminabitur, mundum erit.

38 At quum fuſa fuerit aqua ſuper ſemen, & ceciderit *quicquam* de cadauere eorum ſuper illud, immundum erit vobis.

39 Quum autem mortuum fuerit aliquod animal quod ſit vobis in cibum qui tetigerit cadauer eius, immundus erit vſq; ad veſperam.

40 Et qui comederit de cadauere eius, lauabit veſtimenta ſua, immundúſq; erit vſque ad veſperam: is quoq; qui extulerit cadauer eius, lauabit veſtimenta ſua, atq; immundus erit vſq; ad veſperam.

41 Et omne reptile reptans ſuper terram, abominatio eſt, non comedetur.

42 Quicquid *item* graditur ſuper pectus, & quicquid incedit ſuper quatuor aut plures pedes inter omnia reptilia quæ reptant ſuper terram, non comedetis: quia abominatio ſunt.

43 Ne impuras reddatis animas veſtras in omni reptili quod reptat, nec polluatis vos in eis, neq; coinquinetis vos per ea.

44 Quia ego Iehouáh Deus veſter: ſanctificate ergo vos, & eſtote ſancti, quia ſanctus ſum: & ne polluatis animas veſtras per aliqua reptilia quæ reptant ſuper terram.

45 Ego enim ſum Iehouáh qui eduxi vos è terra Ægypti, vt eſſem vobis in Deum, &

eſſeti

Digitized by Google

eſſetis ſancti, quia ſanctus ſum.

46 Hæc eſt lex animalium *terreſtrium* & volatilium, atq; omnium animalium viuentium quæ reptant, & omnium animantium reptantium ſuper terram.

47 Ad diſtinguendum inter immundum & mundum, & inter beſtias quæ comedi poſſunt, & beſtias quæ comedi non poſſunt.

Cap.20.v.25. Vos igitur diſcrimen facite inter animal mundum & immundum, & inter auem immundam & mundam: & ne abominabiles reddatis animas veſtras in animalibus & volatilibus, atq; in omni quod reptat in terra: quæ ſeparaui vobis ad immunditiam.

In fluxu ſeminis & menſtruo.

Leuit. cap.xv. verſ.i.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh & ad Aharón, dicendo,

2 Loquimini ad Filios Iſraél, & dicite eis, Vnuſquiſque quum ſemen eius defluet de carne ſua, immundus eſt.

Deut. cap.xxiii.verſ.x.

QVum fuerit in te aliquis qui non fuerit mundus, caſu nocturno, egredietur extra caſtra, neque ingredietur ea.

3 Hæc verò erit immunditia eius in ſemine ipſius, *ſi* emittat caro eius ſemen ſuum, vel clauſerit carnem ſuam ſemine ſuo, immunditia eius eſt.

4 Omne ſtratum in quo iacuerit qui patitur fluxum ſeminis, immundum erit & omne id ſuper quo ſederit, immundum erit.

5 Quicunq; item tetigerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua: eritq; immundus vſq; ad veſperam.

6 Et qui ſederit ſuper aliquid ſuper quo ſederit ſeminifluus, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua: eritq; immundus vſq; ad veſperam.

7 Qui verò tetigerit carnem ſeminiflui, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua. eritque immundus vſque ad veſperam.

8 Et ſi deſpuerit ſeminifluus ſuper mundum, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua: eritq; immundus vſq; ad veſperam.

9 Et omne ſagma ſuper quo equitauerit ſeminifluus, immundum erit.

10 Atq; omnis qui tetigerit omne quicquid fuerit ſubter eum, immundus erit vſq; ad veſperam: & qui portauerit ea lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua, eritq, immundus vſq; ad veſperam.

11 Omnis autem quem tetigerit ſeminifluus, & manus ſuas non abluerat aqua, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua: eritq; immundus vſq; ad veſperam.

12 Et vas fictile quod tetigerit ſeminifluus, confringetur: omne autem vas ligneum lauabitur aqua.

13 Quum autem mundatus fuerit ſeminifluus à fluxu ſuo, numerabit ſibi ſeptem dies ab emundatione ſua: lauabitq; veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit quoq; carnem ſuam aqua viua, & mundus erit.

14 Die verò octaua capiet ſibi duos turtures, aut duos pullos columbinos, veniétque coram Iehoua ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, & tradet eos ſacerdoti:

15 Quos ſacrificabit ſacerdos, vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum: & emundabit illum ſacerdos coram Iehoua à fluxu ipſius.

16 Quum autem ex aliquo egreſſa fuerit effuſio ſeminis, lauabit aqua totam carnem ſuam, immundúſq; erit vſq; ad veſperam.

17 Et omnis veſtis, omníſq; pellis ſuper quam fuerit *aliquid* de effuſione ſeminis, lauabitur aqua, & immunda erit vſq; ad veſperam.

18 Mulier quoq; cum qua dormierit vir *patiens* effuſionem ſeminis, lauabunt ſe aqua, & immundi erunt vſq; ad veſperam.

19 Mulier autem quum fuerit fluens ſanguine, *&* erit fluxus eius per carnem eius, ſeptem diebus erit in ſeparatione ſua: & omnis qui tetigerit eam, immundus erit vſque ad veſperam.

20 Et omne ſuper quo iacuerit in ſeparatione ſua, immundum erit: omne quoque ſuper quo ſederit, immundum erit.

21 Omnis præterea qui tetigerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua, & lauabit ſeſe aqua: immundúſq; erit vſq; ad veſperam.

22 Omnis etiam qui tetigerit quancunque ſedem ſuper quam ſederit, lauabit veſtimenta

ſua, poſtquam lauerit ſeſe aqua: immundúſque erit vſq; ad veſperam.
23 Quòd ſi *inſtrumentum aliquod* fuerit ſuper ſtratum ipſum, vel ſuper ſellam ſuper quam ſederit: quum tetigerit illud *aliquis*, immundus erit vſque ad veſperam.
24 Quòd ſi dormiendo dormierit quis cum ea, & fuerit immunditia eius ſuper eum, immundus erit ſeptem diebus: & omne ſtratum ſuper quod dormierit, immundum erit.
25 Mulier autem, quum fluet fluxus ſanguinis eius diebus multis præter tempus menſtrui ſui, vel quum patietur fluxum ſanguinis vltra menſes ſuos, cunctis diebus fluxus immunditiæ ſuæ erit ſicut diebus menſtrui ſui; immunda eſt.
26 Omne ſtratum in quo dormierit cunctis diebus fluxus ſui, ſicut ſtratum menſtrui ſui erit ei: & omnis ſedes ſuper qua ſederit, immunda erit ſecundum immunditiam menſtrui ſui.
27 Quicunq; tetigerit ea, immundus erit: lauabitq; veſtimenta ſua, & lauabit ſe aqua, immundúſq; erit vſque ad veſperam.
28 Quòd ſi mundata fuerit à fluxu ſuo, tunc numerabit ſibi ſeptem dies, & poſtea mundabitur.
29 Die autem octauo tollet ſibi duos turtures, aut duos pullos columbinos, afferétq; illos ad ſacerdotem ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.
30 Et faciet ſacerdos vnum in hoſtiam pro peccato, & alterum in holocauſtum: emundabítq; illam ſacerdos coram Iehoua à fluxu immunditiæ ſuæ.
31 Separabitíſq; filios Iſraél ab immunditiis ſuis, ne moriantur propter immunditias ſuas, dum polluerint tabernaculum meum quod eſt in medio eorum.
32 Iſta eſt lex patientis fluxum ſeminis, & eius ex quo egreditur effuſio ſeminis, vt ſit immundus propter illam:
33 Et ægrotantis in fluxu ſuo, & eius qui profundit fluxum ſuum, ſiue ſit maſculus, ſiue fœmina, & viri qui dormierit cum immunda
CAP. 12. v. 1. Et loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
2 Loquere ad filios Iſraél, dicendo, Mulier ſi miſſo ſemine conceperit, & pepererit maſculũ, immunda erit ſeptem diebus: iuxta dies ſeparationis morbi ſui immunda erit.
3 Porrò die octauo circuncidetur caro præputii eius.
4 Et triginta tribus diebus ſedebit in ſanguine purificationis: nullam rem ſacram tanget, & ad ſanctuarium non veniet, donec completi fuerint dies purificationis ſuæ.
5 Quòd ſi fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus ſecundum ſeparationem ſuam, & ſexaginta ſex diebus ſedebit in ſanguine purificationis ſuæ.
6 Poſtquam autem impleti fuerint dies purificationis ſuæ pro filio vel pro filia, afferet agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ aut turturem in oblationem pro peccato, ad oſtium tabernaculi eccleſiæ ad ſacerdotem.
7 Et offeret ipſum coram Iehoua, & expiabit eam, & mundabitur à vena ſanguinis ſui. Hæc eſt lex parientis maſculum vel fœminam.
8 Quòd ſi non potuerit offerre agnum, tunc accipiet duos turtures, aut duos pullos columbæ, vnum in holocauſtum, & alterum ad oblationem pro peccato, expiabítq; eam ſacerdos, & mundabitur.

In cadauere humano.

Num. cap. XIX. *verſ.* XI.

QVi tetigerit cadauer omnis animæ hominis, immundus erit ſeptem diebus.
12 Ipſe purificabitur eo die tertia, & die ſeptima mundus erit: quòd ſi non purificatus fuerit die tertia, die ſeptima non erit mundus.
13 Quicunq; tetigerit mortuum, animam hominis qui mortuus fuerit, & non fuerit purificatus, tabernaculum Iehouæ polluit, & excidetur anima illa ex Iſraele, quia aqua ſeparationis non fuit aſperſa ſuper eum, immundus erit, adhuc immunditia eius eſt in ipſo.
14 Hæc *quoque* eſt lex, Quum quis mortuus fuerit in tabernaculo, quicunq; ingreſſus fuerat tabernaculum, & quicquid fuerit in tabernaculo, immundum erit ſeptem diebus.
15 Omne item vas apertum, ſuper quo non fuerit operculum adiunctum, immundum eſt.
16 Quicunque præterea tetigerit in ſuperficie agri occiſum gladio, aut mortuum, aut os hominis, aut ſepulchrum, immundus erit ſeptem diebus.
17 Tolléntq; pro immundo de puluere combuſtionis oblationis pro peccato, & ponent ſuper eum aquam viuam in vaſe.
18 Capiet item hyſſopum, & intinget in aquam vir mundus, & ſparget ſuper tabernaculum

& ſupe

r

Digitized by Google

& ſuper omnem ſuppellectilem, & ſuper animas quæ fuerint tibi, ac ſuper eum qui tetigit os illud, vel occiſum, vel mortuum, vel ſepulchrum.

19 Aſperget inquam mundus ſuper immundum die tertia, & die ſeptima, & mundabit eum
die ſeptima: poſtea lauabit veſtimenta ſua: lauabit quoque ſeſe aqua, & mundus erit in veſpera.

20 Vir autem qui immundus fuerit, & non purificauerit ſe, excidetur anima illa è medio congregationis, quia Sanctuarium Iehouæ polluit: aqua ſeparationis nō eſt aſperſa ſuper eum; immundus eſt.

In lepra:

Leuit. cap. XIII. *verſ.* I.

LOquutus eſt præterea Iehouáh ad Moſéh & ad Aharón, dicendo,

2 Quum in cute carnis hominis fuerit tumor, vel ſcabies, vel macula alba, fueritque in cute carnis eius in plagam lepræ, tunc adducetur ad Aharonem ſacerdotem, vel ad vnum è filiis eius ſacerdotum.

3 Et aſpiciet ſacerdos plagā in cute carnis, *ſi* pil⁹ in plaga verſus fuerit in alborem, & aſpectus plagæ profundior fuerit cute carnis illius, plaga lepræ eſt: itaq; conſiderabit eam ſacerdos, tum iudicabit illum contaminatum.

4 Quòd ſi macula alba fuerit in cute carnis eius, & profundior non fuerit aſpectus eius cute,
neq; pilus eius verſus fuerit in alborem, tum recludet ſacerdos plagam ſeptem diebus.

5 Poſtea contemplabitur eum ſacerdos die ſeptima: & quidem *ſi* plaga ſteterit in oculis eius,
nec creuerit plaga in cute, tum recludet eum ſacerdos ſeptem diebus ſecundò.

6 Tunc perpendet ſacerdos eam die ſeptima ſecundò: & quidem *ſi* ſubnigra fuerit plaga, nec
creuerit plaga in cute, tunc mundum declarabit eum ſacerdos, *nam* ſcabies eſt: & lauabit veſtimenta ſua, & mundus erit.

7 Si verò creſcendo creuerit ſcabies in cute poſteaquam oſtenſus fuerit ſacerdoti in purificatione ipſius, oſtendetur ſecundò ſacerdoti.

8 Itaque contemplabitur ſacerdos: & quidem *ſi* creuerit ſcabies illa in cute, immundum declarabit eum ſacerdos: *nam* lepra eſt.

9 Plaga lepræ quum fuerit in homine, adducetur ad ſacerdotem.

10 Conſiderabit ſacerdos: & quidem *ſi* tumor albus fuerit in cute, & is verterit pilum in alborem, & ſanitas carnis viuæ eſt in tumore:

11 Lepra inueterata eſt in cute carnis eius, perinde immundum declarabit eum ſacerdos, nec
recludet eum, quia immundus eſt.

12 Sin autem germinando germinauerit lepra in cute, & operuerit lepram totam cutem plagæ à capite eius vſque ad pedes eius ſecundum omnem aſpectum oculorum ſacerdotis:

13 Tunc contemplabitur ſacerdos: & *ſi* quidem operuit lepra omnem carnem eius, tunc mundam declarabit plagam: *nam* tota verſa eſt in candorem, *propterea* munda eſt.

14 Et quo die conſpecta fuerit in ea caro viua, immunda erit.

15 Et contemplabitur ſacerdos carnem *illam* viuam immundam declarabit illam: caro viua
immunda eſt, lepra eſt.

16 Aut quum reuerſa fuerit caro viua, & conuerſa in candorem, tunc veniet ad ſacerdotem:

17 Conſiderabitq; ſacerdos: & *ſi* quidem verſa fuerit plaga in candorem, mundam declarabit
ſacerdos plagam illam, munda eſt.

18 Quum autem fuerit in cute carnis eius vlcus, & ſanatum fuerit:

19 Fueritq; in loco vlceris tumor albus, aut macula alba ſubrufa, oſtendetur ſacerdoti.

20 Tunc conſiderabit ſacerdos: & *ſi* quidem aſpectus eius humilior fuerit cute, & pilus eius
verſus fuerit in candorem, immundum declarabit illum ſacerdos, plaga lepræ eſt *qua* in vlcere germinauit.

Num. cap. V. *verſ.* I.

ET loquutus eſt Iehouáh, ad Moſéh, dicendo,

2 Præcipe filiis Iſraél vt eiiciant è caſtris omnem leproſum, & omnem feminifluum, omnémq; pollutum ſuper cadauere.

3 Tam maſculos quàm fœminas eiicietis, extra caſtra eiicietis eos, ne polluāt caſtra eorum in medio quorum ego habito.

Deut. cap. XXIV. *verſ.* IIX.

CAue tibi in plaga lepræ; vt obſerues diligenter, & facias omnino vt docebunt vos ſacerdotes Leuitæ: quēadmodum præcepi eis, cuſtodietis faciendo.

9 Memento eorum quæ fecit Iehouáh Deus tuus ipſi Miriám in ipſo itinere, poſteaquam egreſſi eſtis ex Ægypto.

Digitized by Google

21 Quòd ſi conſiderauerit illam ſacerdos,& ecce non fuerit in ea pilus albus,nec demiſſior cute *reliqua*, ſed fuerit ſubobſcura:tunc recludet illum ſacerdos ſeptem diebus.

22 Si verò creſcendo creuerit per cutem,immundam declarabit ſacerdos illam: plaga *lepra* eſt.

23 At ſi in loco ſuo ſteterit macula illa alba, nec creuerit: aduſtio vlceris eſt, mundam declarabit illam ſacerdos.

24 Aut quum fuerit in cute carnis eius aduſtio ignis,& fuerit *in* ſanitate aduſtionis macula alba,ſubrufa, aut alba:

25 Conſiderabit eam ſacerdos, & *ſi* quidem verſus fuerit pilus in candorem in ea macula,& aſpectus eius ſit profundior cute *reliqua*: lepra eſt *qua* in aduſtione germinauit, & immundā iudicabit eam ſacerdos: plaga lepræ eſt.

26 Quòd ſi inſpexerit eam ſacerdos: & *ſi* quidem non fuerit in macula pilus albus,nec demiſſior fuerit cute ipſa,ſed fuerit ſubobſcura,recludet eum ſacerdos ſeptem diebus.

27 Et contemplabitur eam ſacerdos die ſeptimo: ſi creſcendo creuerit in cute, tunc immundam eam declarabit ſacerdos: plaga lepræ eſt.

28 Si verò in loco ſuo ſteterit macula illa,nec creuerit in cute, ſed ſit ſubobſcura, tumor aduſtionis eſt,mundam declarabit eam ſacerdos,quia aduſtio ambuſti eſt.

29 Quum autem viro aut mulieri exorta fuerit plaga in capite, aut in barba:

30 Tunc intuebitur ſacerdos plagam ipſam: & *ſi* quidem aſpectus eius fuerit profundior cute *reliqua*,& in ea pilus flauus & ſubtilis, tunc immundam declarabit eam ſacerdos: *nam* macula nigra eſt, lepra capitis aut barbæ eſt.

31 Quum autem conſiderauerit ſacerdos plagam maculæ nigræ,& *ſi* quidem aſpectus eius nō fuerit profundior cute *reliqua*, & pilus niger non fuerit in ea, recludet ſacerdos plagam maculæ nigræ ſeptem diebus.

32 Et intuebitur ſacerdos plagam die ſeptima,& *ſi* quidem non creuerit macula illa nigra, nec fuerit in ea pilus flauus,& aſpectus maculæ nigræ non fuerit profundior cute:

33 Tunc radetur, ſed maculam nigram non radet: recludétq; ſacerdos maculam nigram ſeptem diebus ſecundò:

34 Et conſiderabit ſacerdos maculam nigram die ſeptima: & *ſi* quidem non creuerit macula nigra in cute, nec aſpectus eius fuerit profundior cute, mundam declarabit eam ſacerdos: lauabítq; veſtimenta ſua,& mundus erit.

35 Si autem creſcendo creuerit macula illa nigra in cute poſt purificationem ſuam.

36 Tum inſpiciet eam ſacerdos: & *ſi* quidem creuerit macula illa nigra in cute, non requiret ſacerdos pilum flauum,immunda eſt.

37 Quòd ſi in oculis eius ſteterit macula nigra, & pilus niger ortus fuerit in ea, ſanata eſt macula illa nigra: munda eſt,& mundam declarabit eam ſacerdos.

38 Porrò quum in cute carnis viri aut mulieris fuerint maculæ, maculæ *inquam* albæ:

39 Inſpiciet ſacerdos ipſe: & *ſi* quidem in cute carnis eorum fuerint maculæ albæ,ſubobſcuræ: macula alba eſt *qua* floruit in cute,munda eſt.

40 Vir autem quum depilatum fuerit caput eius,caluus eſt,mundus eſt.

41 Si verò ex parte faciei eius depilatum fuerit caput eius,recaluaſter eſt, & mundus eſt.

42 Quum autem fuerit in caluitio,aut in recaluatione plaga alba,rufa, lepra germinans eſt in caluitio eius,vel in recaluatione eius.

43 Tunc conſiderabit illam ſacerdos,& *ſi* quidem tumor plagæ albus,& rufus in caluitio eius, aut in recaluatione eius,& ſicut aſpectus lepræ *in* cute carnis:

44 Vir leproſus eſt,immundus eſt, immundum declarando, immundum declarabit illum ſacerdos: in capite eius eſt plaga eius.

45 Porrò leproſi in quo fuerit plaga illa, veſtimenta erunt ſciſſa, & caput eius *erit* nudum, & pilum *ſuperioris* labri operiet: &,Immundus, immundus ſum clamabit.

46 Omnibus diebus quibus fuerit plaga in eo, contaminatus erit, *eſt enim* immundus: ſolus habitabit,extra caſtra erit habitatio eius.

47 Quum autem in veſte fuerit plaga lepræ,in veſte lanea,aut in veſte linea,

48 Aut in ſtamine, aut in ſubtegmine ex lino, aut ex lana, aut in pelle, aut in quauis ſupellectile pellicea:

49 Et fuerit plaga illa viridis,aut rufa in veſte,aut in pelle, aut in ſtamine, vel in ſubtegmine, vel in quauis ſupellectile pellicea: plaga lepræ eſt,oſtendetur ſacerdoti.

50 Conſiderabítq; ſacerdos plagam,recludétq; plagam illam ſeptem diebus.

51 Et conſiderabit plagam illam die ſeptimo: ſi creuerit plaga in veſte, vel in ſtamine, vel in ſubtegmine, vel in pelle, *aut* in omni opere quod fit ex pelle, lepra corrodens eſt plaga illa, immunda eſt.

52 Combu-

Digitized by Google

52 Comburétq; veſtem, vel ſtamen, & ſubtegmen ex lana vel ex lino, vel omnem ſupellectilem pelliceam in qua fuerit plaga illa, quia lepra corrodens eſt, *propterea* igni comburetur.
53 Si autem conſiderauerit ſacerdos, & *ſi* quidem non creuerit plaga illa in veſte, vel in ſtamine, vel in ſubtegmine, aut in omni ſupellectile pellicea:
54 Tum præcipiet ſacerdos, & lauabunt id in quo eſt plaga: & recludet illud ſeptem diebus ſecundò.
55 Dein contemplabitur ſacerdos poſteaquam lota fuerit plaga: & quamuis non mutauerit plaga illa colorem ſuum, nec plaga creuerit, immunda eſt *tamen*, igni combures eam: infoſſio eſt in caluitio eius vel in recaluatione eius.
56 Si autem inſpexerit ſacerdos, & *ſi* quidem ſubobſcura fuerit plaga poſteaquam lota fuerit, abſcindet eam de veſte, vel de pelle, vel de ſtamine, vel de ſubtegmine.
57 Quòd ſi conſpecta fuerit vltrà in veſte, vel in ſtamine, vel in ſubtegmine, vel in omni ſupellectile pellicea: *lepra* germinans eſt, igni combures eam in qua fuerit plaga illa.
58 Veſtis autem, ſiue ſtamen, ſiue ſubtegmen, aut quæuis ſupellex pellicea quam laueris, & receſſerit ab eis plaga: lauabitur ſecundò, & tunc munda erit.
59 Iſta eſt lex plagæ lepræ veſtimenti lanei, vel linei, vel ſtaminis, vel ſubtegminis, aut cuiuſuis ſupellectilis pelliceæ, ad declarandum illud mundum, vel ad declarandum illud immundum.

CAP. 14. v. 1. Et loquutus eſt Iehouáh ad Moſeh, dicendò,
2 Iſta erit lex leproſi in die mundationis ſuæ: adducetur ad ſacerdotem:
3 Et egredietur ſacerdos extra caſtra, contemplabitúrque *illum* ſacerdos: & *ſi* quidem ſanatá fuerit plaga lepræ à leproſo,
4 Tunc præcipiet ſacerdos, & tollet ei qui mundatur duos paſſeres viuos mundos, & lignum cedrinum, & coccum vermiculi, & hyſſopum.
5 Præcipiétq; ſacerdos vt mactet paſſerem vnum ſuper vas fictile ſuper aquas viuas.
6 Paſſerem viuum tollet, & lignum cedrinum, & coccum vermiculi, & hyſſopum: & tinget illa, & paſſerem viuum in ſanguine paſſeris mactati ſuper aquas viuentes.
7 Et ſparget ſuper mundandum à lepra ſeptem vicibus, mundabítq; eum, atq; emittet paſſerem viuum ſuper faciem agri.
8 Lauabitque qui emundabitur, veſtimenta ſua, ac radet omnem pilum ſuum, lauabítque ſe aqua, & purus erit: dein poſtea ingredietur caſtra, habitabítq; extra tabernaculum ſuum ſeptem diebus.
9 Die autem ſeptimo radet omnem pilum ſuum, caput ſuum, & barbam ſuam, & ſupercilia oculorum ſuorum, atque omnem *reliquum* pilum ſuum radet: lauabit quoq; veſtimenta ſua, poſtquam lauerit carnem ſuam aqua, & purificabit ſe.
10 Die autem octauo tollet duos agnos immaculatos, & agnam vnam anniculam immaculatã, & tres decimas ſimilæ pro minha miſtam oleo, & ſextarium vnum olei.
11 Statuétque ſacerdos qui mundat virum mundandum, & illa coram Iehouáh ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.
12 Tollétq; ſacerdos agnum vnum, quem offeret in ſacrificium pro delicto, & ſextarium olei, & agitabit ea agitatione coram Iehouáh.
13 Mactabítq; agnum in loco in quo mactare ſolet oblationem pro peccato, & holocauſtum, *nempe* in loco ſanctitatis: quia ſicut oſtia pro peccato, *ita* oblatio pro delicto eſt ſacerdotis: ſanctitas ſanctitatum eſt.
14 Accipiétq; ſacerdos de ſanguine oblationis pro delicto, & ponet ſuper tenerum auris mundandi dextræ, & ſuper pollicem manus eius dextræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri.
15 Accipiet præterea ſacerdos de ſextario olei, & fundet in manum ſuam ſiniſtram.
16 Tingétq; ipſe digitum ſuum dextrum in oleum quod eſt in manu ſua ſiniſtra, ſpargétq; de oleo digito ſuo ſeptem vicibus coram Iehoua.
17 De reſiduo verò olei quod eſt in manu ſua, ponet ſacerdos ſuper tenerum auris mundandi dextræ, & ſuper pollicem manus eius dextræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri, vltra ſanguinem oblationis pro delicto.
18 Quod autem ſupereſt de oleo quod eſt in manu eius, ponet ſuper caput mundandi: expiabítq; eum ſacerdos coram Iehoua.
19 Faciet item ſacerdos oblationem pro peccato, emundabítq; mundandum ab immunditia ſua, & poſtea mactabit holocauſtum.
20 Et aſcendere faciet ſacerdos holocauſtum & minham ſuper altare: expiabítque eum ſacerdos, & mundus erit.

Digitized by Google

21 Si autem pauper fuerit, & manus eius non poſſit aſſequi, tunc accipiet agnum vnum in ho-
ſtiam pro delicto in eleuationem ad expiandum illum, & decimam partem ſimilæ, vnã per-
miſtam oleo pro minha, ſextariúmq; olei:
22 Duos præterea turtures, aut duos filios columbæ, quodcunq; apprehendere poterit manus
eius: eritq; vnus in hoſtiam pro peccato, & alter pro holocauſto.
23 Afferétq; ea octauo die purificationis ſuæ ad ſacerdotem ad oſtium tabernaculi eccleſię co-
ram Iehoua.
24 Suſcipiétque ſacerdos agnum oblationis pro delicto, & ſextarium olei, atq; agitabit ea ſa-
cerdos eleuationem coram Iehoua.
25 Mactabítq; agnum oblationis pro delicto, ac tollet ſacerdos de ſanguine oblationis pro
delicto, ponétq; ſuper tenerum auris mundandi dextræ, & ſuper pollicem manus eius dex-
træ, & ſuper pollicem pedis eius dextri.
26 De oleo quoq; fundet ſacerdos in manum ſuam ſiniſtram.
27 Spargétq; ſacerdos digito ſuo dextro de oleo quod eſt in manu ſua ſiniſtra, ſeptem vicibus
coram Iehoua.
28 Ponet quoq; ſacerdos de oleo quod eſt in manu ſua ſuper tenerum auris emundandi dex-
træ, & ſuper pollicem manus eius dextræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri in loco ſangui-
nis oblationis pro delicto.
29 Quod autem ſupereſt de oleo quod eſt in manu ſacerdotis, ponet ſuper caput emundandi,
ad emundandum illum coram Iehoua.
30 Faciet item vnum de turturibus, vel ex pullis columbarum, ex iis quæ apprehenderit ma-
nus eius.
31 Quod *inquam* apprehenderit manus eius, *faciet* vnum pro peccato, & alterum in holocau-
ſtum cum minha: emundabítq; ſacerdos mundandum coram Iehoua.
32 Iſta eſt lex eius in quo fuerat plaga lepræ, cuius manus non poterat apprehendere munda-
tionem ſui.
33 Et loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh & ad Aharón, dicendo,
34 Quum ingreſſi fueritis terram Chenáan, quam ego do vobis in poſſeſſionem, & poſuero
plagam lepræ in domo terræ poſſeſſionis veſtræ:
35 Veniet ille cuius erit domus, renuntiabítq; ſacerdoti, dicendo, Tanquam plaga *lepræ* viſa eſt
mihi in domo.
36 Tunc præcipiet ſacerdos, & expurgabunt domum antequam ingrediatur ſacerdos vt diſpi-
ciat plagam, ne polluatur quicquam quod ſit in ea domo: & poſtea ingredietur ſacerdos ad
contemplandum domum.
37 Tunc conſiderabit plagam ipſam: & *ſi* quidem plaga *quæ eſt* in parietibus domus *fuerint* ni-
gredines, flauedines, vel rubedines: & aſpectus eorum fuerit depreſſior *reliquo* pariete:
38 Egredietur ſacerdos è domo ad oſtium domus, & claudet domum ſeptem diebus.
39 Poſtea reuertetur ſacerdos die ſeptimo, & contemplabitur: & *ſi* quidem creuerit plaga in
parietibus domus,
40 Tunc præcipiet ſacerdos, & eruent lapides in quibus fuerit plaga illa, proiiciéntq; illos ex-
tra ciuitatem in locum immundum.
41 Domum autem radere iubebit intrinſecus per circuitum, & effundent puluerem quem ab-
raſerint, extra ciuitatem in locum immundum.
42 Et accipient lapides alios quos reponent loco lapidum *illorum*, & lutum aliud capiet, & cõ-
planabit domum.
43 Quòd ſi reuerſa fuerit plaga, & effloreat in illa domo poſtquam erui fecit lapides & abradi
domum, & poſteaquam obducta fuit:
44 Tunc ingredietur ſacerdos, & conſiderabit, & *ſi* quidem creuerit plaga in domo, lepra cor-
rodens eſt in ipſa domo, immunda eſt.
45 Deſtruétq; domum *&* lapides eius, & ligna eius, atque vniuerſum lutum domus: educétq;
extra ciuitatem in locum immundum.
46 Qui autem ingreſſus fuerit domum illam omnibus diebus quibus iuſſerit eam claudi, im-
mundus erit vſq; ad veſperam:
47 Et qui dormierit in ea domo, lauabit veſtimenta ſua: quíq; comederit in domo, lauabit ve-
ſtimenta ſua.
48 Si autem ingrediendo ingreſſus fuerit ſacerdos, contemplatúſq; viderit non creuiſſe pla-
gam in ipſa domo poſtquam ipſa obducta fuit: mundam iudicabit ſacerdos domum, quia ſa-
nata ſit plaga illa.
49 Tollet itaq; ad purificandum domum duos paſſeres, & lignum cedrinum, & coccum ver-
miculi, & hyſſopum.

50 Macta-

Digitized by Google

50 Mactabitque paſſerem viuum ſuper vas fictile ſuper aquas viuas.
51 Capiétque lignum cedrinum,& hyſſopum,& coccum vermiculi,& paſſerem viuum, & tin-
get illa in ſanguine paſſeres mactati,& in aqua viuente:aſpergétque domum ſeptem vicibus.
52 Purificabitque domum illam ſanguine paſſeris, & aqua viua,& paſſere viuo, lignóq; cedri-
no,& hyſſopo, & cocco vermiculi.
53 Poſtea dimittet paſſerem viuum extra ciuitatem ſuper faciem agri, purgabítq; domum, &
munda erit.
54 Iſta eſt lex omnis plagæ lepræ,& maculæ nigræ,
55 Et lepræ veſtis, & domus,
56 Et tumoris,& ſcabiei, & candentis maculæ,
57 Ad docendum quid agendum quo die immundus,& quo die mundus declarandus eſt.

DE CIRCVNCISIONE.

Geneſ. cap. XVII. *verſ.* X.

HOc *eſt* pactum meum quod obſeruabitis inter me & vos, atque inter ſemen tuum poſt te, vt circuncidatur in vobis omnis maſculus.

Leuit. cap. XII. *verſ.* III.

POrrò die octauo circuncidetur caro præputii eius.

11 Circuncidetis verò carnem præputii veſtri,erítq; ſignum pacti inter me & vos:
12 Omnis itaq; maſculus octo dies natus circuncidetur in vobis in generationes veſtras, *et-
iamſi fuerit* natus domus, & emptus argento à quocunque alienigena qui non eſt de ſemine
tuo.
13 Omnino *igitur* circuncidetur natus domus tuæ, & emptus argento tuo : erítque pactum
in carne veſtra in fœdus perpetuum.
14 Incircunciſus autem maſculus qui non circunciderit carnem præputii ſui, vtiq; extermi-
nabitur anima illa de populis ſuis: *nam* pactum meum irritum fecit.

AQVA EXPIATIONIS.

Num. cap. XIX. *verſ.* I.

LOquutus eſt inſuper Ichouáh ad Moſéh & Aharón, dicendo,
2 Hoc eſt ſtatutum legis quod præcepit Ichouáh,dicendo, Alloquere filios Iſraél,vt affe-
rant ad te vaccam rufam perfectam, in qua non ſit macula, ſuper quam non aſcenderit iu-
gum.
3 Et dabitis eam Elazár ſacerdoti,qui educet eam extra caſtra, & mactandam curabit ante ſe.
4 Capiétq; Elazár ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo,& ſparget e regione faciei tabernaculi
eccleſiæ de ſanguine eius ſeptem vicibus.
5 Poſtea comburendam curabit vaccam in oculis ſuis : pellem eius, & carnem eius,& ſangui-
nem eius,vnà cum fimo eius comburet.
6 Tunc accipiet ſacerdos lignum cedrinum, & hyſſopum,& coccum vermiculi, proiiciétq;
in medium combuſtionis vaccæ.
7 Et lauabit veſtes ſuas ſacerdos,lauabit quoq; carnem ſuam aqua, & poſtea ingredietur ca-
ſtra,immundúſq; erit ſacerdos vſq; ad veſperam.
8 Ille quoque qui combuſſerit eam, lauabit veſtimenta ſua aqua, lauabit & carnem ſuam a-
qua,immundúſque erit vſq; ad veſperam.
9 Colliget autem vir mundus cinerem illius vaccæ, & ponet *illum* extra caſtra in loco mun-
do, erítq; congregationi filiorum Iſraél in cuſtodiam in aquam ſeparationis : *nam* expiatio
eſt.
10 Et lauabit qui collegerit cinerem vaccæ, veſtimenta ſua,immundúſque erit vſque ad veſpe-
ram: & erit filiis Iſraél, & peregrino qui peregrinatur in medio eorum, in ſtatutum perpe-
tuum.
& 21 Et erit eis in ſtatutum perpetuum: & qui ſparſerit aquam ſeparationis,lauabit veſtimen-
ta ſua: quiq; tetigerit aquam ſeparationis,immundus erit vſq; ad veſperam.
22 Et quicquid tetigerit immundus,immundum erit : & anima quæ tetigerit *ipſum*, immun-
da erit vſq; ad veſperam.

Digitized by Google

DE LVCTV ISRAELITARVM.

Leuit. cap. XIX. *verſ.* XXVII.

NOn attōdebitis in circuitum comam capitis veſtri, neque diſſipabis extremitatē barbæ tuæ.
28 Inciſionem autem pro mortuo non facietis in carne veſtra, & ſcripturam notæ non facietis in vobis: ego Iehouáh.

Deut. cap. XIV. *verſ.* I.

FIlii eſtis Iehouæ Dei veſtri: non inſidetis *igitur vos*, neque ponetis caluitium inter oculos veſtros ſuper mortuum.
2 Populus enim ſanctus es Iehouæ Deo tuo, & te elegit Iehouáh vt ſis illi in populū peculiarem ex omnibus populis qui ſunt ſuper faciem terræ:

DE MIXTVRA.

Leuit. cap. XIX. *verſ.* XIX.

STatuta mea obſeruabitis. Animal tuum nō facies coire *cum* altero genere. Agrū tuum non feres diuerſo ſemine, & veſtis diuerſarū ſpecierum ex lana & lino non aſcendet ſuper te.

Deut. cap. XXII. *verſ.* IX.

NOn feres vineam tuam diuerſis ſpeciebus ſeminum, ne fortè polluatur fructus ſeminis quod ſeuiſti, & fructus vineæ.
10 Non arabis cum boue & aſino pariter.
11 Non indues te diuerſa ſpecie *panni*, lana & lino pariter.

DE VESTITV ET SCRIBENDA *priuatim lege.*

Num. cap. XV. *verſ.* XXXVII.

ET dixit Iehouáh ad Moſeh, dicendo,
38 Alloquere filios Iſraël, & dic eis vt faciant ſibi fimbrias in angulis veſtimentorū ſuorum per generationes ſuas: & ponant in fimbria anguli filum hyacinthinum.
39 Et erit vobis inſtar fimbriarum, videbitiſque eam, & recordabimini omnium præceptorum Iehouæ vt faciatis ea: & non aſpicietis poſt cor veſtrum & oculos veſtros, poſt quos vos fornicamini.
40 Vt recordemini *inquam*, & faciatis omnia præcepta mea, & ſitis ſancti Deo veſtro.
41 Ego Iehouáh Deus veſter qui eduxi vos è terra Ægypti, vt eſſem vobis in Deum: ego inquam Iehouáh Deus veſter.

Deut. cap. VI. *verſ.* VI.

ERúntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo:
7 Et repetes ea filiis tuis, & loqueris de eis quando ſedebis in domo tua, & quādo ambulabis per viam, & quando iacebis in lecto, & quando ſurges.
8 Ligabiſque ea in ſignum in manu tua, & erunt in frontalia inter oculos tuos.
9 Scribes quoque illa in poſtibus domus tuę, & in portis tuis.
CAP. II. v. 18. Sed ponite verba mea hæc in corde veſtro, & animo veſtro, atque ea ligate in ſignum in manu veſtra, ſintque in frontalia inter oculos veſtros.
19 Et docete ea filios veſtros, vt loquamini de eis quum ſedebis in domo tua, & quum ambulabis per viam, quúmque iacebis in lecto, & quum ſurges.
20 Scribes quoque ea in poſtibus domus tuæ, & in portis tuis:
21 Vt multiplicentur dies veſtri, & dies filiorum veſtrorum ſuper terram, quam iurauit Iehouáh patribus veſtris ſe daturum illis iuxta dies cæli ſuper terram.
CAP. 22. v. 12. Fimbrias facies tibi in quatuor oris operimenti tui, quo operies te.

DE FOETIBVS AVIVM NON TOLlendis cum matre.

Deut. cap. XXII. *verſ.* VI.

QVum occurrerit nidus auis coram te in via, in quauis arbore, aut ſuper terram, *in quo ſint* pulli vel oua, & mater cubet ſuper pullos aut ſuper oua, non accipies matrem cum filiis:
7 Dimittendo dimittes matrem, & pullos capies tibi: vt bene ſit tibi, & prolonges dies.

DE PAXILLIS.

Deut. cap. XXIII. *verſ.* XII.

ET locus *quidam* erit tibi extra caſtra, egredieríſque illuc foras:
13 Paxillus item erit tibi cum armis tuis: eritque, quando deſidere voles extrà, fodies eo, & conuerſus operies excrementa tua.
14 Iehouáh enim Deus tuus ambulat per medium caſtrorum tuorum, vt eripiat te, & tradat inimicos tuos coram te: ſint itaque caſtra tua ſancta: & ne videat in te turpitudinem aliquam, & auertatur à te.

Digitized by Google

LEX POLITICA.

Magiſtratus cuſtos eſt vtriuſque tabulæ præceptorum, habita ſocietatis humanæ ratione. Itaque politicæ leges Iſraelis vtramque tabulam reſpiciunt, & ad ſingula ἠθικὰ præcepta reuocandæ ſunt.

Leges ad priorem tabulam referuntur; nempe, Ad PRIMVM & SECVNDVM. præceptum:

DE IDOLOLATRIS APOSTATIS.

Exod. cap. XXII. *verſ.* XX.

IMmolans diis, præ-
terquam Iehouę ſo-
li, occidetur.

Leuit. cap. XX. *verſ.* I.

LOquutus eſt autem
Iehouáh ad Moſeh,
dicendo,
2 Filiis præterea Iſ-
raél dices, Quicunq; è filiis
Iſraél & è peregrinis qui pe-
regrinantur in Iſrael, dede-
rit de ſemine ſuo ipſi Mó-
lech, moriendo morietur:
populus terræ lapidabit cũ
lapidibus.
3 Ego namq; ponam faciem
meam in virum illum, &
exterminabo illum è me-
dio populi ſui, quia de ſe-
mine ſuo dederit ipſi Mó-
lech, vt contaminaret San-
ctuarium meum, & pollue-
ret nomen ſanctitatis meæ.
4 Quòd ſi abſcondendo ab-
ſcondat populus terrę ocu-
los ſuos à viro illo quũ dat
de ſemine ſuo ipſi Moléch,
non interficiendo illum:
5 Tunc ponam ego faciem
meum in virum illum, & in
familiam eius, & ſuccidam
eum, & omnes qui fornicã-
tur poſt ipſum, vt fornicẽ-
tur poſt Mólech, è medio
populi ſui.

Deut. cap. XIII. *verſ.* I.

QVum ſurrexerit in
medio tui prophe-
ta, vel ſomnium (&
dederit tibi ſignũ,
vel portentum.
2 Eueneritq; ſignum & por-
tentum quod loquutus eſt
tibi) dicendo, Eamus poſt
deos alienos (quos non no-
ſti) & colamus eos:
3 Non obedies verbis pro-
phetę illius, aut ſomniatori
illi: quia tentat Iehouáh
Deus veſter vos, vt ſciat an
diligatis Iehouam Deum
veſtrum toto corde veſtro
& tota anima veſtra.
4 Poſt Iehouam Deum ve-
ſtrum ambulabitis, & illum
timebitis, ac præcepta eius
cuſtodietis, vocíq; eius o-
bedietis, atq; illum coletis,
eíq; adhærebitis.
5 Propheta autem ille, aut ſo-
mniator ille interficietur:
(quia loquutus eſt auerſio-
nem contra Iehouã Deum
veſtrũ, qui eduxit te è terra
Ægypti, & redemit te è do-
mo ſeruorum, vt depelleret
te de via quam pręcepit tibi
Iehouáh Deus tuus, vt am-
bulares per eam) & auferes
malum è medio tui.

6 Si incitauerit te frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus, aut filia tua, aut vxor ſinus tui,
vel amicus tuus qui ſit ſicut anima tua, clàm dicendo. Eamus & colamus deos alienos (quos
non noſti, tu & patres tui.)
7 De diis populorum qui ſunt *in* circuitibus veſtris, propinquiorum tibi, aut remotorum à
te, ab extremo *vno* regionis vſq; ad *alterum* extremum eius:
8 Non acquieſces illi, neq; obedies illi, nec parcet oculus tuus illi, neq; indulgebis, neq; oc-
cultabis illum:

9 Sed occidendo occides eum: manus tua erit in eum prius, vt interficias ipſum, & manus vniuerſi populi poſtea.
10 Et lapidabis eum lapidibus, & morietur: quia quæſiuit depellere te à Iehoua Deo tuo, qui eduxit te è terra Ægypti, è domo ſeruorum:
11 Vt vniuerſus Iſraël audiant, & timeant, nec addant facere aliquid ſimile huic rei peſſimæ in medio tui.
12 Si audieris de vna vrbium tuarum quam Iehouáh Deus tuus dat tibi, vt habites ibi, aliquem dicentem,
13 Egreſſi ſunt *quidam* homines filii impietatis è medio tui, qui impulerunt habitatores vrbis ſuæ, dicendo, Eamus & colamus deos alienos, quos non noſtis:
14 Tunc inquires & inueſtigabis, ac interrogabis diligenter: & ſi quidem veritas ſit, *&* rumor verus *quòd* facta ſit abominatio iſta in medio tui:
15 Percutiendo percuties habitatores vrbis illius acie gladii, perdendo eam, & quicquid in ea fuerit, & iumenta eius acie gladii:
16 Atque omnia ſpolia eius congregabis in medio plateæ eius, & combures igni vrbem ipſam, & omnia ſpolia eius prorſus Iehouæ Deo tuo: eritque tumulus perpetuus, non ædificabitur amplius.
17 Neq; adhærebit manui tuæ quicquam de anathemate, vt auertatur Iehouáh ab ira furoris ſui, & det tibi miſericordias, miſereatúrq; tui, ac multiplicet te, quemadmodum iurauit patribus tuis.
Cap.17.v.2. Si inuentus fuerit in medio tui, in vna è portis tuis, quas Iehouáh Deus tuus dat tibi, vir aut mulier qui fecerit malum in oculis Iehouæ Dei tui, tranſgrediendo pactum eius:
3 Et perrexerit, colueritq; deos alienos, atq; incuruauerit ſe illis, & ſoli, vel lunæ, vel omni militiæ cæli, quod non præcepi:
4 Et renunciatum fuerit tibi, & audieris, & quæſieris diligenter: & ſi quidem veritas ſit, & rumor verus, *quòd* facta ſit abominatio iſta in Iſraele:
5 Tunc educes hominem illum, aut mulierem illam, qui fecerunt malum hoc, ad portas tuas, hominem aut mulierem, & lapidabis eos lapidibus, & morientur.

DE ABOLENDA IDOLOLATRIA.

Exod. cap. XXIII. *verſ.* XXIV.

NOn adorabis deos eorũ, neq; coles eos, neque facies ſecundum opera eorũ, ſed deſtruẽdo deſtrues eos, & confringendo confringes ſtatuas eorum.
Cap.34. v.13. Sed aras eorum diruetis, & ſtatuas eorum confringetis, lucóſque eorum ſuccidetis.

Num.cap. XXXIII. *verſ.* LII.

EXpellite omnes habitatores terræ à facie veſtra, & perdite omnes picturas eorum, & omnes imagines conflaturarum eorum perdetis, omniáq; excelſa eorũ vaſtabitis.

Deut.cap. VII. *verſ.* V.

SEd ſic facietis eis, Altaria eorum deſtruetis, & ſtatuas eorum confringetis, lucóſque eorum ſuccidetis, ac ſculptilia eorum combure-tis igni.
& 25 Sculptilia deorum ipſorum combures igni: non concupiſces argentum & aurum *quæ ſunt* ſuper ea, & capias tibi: ne illaquees te in illo: abominatio enim Iehouæ Dei tui eſt.
26 Neque introduces abominationem in domum tuam, & ſis anathema ſicut illud, & abominando abominaberis illud, quia eſt anathema.
Cap.12. v.1. Hæc ſunt ſtatuta & iudicia quę cuſtodietis vt faciatis in terra quã datur eſt Iehouáh Deus patrum tuorum tibi, vt poſſideas eam omnibus diebus quibus vos vixeritis ſuper terram illam.

2 Pe

Digitized by Google

2 Perdendo perdetis omnia loca in quibus ſeruierunt gentes quas vos poſſeſſuri eſtis, diis ſuis
ſuper montes excelſos, & ſuper colles, & ſub omni arbore viridi.
3 Diruetiſq; aras earum, ac ſtatuas earum confringetis, lucos item earum combvretis igni, &
ſculptilia deorum earum concidetis, perdetiſq; nomen earum è loco ipſo.

DE DIVINIS ET PSEV-*doprophetis.*

*Exo.c.*XXII. *v.*XVIII.

MAleficam non ſines viuere.

*Leuit. cap.*XIX. *verſ.*XXVI.

NOn augurabimini, neque obſeruabitis tempora.
& 31 Ne vertatis vos ad pythones, & ad haruſpices, ne conſulatis *eos*: ego Iehouáh Deus veſter.
Cap.20.v 6. Anima autem quæ verterit ſeſe ad pythones & haruſpices ad fornicandum poſt eos, ponam faciem meam in animam illam, exterminabóq; illam è medio populi ſui.
& 27 Vir autem ſiue mulier quum fuerit in eis Pytho, vel haruſpicũ ſpiritus, moriendo morientur: lapidibus lapidabunt eos; ſanguis eorum ſuper eos.

*Deut. cap.*XVIII. *verſ.*IX.

QVum ingreſſus fueris terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi, non diſces facere ſecundum abominationes Gentium illarum.
10 Non inuenietur in te qui tranſire faciat filium ſuum aut filiam ſuam per ignem, diuinans diuinationes, præſtigiator, & augur, neque maleficus:
11 Neque incantator, neq; interrogans pythonem, neq; magus, neque quærens à mortuis.
12 Abominatio enim Iehouæ eſt quicunque facit hæc, & propter abominationes iſtas Iehouáh Deus tuus eiicit illas à facie tua.
13 Perfectus eris cum Iehoua Deo tuo.
14 Gentes enim iſtæ quas poſſeſſurus es, ariolos & diuinos conſulunt: tu autem non ſic: dedit *enim* tibi Iehouáh Deus tuus.
15 Prophetam è medio tui è fratribus tuis, vt ego ſum, ſuſcitabit tibi Iehouáh Deus tuus, illum audietis:
16 Iuxta omnia quæ poſtulaſti à Iehoua Deo tuo in Horéb in die congregationis, dicendo, Ne addam audire vocem Iehouæ Dei mei, neq; ignem magnum iſtum videam amplius, ne moriar.
17 Et dixit Iehouáh mihi, Bene egerunt *in hoc* quod loquuti ſunt.
18 Prophetã ſuſcitabo illis de medio fratrum ſuorum ſicut tu, & ponam verba mea in ore eius, & loquetur eis omnia quæ præcepero illi.

19 Erit autem, quicunque non audierit verba mea quæ loquetur nomine meo, ego requiram
ab eo.
20 Veruntamen propheta qui ſuperbè egerit vt loquatur verbum in nomine meo quod non
præcepi ei loqui, quiq; loquetur in nomine deorum alienorum, morietur propheta ille.
21 Quod ſi dixeris in corde tuo, Quomodo cognoſcemus verbum quod non loquutus fuerit
Iehouáh?
22 Quando loquetur propheta in nomine Iehouæ, & non extiterit res illa, neq; euenerit *illud*,
eſt verbum quod non loquutus eſt Iehouáh, per ſuperbiam loquutus eſt illud propheta ille:
ne timeas ab eo.

Digitized by Google

DE FOEDERIBVS.

Exod. cap. XXIII. *verſ.* XXXII.

NOn percuties cũ eis & diis illorum fœdus.
33 Non habitabunt in terra tua, ne fortè
peccare faciant te contra me, quãdo colue-
ris deos eorum: nam eſſet tibi in laqueum.
Cap.34. v.12. Caue tibi ne fortè percutias fœ-
dus cum habitatoribus eius regionis ad quã
ingreſſurus es, ne fortè ſint in laqueum in
medio tui.
& 15 Ne fortè percutias fœdus cũ habitatoribꝰ
eius regionis, & fornicentur poſt deos ſuos,
& ſacrificẽt diis ſuis: vocet autem te *aliquis*,
& comedas de ſacrificio eius.

Deut. cap. VII. *verſ.* I.

QVum introduxerit te Iehouáh Deus tuus
in terram quam tu ingreſſurus es vt poſ-
ſideas eam, & auulſerit gentes multas à facie
tua, Hitthæum, & Girgaſæum, & Emoræũ,
& Chenaanæum, & Periſæum, & Hiuæum,
& Iebuſæum, ſeptem gentes multas & robu-
ſtiores te:
2 Et tradiderit eas Iehouáh Deus tuus corã
te, & percuſſeris eas, perdendo perdes eas:
non inibis cum illis pactum, neq; miſerebe-
ris earum.

16 Et *ne* fortè accipias de filiabus eius filiis tuis, & fornicentur filiæ eius poſt deos ipſarum, &
fornicari faciant filios tuos poſt deos earum.

AD TERTIVM PRÆCEPTVM.

DE BLASPHEMIS.

Leuit. cap. XXIV. *verſ.* X.

EGreſſus eſt autem filius mulieris Iſraeliti-
dis, qui erat filius viri Ægyptii, in medio fi-
liorum Iſraél: & iurgati ſunt in caſtris ipſis
filius Iſraelitidis & vir Iſraelita.
11 Et expreſſit filius mulieris Iſraelitidis no-
men, & maledixit: adduxerúntque eum ad
Moſéh: nomen autem matris eius erat Selo-
míth filia Dibri, de tribu Dan.

Num. cap. XV. *verſ.* XXX.

ET anima quæ fecerit in manu excelſa, tam
ciuis quàm peregrinus, Iehouam probris
afficit: atque excidetur anima illa è medio
populi ſui.
31 Quia verbum Iehouæ ſpreuit, & præceptũ
eius irritum fecit, excidendo excidetur ani-
ma illa, iniquitas eius *erit* in ipſa.

12 Et poſuerunt eum in cuſtodiam, vt exponeret eis iuxta ſermonem Iehouæ.
1 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
14 Educ blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes qui audierunt, manus ſuas ſuper caput
eius, & lapidet eum vniuerſus cœtus:
15 Ad filios autem Iſraél loquaris, dicendo, Quicunq; maledixerit Deo ſuo, portabit iniquita-
tem ſuam.
16 Et qui expreſſerit nomen Iehouæ, moriendo morietur, lapidando lapidabunt eum vni-
uerſus cœtus: tam peregrinus, quàm indigena, quum expreſſerit nomen, moriatur.
& 23 Loquutus eſt autem Moſéh ad filios Iſraél, & eduxerunt blaſphemum extra caſtra, lapi-
dauerúntq; eum lapidibus: atque *ita* filii Iſraél fecerunt ſecundum quod præceperat Ieho-
uáh Moſéh.

AD QVARTVM PRÆCEPTVM.

DE VIOLATO SABBATHO.

Exod. cap. XXXI. *verſ.* XIV.

CVſtodietis igitur Sabbathum, quia ſancti-
tas eſt vobis: quiſquis profanauerit illud,
moriendo morietur: quia omnis faciens in
eo opus, excidetur anima ipſa è medio po-
pulorum ſuorum.
15 Sex diebus fiet opus, at die ſeptimo
Sabba-

Num. cap. XV. *verſ.* XXXII.

QVum autem filii Iſraél eſſent in deſerto,
inuenerunt virum colligentem ligna in
die ſabbathi:
33 Et adduxerunt illum qui inuenerunt eum
colligentem ligna, ad Moſéh & Aharón, &
ad vniuerſam congregationem.

Digitized by Google

Sabbathum ceſſationis eſt, ſanctitas Iehouę:
quicunq; fecerit opus die Sabbathi, morié-
do morietur.
Cap. 35. v. 2. Sex diebus facies opus: at die ſepti-
ma ſit vobis ſanctitas, Sabbathum ceſſatio-
nis Iehouæ: quicũq; fecerit in eo opus, mo-
rietur.

34 Quem poſuerunt in cuſtodia, quia non e-
rat expoſitum quid faciendum eſſet ei.
35 Et dixit Iehouáh ad Móſéh, Moriendo mo-
riatur vir ille, lapidet eum lapidibus vniuer-
ſa congregatio extra caſtra.
36 Eduxerunt ergo eum congregatio extra
caſtra, lapidauerunt eum lapidibus: mor-
tuúſq; eſt quemadmodum præceperat Ie-
houáh Moſéh.

LEGES POLITICAE AD POSTERIOREM tabulam referendæ.

AD PRIMVM PRÆCEPTVM.

DE MAGISTRATIBVS ET EO-rum authoritate.

Exod. cap. XVIII. *verſ.* XIII.

ET fuit, poſtero die ſedit
Moſéh ad iudicandum
populum: ſtabátq; populus
iuxta Moſéh à manè vſque
ad veſperam.
14 Videns autem ſocer Mo-
ſéh quæcunque ipſe facie-
bat populo, dixit, Quid eſt
hoc quod facis populo? cur
tu ſedes ſolus, & vniuerſus
populus ſtat iuxta te à ma-
nè vſq; ad veſperam?
15 Reſpondítq; Moſéh ſoce-
ro ſuo, Quia venit ad me
populꝰ ad q̃rendum Deum.
16 Quum eſt illis negotium
aliquod, veniũt ad me, & iu-
dico inter virum & ſocium
ſuum, notáq; facio ſtatuta
Dei, & leges eius.
17 Dixítque ſocer Moſéh ad
eũ, Nõ eſt bonũ ꝙ tu facis.
18 Succumbẽdo ſuccumbes,
etiam tu, etiã populus iſte
qui eſt tecũ: quia ſupra vires
tuas eſt res, non poteris fa-
cere eam ſolus.
19 Nunc *ergo* audi vocẽ meã,
conſulam tibi, & erit Deus
tecum: Eſto tu pro populo
coram Deo, & referres *diffi-
ciles* ad Deum:
20 Et doce *eos* ſtatuta & le-
ges, & indica eis viam per
quam ambulent, & opus
quod faciant.
21 Tu autem conſidera ex o-
mni populo viros fortes, ti-
mẽtes Deum, viros veridi-
cos, odio habentes auaritiã,
& p̃fice illis principes *ſuper*

Num. cap. XI. *verſ.* XVI.

DIxit ergo Iehouáh ad Mo
ſéh, Congrega mihi ſep-
tuaginta viros è Senioribus
Iſraél, quos noſti quòd ſint
Seniores populi, & princi-
pes eius, adducáſque eos ad
oſtium tabernaculi eccle-
ſiæ & ſtent ibi tecum:
17 Tunc deſcẽdam, & loquar
tecum ibi: & ſeparabo de
Spiritu qui eſt in te, & po-
nam in eis, & ſuſtinebũt te-
cum opus populi, & nõ ſu-
ſtinebis tu ſolus.
& 24 Egreſſus eſt autem Mo-
ſéh, & loquutꝰ eſt ad popu-
lum verba Iehouę: congre-
gauítque ſeptuaginta viros
è Senioribus populi, quos
ſtatuit in circuitu taberna-
culi.
25 Tum deſcendit Iehouáh in
nube, & loquutus eſt ad eũ:
& ſeparauit de Spiritu qui
erat in eo, poſuitq; in ſep-
tuaginta viris Senioribus:
fuit autem, requieſcente in
eis Spiritu, prophetauerũt,
& non addiderunt.

Deut. cap. I. *verſ.* IX.

ET dixi vobis in tempore
illo, dicendo, Nõ poſſum
ſolus ferre vos.
10 Iehouáh Deus veſter mul-
tiplicauit vos, ita vt ſitis ho
die ſicut ſtellæ cœli in mul-
titudine.
11 (Iehouáh Deus patrum ve-
ſtrorũ addat ſuper vos, ſi-
cut eſtis, mille vicibus: &
benedicat vobis quemad-
modũ loquutus eſt vobis.)
12 Quomodo feram ſolus la-
borem veſtrum, & onus ve-
ſtrum, & lites veſtras?
13 Date ex vobis viros ſapiẽ-
tes, & intelligentes, & no-
tos è tribubꝰ veſtris, vt prę-
ficiam illos vobis.
14 Et reſpondiſtis mihi, atq;
dixiſtis, Bona res eſt quam
dixiſti vt faciamus.
15 Tulíq; principes tribuum
veſtrarum, viros ſapientes,
& notos, ac conſtitui eos
principes ſuper vos, tribu-
nos, & cẽturiones, & quin-
quagenarios, & decurio-
nes, & præfectos tribubus
veſtris.
16 Atq; præcepi iudicibus ve-
ſtris tempore illo, dicendo,
Audite inter fratres ve-
ſtros, & iudicate iuſtè inter
virum & fratrem ſuum, &
inter peregrinum eius.
17 Non agnoſcetis faciem in
ipſo iudicio: ſicut paruum,
ſic & magnũ audietis: nõ ti-
mebitis à facie cuiuſquam,
q̃a iudiciũ Dei eſt: rem autẽ

Digitized by Google

mille, centuriones, quinquagenarios, & decanos,
23 Qui iudicabunt populum omni tempore: omnem verò rem magnam referent ad te, & omnem rem paruam iudicabunt ipſi: atq; *ita* leuiorem reddent tibi *ſarcinam*, quum tulerint tecum.
23 Si hoc feceris, & præceperit tibi Deus, poteris ſtare, & etiam totus populus iſte reuertetur ad locum ſuum pacificè.
24 Paruit ergo Moſéh voci ſoceri ſui, fecítq; omnia quæ dixerat:
25 Et delegit Moſéh viros fortes ex omni Iſraele, & conſtituit eos capita ſuper populũ, principes *ſuper* mille, cẽturiones, quinquagenarios, ac decanos,
26 Qui iudicabant populum omni tempore: ardua referebant ad Moſéh, omnem verò rem paruam iudicabant ipſi.
Cap.30.v.12. Quando capies ſummam filiorũ Iſraél per numeratos eorum, dabunt ſinguli redemptionem animæ ſuæ Iehouæ quando numeraueris eos, & non erit in eis plaga, quum numerabis eos.
13 Hoc *autem* dabunt, Omnis tranſiens ad numeratos dimidium ſecli ſecundum ſeclum ſanctitatis. viginti obolorum eſt ſeclus: dimidium ſecli oblatio terræ Iehouæ.
14 Quicunq; tranſit ad numeratos à viro viginti annorum & ſuprà, dabit oblationem Iehouæ.
15 Diues non augebit, & pauper non diminuet de dimidio ſeclo, quum dederint oblationem Iehouæ ad expiandas animas veſtras.
16 Accipiéſq; argentum expiationum à filiis Iſraél, & dabis illud in opus tabernaculi eccleſiæ: eritq; filiis Iſraél ad memoriã coram Iehouáh ad expiandum animas veſtras.

quæ grauior erit vobis, referetis ad me, & audiam illam.
18 Præcepíque vobis tempore illo omnia quæ facere deberetis.
Cap.16.v.18. Iudices & pręfectos pones tibi intra omnes portas tuas quas Iehouáh Deus tuus dat tibi in tribubus tuis, qui iudicabũt populum iudicio iuſtitiæ.
Cap.17.v.12. Vir autem qui fecerit per ſuperbiam vt non obediat Sacerdoti qui ſteterit vt miniſtret illic coram Iehoua Deo tuo, aut Iudici, morietur vir ille, & auferes malum ex Iſraéle:
13 Vt vniuerſus populus audiat & timeat, & non ſuperbè agat vltrá.
14 Quum ingreſſus fueris terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi, & poſſederis eam, & habitaueris in ea, ac dixeris, Conſtituam ſuper me Regem *aliquem*, vt omnes gentes quæ *ſunt in* circuitibus meis:
15 Conſtituendo conſtitues ſuper te Regem quẽ delegerit Iehouáh Deus tuus: è medio fratrum tuorum cõſtitues ſuper te Regem, non poteris conſtituere ſuper te virum alienigenam qui non ſit frater tuus.
16 Tantùm ne multiplicet ſibi equos, neq; reducat populum in Ægyptum vt multiplicet *ſibi* equos: præſertim quum Iehouáh dixerit vobis, Non reuertemini iterum per viam iſtam poſthac:
17 Neq; multiplicabit ſibi vxores, ne declinet cor eius: neq; argentum & aurum multiplicabit ſibi valde.
18 Quum autem ſederit ſuper ſolium regni ſui, ſcribet ſibi iteratã Legem hanc in libro à conſpectu Sacerdotum Leuitarum:
19 Eritq; apud illum, & leget in eo omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Iehouam Deum ſuum, vt cuſtodiat omnia verba Legis huius, & ſtatuta hæc, vt faciat illa:
20 Ne eleuetur cor eius ſuper fratres ipſius, neq; declinet à præcepto ad dexteram aut ad ſiniſtram: vt prolonget dies in regno ſuo, ipſe & .. ii eius in medio ſraelis.

Cap.23.v.1. Non ingredietur qui contuſione fractos aut abſciſſos habet teſticulos, in congregationem Iehouæ.
2 Non ingredietur ſpurius congregationem Iehouæ: etiam generatione decima non ingredietur congregationem Iehouæ.
3 Non ingredietur Ammonita & Moabita congregationem Iehouæ: etiam generatione decima non ingredietur congregationem Iehouæ vſq; in ſeculum:
4 Eo quòd non exceperint vos cum pane & aqua in via, poſteaquam egreſſi eſtis ex Ægypto: & quòd mercede conduxerit aduerſum te Bilám filium Beór de Pethór è Meſopotamia Syriæ, vt malediceret tibi.
5 Sed noluit Iehouáh Deus tuus audire Bilám, & conuertit Iehouáh Deus tuus tibi maledictionem in benedictionem, quòd diligeret te Iehouáh Deus tuus.
6 Non quæres pacem eorum & bonum eorum cunctis diebus tuis, in ſeculum.
7 Non abominaberis Edomæum, quia frater tuus eſt, non abominaberis Ægyptium, quia peregrinus fuiſti in terra eius.
8 Filii qui naſcentur eis generatione tertia, ingredientur congregationem Iehouæ.

DE

Digitized by Google

DE PATRIA POTESTATE.

Exod. cap. xxi. *verſ.* vii.

QVum autem vendiderit quiſpiam filiam ſuam in ancillam, nõ egredietur quemadmodum egredi ſolent ſerui.

& 15 Et qui percuſſerit patrẽ ſuum aut matrẽ ſuam, moriendo moriatur.

& 17 Et qui maledixerit patri ſuo vel matri ſuæ, moriendo moriatur.

Leuit. cap. xx. *verſ.* ix.

NAm quicunq; maledixerit patri ſuo aut matri ſuæ, moriendo morietur: patri ſuo aut matri ſuæ maledixit, ſanguis eius in eum *erit*.

Deut. cap. xxi. *verſ.* xviii.

QVum quis habuerit filiũ declinãtem & rebellem, non obediẽtem voci patris ſui & voci matris ſuæ, & correxerint eum, nec paruerit illis:

19 Tum apprehendent eum pater eius & mater eius, educẽntq; illum ad Seniores vrbis ſuæ, & ad portam loci ſui:

20 Dicéntq; Senioribus vrbis illius, Filius noſter iſte declinans & rebellis eſt, non eſt obediens voci noſtræ, epulo & potator eſt.

21 Tunc lapidabunt eum omnes homines vrbis ſuæ lapidibus, & morietur: atq; *ita* auferes malum è medio tui, vniuerſúſq; Iſraël audient, & timebunt.

AD SECVNDVM PRÆCEPTVM.

DE POENIS CAPITALIBVS in genere.

Deut. cap. xxi. *verſ.* xxii.

QVum fuerit in aliquo peccatum *&* iudicium mortis, & interficiendus fuerit, & ſuſpenderis eum in ligno:

23 Non pernoctabit cadauer eius in ligno, ſed ſepeliendo ſepelies eum eodem die, quia maledictio Dei *eſt* ſuſpenſus: & non contaminabitis terram tuam, quam Iehouáh Deus tuus dat tibi in hæreditatem.

Cap. 24. v. 16. Non interficientur patres pro filiis, neq; filii interficientur pro patribus: quiſque pro peccato ſuo morietur.

DE HOMICIDIO VOLVNTARIO.

Exod. cap. xxi. *verſ.* xii.

QVi percuſſerit virum, & mortuus fuerit, moriendo morietur.

& 14 Sin verò ſuperbè egerit quiſpiam in proximum ſuum, ita vt occidat eum dolo, ab altari meo tolles eum vt moriatur.

& 20 Quum autem percuſſerit quiſpiã ſeruum ſuũ vel ancillam ſuam bacillo, & mortuus fuerit ſub manu eius, vindicando vindicabitur.

Leuit. c. xxiv. *ver.* xvii.

ET vir quũ percuſſerit quamlibet animã hominis, moriendo moriatur.

& 21 Qui percuſſerit animal, reddet illud: qui verò percuſſerit hominem, moriatur.

22 Iudicium vnum erit vobis, ſicut peregrinus, ſic & indigena erit: quia egò Iehouáh Deus veſter.

Num. ca. xxxv. *v.* xxxi.

NEque accipietis pretiũ pro anima homicidæ, qui eſt impius, vt moriatur: ſed moriendo morietur.

& 33 Et *ita* nõ polluetis terrã in qua fueritis, quia ſanguis iſte polluit terram: neque terra expiabitur propter ſanguinem qui effuſus eſt in ea, niſi per ſanguinem illi⁹ qui effudit illum.

Deut. cap. xix. *verſ.* xi.

AT quum fuerit quiſpiã qui oderit proximũ ſuũ, & inſidiatus fuerit ei, inſurrexerítque in eũ, & pcuſſerit eum anima, & mortuus fuerit: fugerit autẽ ad vnã vrbiũ iſtarũ:

12 Tunc mittent ſeniores vrbis illius, & abſtrahent eum inde, dabúntq; eũ in manu ꝓpinqui ſanguinis. & morietur.

13 Non parcet oculus tuus ei, & auferes ſanguinẽ innocentem ex Iſraele, & bene erit tibi.

Digitized by Google

DE HOMICIDIO NON VOLVN-
tario & aſylis.

Exod. cap. XXI. *ver.* XIII.

AT qui nō inſidia-
tus fuerit, ſed De⁹
fuit cauſa *vt veniret*
ad manum eius, tūc
ponam tibi locum
ad quem fugiet.

Num. cap. XXXV. *verſ.* VI.

ET loquutus eſt Ie-
houáh ad Moſéh,
dicendo,
10 Alloquere filios
Iſraél, & dices eis,
Quum tranſieritis
Iardén in terram
Chenaán.
11 Cōſtituetis vobis vrbes, vrbes autem refu-
gii erunt vobis: quò fugiet homicida qui
percuſſerit aliquem per errorem.
12 Et erunt vobis vrbes illæ in refugiū à pro-
pinquo: & non morietur homicida, donec
ſteterit ipſe ante congregationem ad iudi-
cium.
13 Et ex vrbibus quas dabitis, ſex vrbes refugii
erunt vobis
14 Tres vrbes dabitis citra Iardén, & tres vr-
bes dabitis in terra Chenaan: vrbes refugii
erunt.
15 Filiis Iſraél, & peregrino, & incolæ in me-
dio eorum, erunt ſex vrbes illę in refugium,
vt fugiat illuc quicunq; percuſſerit aliquem
per errorem.
16 Si autem inſtrumento ferreo percuſſerit
eū, & mortuus fuerit, homicida eſt: morien-
do morietur homicida.
17 Si verò lapide man⁹, quo moriatur percuſ-
ſerit eum, & mortuus fuerit, homicida eſt:
moriendo morietur homicida.
18 Aut inſtrumēto ligneo manus, quo moria-
tur, percuſſerit eum, & moriatur, homicida
eſt: moriendo morietur homicida.
19 Propinquus ſanguinis ipſe interficiet ho-
micidam: quum ipſe obuiauerit illi, ipſe in-
terficiet eum.
20 Quòd ſi per odium impulerit eum, aut pro-
iecerit *aliquid* in eum per inſidias, & mor-
tuus fuerit:
21 Aut per inimicitiam percuſſerit eum manu
ſua, mortuuſq; fuerit: moriendo morietur
percuſſor, homicida eſt: propinquus ſan-
guinis interficiet homicidam, quum ipſe
occurrerit illi.
22 Si autem caſu abſque inimicitiis impulerit
eum, vel proiecerit in eum quoduis inſtru-
mentum abſq; inſidiis,
23 Aut quemuis lapidem quo moriatur, *quem*
prius non videbat, & cadere fecerit ſuper il-
lum, mortuúſque fuerit, & ipſe non erat illi
inimicus, neque quærebat malum eius:
24 Tunc iudicabit congregatio inter percuſ-
ſorem & propinquum ſanguinis ſecundum
iudicia iſta.
25 Et eruet congregatio homicidam è manu
propinqui

Deut. cap XIX. *verſ.* I.

QVum exciderit Iehouáh Deus tuus gētes,
quarum *ipſe* Iehouáh Deus tuus dat tibi
terram, & poſſederis eas, habitaueriſque in
vrbibus earum, & in domibus earum:
2 Tres vrbes ſeparabis tibi in medio terræ
tuæ, quā Iehouáh Deus tuus dat tibi vt poſ-
ſideas eam.
3 Præparabis tibi itinera, & in tres partes di-
uides terminum terræ tuæ quam in hæredi-
tatem daturus eſt tibi Iehouáh Deus tuus,
eritq; vt fugiat illuc omnis homicida.
4 Hæc autē *eſt* res homicidæ qui fugiet illuc,
& viuet: qui percuſſerit proximum ſuum i-
gnoranter, neq; oderat eum ab heri & nu-
diuſtertius:
5 Quiq; abierit cum proximo ſuo in ſyluam
ad cędendum ligna, & impulſa fuerit ma-
nus eius in ſecurim ad cædendum lignum,
elapſum autem fuerit ferrum è ligno, inue-
neritq; proximum ſuum, & moriatur: is fu-
giet ad vnam vrbium iſtarum, & viuet:
6 Ne perſequatur propinquus ſāguinis ho-
micidam illum quum incaluerit cor eius &
aſſequatur eum, quòd longior fuerit via, &
percutiat eum anima, *quum* tamen non ſit
reus mortis, quòd odiſſet eū ab heri *&* nu-
diuſtertius.
7 Idcirco ego præcipio tibi, dicendo, Tres
ciuitates ſeparabis tibi.
8 Quòd ſi dilatauerit Iehouáh Deus tuus ter-
minum tuū, quemadmodum iurauit patri-
bus tuis, & dederit tibi vniuerſam terram
quam dixit patribus tuis ſe daturum:
9 Quum cuſtodieris omnia præcepta iſta, vt
facias ea quæ ego præcipio tibi hodie, *nēpe*
vt diligas Iehouam Deum tuū, & ambules
in viis eius omnibus diebus: tunc addes tibi
adhuc tres vrbes vltra tres iſtas:
10 Vt non effundatur ſanguis innocēs in me-
dio terræ tuæ quam Iehouáh Deus tuus dat
tibi in hęreditatem, néve ſint ſuper te ſan-
guines.
CAP. 21. V. 1. Quum inuentum fuerit cadauer
hominis occiſi in terra quam Iehouáh Deus
tuus dat tibi vt poſſideas eam, proſtratum
in agro, nec cognitum fuerit quis percuſſe-
rit eum:
2 Tunc egredientur ſeniores tui & iudices
tui, & metientur vſque ad ciuitates quæ
in circuitibus cadaueris hominis illius ſunt
occiſi.
3 Et ſeniores vrbis propinquioris illi cada-
ueri occiſo, capient vitulam de armento,
qua nemo vſus fuerit, *&* quæ non traxerit
iugum:

Digitized by Google

propinqui ſanguinis, & reuerti facient eum congregatio ad vrbem refugii ſui, ad quam confugerat: habitabitq; in ea, donec moriatur Sacerdos magnus qui vnctus eſt oleo ſanctitatis.
26 Quòd ſi egrediendo egreſſus fuerit homicida terminum vrbis refugii ſui ad quam confugerat,
27 Et inuenerit eum propinquus ſanguinis extra terminum vrbis refugii ſui, atq; occiderit propinquus ille ſanguinis homicidã, non erit obnoxius morti.
28 In ciuitate enim refugii ſui habitabit, donec moriatur Sacerdos magnus: poſteaquã autem mortuus fuerit Sacerdos magnus, reuertetur homicida in terram poſſeſſionis ſuæ.
29 Et erunt iſta vobis in ſtatutum iudicii per generationes veſtras, in omnibus habitationibus veſtris.
30 Quicunq; percuſſerit aliquem, ad verbum teſtium occidet homicidam: ſolus enim teſtis nõ teſtificabitur in animã vt moriatur.
31 Neq; accipietis pretium pro anima homicidæ, qui eſt impius, vt moriatur: ſed moriendo morietur.

4 Et adducent ſeniores eius vrbis vitulam ad vallem aſperam, quę nunquam fuerit arata, neq; ſeminata, & præcident ceruicem vitulæ illic in valle.
5 Et accedent ſacerdotes filii Leui (eos enim elegit Iehouáh Deus tuus vt miniſtrẽt ipſi; & ad benedicendum in nomine Iehouæ; & iuxta quorum ſermonem erit omnis lis, atque omnis plaga.)
6 Et omnes ſeniores eius vrbis propinquiores cadaueri hominis occiſi, lauabunt manus ſuas ſuper vitulam percuſſam in valle.
7 Et teſtificabũtur, ac dicent, Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem iſtum, neque oculi noſtri viderunt:
8 Expia populum tuum Iſraél quem redemiſti, Iehouáh, & ne imputes ſanguinem innocentem in medio populi tui Iſraél. Et expiabitur ab eis ſanguis.
9 Tu autem auferes ſanguinem innocentem è medio tui: quum feceris quod rectum *eſt* in oculis Iehouæ.

CAP.22. v.8. Quum ædificaueris domum nouam facies ſepimentum *per circuitum* tecto tuo, ne ponas ſanguinem in domo tua, ſi ceciderit cadens ex eo.

32 Sed nec accipietis pretium vt fugiat ad vrbem refugii ſui, vt reuertatur habitare in *ea* terra donec moriatur Sacerdos.
33 Sed *ita* non polluetis terram in qua fueritis, quia ſanguis iſte polluit terram: neq; terra expiabitur propter ſanguinem qui effuſus eſt in ea, niſi per ſanguinem illius qui effundit illum.
34 Ne ergo polluatis terram in qua habitatis, *&* in cuius medio ego habito: ego enim Iehouáh habito in medio filiorum Iſraél.

DE ATROCI INIVRIA.

***Exod.cap.*XXI.*verſ.*XVIII.**

QVum autem rixati fuerint aliqui, & percuſſerit aliquis proximum ſuum lapide vel pugno, & non fuerit mortuus, ſed deciderit in lectum:
19 Si ſurrexerit, & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, tum innocens erit qui percuſſit: tantum ceſſationem eius dabit, & medẽdo mederi faciet.
21 Veruntamen ſi per diem vel per duos dies perſtiterit, non vindicabitur, quia pecunia eius eſt.
22 Quum autem rixati fuerint viri, & percuſſerint mulierem prægnantem, ita vt egrediantur nati eius, nec *tamen* fuerit mors: puniẽdo punietur quemadmodum impoſuerit ei maritus mulieris; & dabit ſecũdum iudices.
23 Quòd ſi mors fuerit, tunc dabis animam pro anima,

***Leuit.ca.*XXIV.*ver.*XIX.**

VIr autem qui dederit maculam in proximũ ſuum: ſecũdum quod fecit, ſic fiat ei.
20 Fracturã pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente: ſicut dederit maculam in homine, ſic dabitur in eo.
21 Qui percuſſerit animal, reddet illud: qui verò percuſſerit hominem, moriatur.

***Deut. cap.*XXV. *verſ.*XI.**

QVum rixati fuerint aliqui ſimul, alter cum altero, & acceſſerit vxor vnius vt eruat virum ſuum è manu percutientis ipſum, & immiſerit manum ſuam, apprehenderitq; verenda eius.

24 Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede;
25 Aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore.

Digitized by Google

26 Quum autem percuſſerit quiſpiam oculum ſerui ſui vel oculum ancillæ ſuæ, & corruperit
eum, liberum dimittet eum pro oculo eius.
27 Quòd ſi dentem ſerui ſui vel dentem ancillæ ſuæ excuſſerit, liberum dimittet eum pro dente
eius.
28 Et ſi cornupetierit bos virum vel mulierem, ita vt moriatur, lapidando lapidabitur bos, neque
comedetur caro eius: at dominus bouis erit innocens.
29 Quòd ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius, & conteſtatio facta fuerit domino
eius, & non cuſtodierit eum, occiderit autem virum vel mulierem, bos ille lapidabitur, & etiam
dominus eius morietur.
30 Si pretium redemptionis impoſitum fuerit ei, tunc dabit redemptionem animæ ſuæ quantum
impoſitum fuerit ei.
31 Siue filium cornupetierit, ſiue filiam cornupetierit, ſecundum iudicium hoc, fiet ei.
32 Si ſeruum cornupetierit bos, vel ancillam, argenti triginta ſiclos dabit domino eius, & bos
ille lapidabitur.
33 Quum autem aperuerit aliquis ciſternam, vel ſi foderit aliquis ciſternam, & non cooperuerit
eam, cecideritq; illuc bos vel aſinus:
34 Dominus illius ciſternæ reddet argentum, & reſtituet domino eius: & quod mortuum eſt
erit illius.
35 Et ſi percuſſerit bos alicuius bouem proximi ſui, mortuúſq; fuerit: tunc vendent bouem illum
viuum, & partientur *inter ſe* argentum eius, & etiam mortuum partientur.
36 Vel *ſi* notum fuerit quòd bos cornupeta ſit ab heri & nudiuſtertius, & non cuſtodierit eum
dominus eius: reddendo reddet bouem pro boue, & mortuus erit illius.

DE POENIS NON CAPITALIBVS.

Deut. cap. xxv. *verſ.* I.

SI fuerit lis inter aliquos, & acceſſerint ad iudicium, & iudicauerint eos, iuſtificauerintq; iuſtum,
& impium condemnauerint:
2 Si quidem cædendus fuerit impius, tunc proſternet illum Iudex, & cædere iubebit illum
coram ſe ſecundum impietatem eius iuxta numerum.
3 Quadragenis *plagis* cædere iubebit eum, non addet: ne fortè ſi addat cædere illum vltra iſtas
plagas plagis multis, vileſcat frater tuus in oculis tuis.

DE IVRE BELLI.

Deut. cap. xx. *verſ.* I.

QVum egredieris ad bellum contra inimicos tuos, & videris equos & currus, & populum
maiorem te, ne timeas ab eis: Iehouáh enim Deus tuus eſt tecum, qui eduxit te de terra
Ægypti.
2 Erit autem, quum appropinquaueritis ad conflictum, accedet Sacerdos, & alloquetur populum:
3 Ac dicet illis, Audi Iſraél, appropinquamini hodie conflictui contra inimicos veſtros: ne
molleſcat cor veſtrum, ne timeatis, neq; paueatis, neq; formidetis à facie eorum.
4 Quia Iehouáh Deus veſter iturus eſt vobiſcum, vt pugnet pro vobis cum inimicis veſtris,
vt ſeruet vos.
5 Et alloquentur præfecti populum, dicendo, Quis eſt vir qui ædificauit domum nouam, &
non dedicauit eam? abeat, & reuertatur ad domum ſuam, ne fortè moriatur in prælio, & aliquis
alius dedicet eam:
6 Et quis eſt vir qui plantauit vineam, & non fecit eam communem? abeat, & reuertatur ad
domum ſuam, ne fortè moriatur in prælio, & aliquis alius communem faciat eam.
7 Et quis eſt vir qui deſpondit mulierem, & non accepit eam: abeat, & reuertatur domum
ſuam, ne fortè moriatur in prælio, & aliquis alius accipiat eam.
8 Addent præterea præfecti alloqui populum, ac dicent, Quis eſt vir timidus, & tener corde?
abeat, & reuertatur domum ſuam, ne diſſoluatur cor fratrum eius, ſicut cor illius.
9 Et erit, quum finem fecerint præfecti loquendi ad populum, tunc conſtituent principes
turmarum in capite populi.
10 Quum acceſſeris ad vrbem *aliquam*, vt expugnes eam, clamabis ad eam pacem.
11 Et erit, ſi pacem reſponderit tibi, & aperuerit tibi, vniuerſus populus qui fuerit repertus
in ea,

Digitized by Google

in ea, erunt tibi tributarii, ſeruiéntq; tibi.

12 Si verò pacem non fecerit tecum, ſed faciat tecum prælium, obſederíſq; eam.

13 Et dederit eam Iehouáh Deus tuus in manu tua, tunc percuties omnem maſculum eius acie gladii.

14 Tantùm mulieres & paruulos, & animalia, & quicquid fuerit in vrbe, omnia ſpolia eius prædaberis tibi: comedéſque ſpolia inimicorum tuorum quos dederit tibi Iehouáh Deus tuus.

15 Sic facies omnibus vrbibus longinquis à te valde, quæ non ſunt de vrbibus gentium iſtarum.

16 Tantùm de vrbibus populorum iſtorum quos Iehouáh Deus tuus dat tibi in hæreditatem, non viuificabis vllam animam:

17 Sed perdendo perdes eos, Hitthæum, Emoræum, Chenaanæum; & Phærizæum, Hiuæum, & Iebuſæum, quemadmodum præcepit tibi Iehouáh Deus tuus:

18 Ne doceant vos facere ſecundum omnes abominationes ſuas quas faciunt diis ſuis, & peccetis in Iehouam Deum veſtrum.

19 Quum obſederis vrbem *aliquam* diebus multis pugnando aduerſus eam, vt capias eam, non diſperdes arbores eius, impellendo in eas ſecurim: quia ex illarum *fructibus* veſceris: propterea ipſas non ſuccides (*eſt* enim *vita* hominis arbor agri) vt veniat à facie tua in obſidionem.

20 Veruntamen arbores quas noueris non eſſe fructiferas, diſperdes & ſuccides: & ædificabis munitionem aduerſus vrbem illam quæ tecum dimicat, donec deſcendat ipſa.

Cap. 23. v. 9. Quum egreſſus fueris *in* caſtris contra inimicos tuos, caue ab omni re mala.

& 11 Appetente autem veſpera, lauabit ſe aqua: & quum occubuerit ſol, ingredietur caſtra.

AD TERTIVM PRÆCEPTVM.

DE ILLICITIS NVPTIIS.

Leuit. cap XVIII. *verſ.* I.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

2 Alloquere filios Iſraél, & dic eis, Ego Iehouáh Deus veſter.

3 Secundum opus terræ Ægypti in qua habitaſtis, ne feceritis: neq; ſecundum opus terræ Chenáan in quam ego introductur⁹ ſum vos, faciatis: & in ſtatutis eorum ne ambuletis.

4 Iudicia mea facite, & ſtatuta mea obſeruate, vt ambuletis in eis: ego Iehouáh Deus veſter.

Deut. cap. VII. *verſ.* III.

NEq; iunges te affinitate cum eis *gẽtibus*: filiam tuam non dabis filio eius, & filiam eius non accipies filio tuo.

4 Auocabit enim filium tuum *ne eat* poſt me, & colent deos alienos: propterea iraſcetur furor Iehouæ in vos, & diſperdet te citó.

Cap. 22. v. 30. Non capiet quiſquam vxorẽ patris ſui, neq; diſcooperiet oram patris ſui.

5 Cuſtodite autem ſtatuta mea, & iudicia mea: quæ faciet homo, & viuet in eis: ego Iehouáh.

6 Nemo ad vllam propinquam carnis ſuæ accedat ad reuelandam turpitudinem: ego Iehouáh.

7 Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non reuelabis: mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius.

8 Turpitudinem vxoris patris tui non reuelabis: turpitudo patris tui eſt.

9 Turpitudinem ſororis tuæ, filiæ patris tui, aut filiæ matris tuæ, quæ genita eſt domi, vel genita eſt foris: non reuelabis turpitudinem earum.

10 Turpitudinem filiæ filii tui, vel filiæ filiæ tuæ non reuelabis: quia turpitudo tua ſunt.

11 Turpitudinem filiæ vxoris patris tui, prolis patris tui, *quæ* ſoror tua eſt, non reuelabis.

12 Turpitudinem ſororis patris tui non reuelabis: *nam* conſanguinea patris tui eſt.

13 Turpitudinem ſororis matris tuæ non reuelabis: quia conſanguinea matris tuæ eſt.

14 Turpitudinem fratris patris tui non reuelabis, ad vxorem eius non accedes: *nam* vxor fratris patris tui eſt.

15 Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis: vxor filii tui eſt, non reuelabis turpitudinem eius.

16 Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis, *quia* turpitudo fratris tui eſt.

17 Turpitudinem mulieris & filiæ eius non reuelabis: filiam filii eius, & filiam filiæ eius non

Digitized by Google

accipies ad reuelandum turpitudinem eius: conſanguineæ ſunt, ſcelus eſt.
18 Mulierem quoq; cum ſorore ſua non accipies, ad affligendum, ad reuelandum turpitudinē
eius, ea vidente in vita ſua.
19 Ad mulierem præterea in menſtruo immunditiæ ſuæ non accedes, reuelando turpitudinem
eius.
20 Vxori proximi tui non dabis concubitum tuum in ſemine, vt polluaris cum ea.
21 Et è ſemine tuo ne des vt tranſire facias *idolo* Mólech, neque polluas nomen Dei tui: ego
Iehouáh.
22 Cum maſculo autem ne concumbas concubitu mulieris: abominatio eſt.
23 Et cum nullo animali dabis coitum tuum, vt polluaris cum eo: neq; mulier ſtabit ante animal
vt coeat cum eo: turpitudo eſt.
24 Neque polluamini in omnibus his, per hæc enim omnia polluerunt ſe gentes quas ego eiecturus
ſum à facie veſtra.
25 Polluta namq; eſt terra, & viſitaui iniquitatem eius ſuper eam, euomuítq; terra habitatores
ſuos.
26 Cuſtodite itaq; vos ſtatuta mea, & iudicia mea, & ne faciatis *aliquam* ex omnibus abominationibus
iſtis, tam indigena quàm peregrinus qui peregrinatur in medio veſtri.
27 (Omnes enim abominationes iſtas fecerunt homines terræ qui *fuerunt* ante vos, & polluta
fuit terra.)
28 Et non euomet vos terra quòd contaminaueritis eam, quemadmodum euomuit gentem
quæ fuit ante vos.
Cap. 20. v. 11. Et quicunq; concubuerit cum vxore patris ſui, turpitudinem patris ſui reuelauit:
moriendo morientur ambo, ſanguis eorum ſuper eos.
12 Vir autem qui coierit cum nuru ſua, moriendo morientur ambo: confuſionem fecerunt,
ſanguis eorum ſuper eos.
13 Quicunq; præterea coierit cum maſculo coitibus mulieris, abominationem fecerunt ambo:
moriendo morientur, ſanguis eorum ſuper eos.
14 Qui verò acceperit mulierem & matrem eius, ſcelus eſt: igni comburent illum & illas, ne ſit
ſcelus in medio veſtri.
15 Si quis autem dederit coitum ſuum in brutum, moriendo morietur, & iumentum occidetis.
16 Mulier autem quæ acceſſerit ad aliquod animal ad coeundum cum eo, occides mulierem
& animal: moriendo morientur, ſanguis eorum ſuper eos.
17 Quiſquis verò acceperit ſororem ſuam filiam patris ſui, aut filiam matris ſuæ, & viderit turpitudinem
eius, ipſáq; viderit turpitudinem eius, opprobrium eſt: propterea ſuccidentur in
oculis filiorum populi ſui: turpitudinem ſororis ſuæ reuelauit, iniquitatem ſuam feret.
18 Et quicunq; dormierit cum muliere laborante, & reuelauerit turpitudinem eius, fontem
eius diſcooperuerit, ipſa quoq; reuelauerit fontem ſanguinis ſui: ſuccidentur ambo è medio
populi ſui.
19 Turpitudinē ſororis matris tuę, & ſororis patris tui non diſcooperies: quia propinquā ſuam
nudauit, iniquitatem ſuam portabunt.
20 Quiſquis autem dormierit cum vxore fratris patris ſui, turpitudinem fratris patris ſui reuelauit,
iniquitatem ſuam portabunt, orbati morientur.
21 Qui acceperit vxorem fratris ſui, opprobrium eſt: turpitudinem fratris ſui reuelauit, orbati
erunt.
22 Cuſtodite itaque omnia ſtatuta mea, & omnia iudicia mea, & facite illa: & non euomet vos
terra in quam introducturus ſum vos vt habitetis in ea.
23 Neque ambuletis in ſtatutis gentis quam ego eiecturus ſum à facie veſtra: omnia enim iſta
fecerunt, & deteſtatus ſum eas.
24 Vobis autem dixi, Poſſidebitis terram eorum, & ego daturus ſum eam vobis vt hæreditate
poſſideatis illam, terram fluentem lacte & melle: ego Iehouáh Deus veſter, qui ſeparaui vos
à populis.

DE SCORTATIONE.

Leuit. cap. XIX. *verſ.* XXIX.

NE polluas filiam tuam proſtituēdo eam, neq; fornicetur terra, & impleatur ipſa ſcelere.

Deut. cap. XXIII. *verſ.* XVII.

NOn erit meretrix è filiabus Iſraél, neq; erit ſcortum maſculum è filiis Iſraél.

DE

Digitized by Google

DE STVPRO.

Exod. cap. XXII. *verſ.* XVI.

QVum autē ſeduxerit quiſ-
piam virginem, quæ non
eſt deſponſata, & coierit cū
ea, dotando dotabit eam ſi-
bi in vxorem.
17 Si renuendo renuerit pater
eius dare eam illi, argentum
appendet iuxta dotem vir-
ginum.

Leuit. cap. XXI. *verſ.* IX.

POrrò filia hominis ſacer-
dotis quum cœperit forni-
cari, patrem ſuum cōtami-
nat, igni comburetur.

Deut. cap. XXII. *verſ.* XIII.

QVum acceperit aliquis v-
xorem, & ingreſſus fue-
rit ad eā, atq; odio habuerit
eam,
14 Et impoſuerit ei occaſio-
nes verborum, & infama-
uerit eam, dixeritq;, Vxorē
hanc accepi, & acceſſi ad eā,
& non inueni in ea virgini-
tatem:
15 Tunc accipiet pater puellæ & mater eius, & proferent *ſigna* virginitatis puellæ ad ſeniores
vrbis ad portam.
16 Dicétq; pater puellæ ſenioribus, Filiam meam dedi viro huic in vxorē, & odio habet eam:
17 Et ecce ipſe impoſuit occaſiones verborum, dicendo, Non inueni in filia tua virginitatem:
& en ſigna virginitatis filiæ meæ, & expandent veſtimentum coram ſenioribus ciuitatis.
18 Tunc apprehendent ſeniores eius vrbis virum, & flagellabunt eum,
19 Ac mulctabunt eum centum argenteis, quos dabunt patri puellæ, quoniam infamauit vir-
ginem Iſraelis: habebitque eam vxorem, quam non poterit dimittere omnibus diebus ſuis.
20 Quòd ſi vera fuerit accuſatio iſta, *&* non inuenta fuerit virginitas in puella:
21 Tunc educent puellam ad oſtium domus patris ſui, & lapidabunt eam homines vrbis eius
lapidibus, ac morietur, quia fecit ſtultitiam in Iſraele, fornicando *in* domo patris ſui: atq; *ita*
auferes malum è medio tui.
& 28 Quum quis inuenerit puellam virginem quæ deſponſata non ſit, & apprehenderit eam,
coieritq; cum ea, & deprehenſi fuerint:
29 Tunc dabit vir ille qui coierit cum illa, patri puellæ quinquaginta argenteos, & erit illi v-
xor, eo quòd afflixerit eam: non poterit eam dimittere omnibus diebus ſuis.

DE ADVLTERIO ET ZELOTYPIA.

Leuit. cap. XIX. *verſ.* X.

VIr autem quum coierit cū
muliere coitu ſeminis, &
fuerit ancilla deſponſata
viro, & redimendo nō fue-
rit redēpta, vel manumiſſio
non fuerit data ei, vapula-
bunt: non morientur, quia
non eſt libertate donata.
21 Adducet autem oblationē
pro delicto ſuo Iehouæ ad
oſtiū tabernaculi eccleſiæ,
arietē *immolandū* pro delicto.
22 Et expiabit illum ſacerdos
per arietē pro delicto corā
Iehouáh, propter peccatū
ſuum quod peccauit, & re-
mittet ei peccatum ſuum
quod peccauit.
CAP. 20. v. 10. Vir aūt qui adul-
teriū commiſerit cū vxore
alicuius, qui *inquam* adulte
rium cōmiſerit cum vxore
proximi ſui, moriēdo mo-
rietur adulter & adultera.

Num. cap. V. *verſ.* XI.

LOquutus eſt inſuper Ie-
houáh ad Moſéh, dicēdo,
12 Alloquere filios Iſraél, &
dicas illis, Quum diuerterit
vxor cuiuſquam, & præua-
ricata fuerit contra eū præ-
uaricationem.
13 Et coierit aliquis cum ea
coitu ſeminis: abſcōditum
autem fuerit ab oculis viri
ſui, & delituerit, ipſáq; pol-
luta fuerit, teſtis verò non
fuerit contra eam, neq; ipſa
fuerit deprehenſa:
14 Et tranſierit ſuper eum
ſpiritus zelotypiæ, zelatúſ-
que fuerit vxorem ſuam, &
ipſa polluta fuerit: vel tran-
ſierit ſuper eum ſpiritus ze-
lotypiæ, zelatúſq; fuerit v-
xorem ſuam, & ipſa nō fue-
rit polluta.
15 Tunc adducet vir vxorem
ſuam ad ſacerdotem, &

Deut. cap. XXII. *verſ.* XXII.

QVum quis deprehenſus
fuerit coiens cum mulie-
re maritata marito, tunc
morietur etiam ambo ipſi,
vir coiens cum ea muliere,
& mulier ipſa: atq; *ita* aufe-
res malum ex Iſraele.
23 Quum fuerit puella virgo
deſponſata viro, & inuene-
rit eam aliquis in vrbe, co-
ieritq; cum ea:
24 Educetis vtrumq; ad por-
tam vrbis eius, & lapidabi-
tis eos lapidibus, ac morien
tur: puellam quidem quòd
non clamauerit in vrbe *illa*:
& virum, propterea quòd
afflixit vxorē proximi ſui:
atque *ita* auferes malum è
medio tui.
25 At ſi in agro inuenerit vir
puellā deſponſatā, & appre-
hēderit eā vir ille, & coierit

afferet oblationem eius cum illa, *nempe* decimam partem epháh farinæ hordeaceæ: nō fundet ſuper eam oleum, neq; ponet ſuper eam thus, quia oblatio zelotypiarum eſt, oblatio memoriæ reuocans in memoriam iniquitatem.
16 Et appropinquare faciet eam ſacerdos, ſtatuétq; eam coram Iehouáh.
17 Tollétq; ſacerdos aquam ſanctam in vaſe teſtaceo: de puluere quoq; qui fuerit in pauimēto tabernaculi tollet ſacerdos, & mittet in aquam illam:

cum ea: morietur vir qui coierit cum illa, ſolus.
26 Puellæ verò non facies quicquam: non *enim* eſt *illi* puellæ peccatum mortis: nam quemadmodum inſurgit quis in proximū ſuum, & occidit eum anima, ſic ſe habet res iſta.
27 In agro enim inuenit eam: clamauit puella deſponſata, & nemo adfuit qui ſeruaret eam.

18 Tum ſtatuet ſacerdos mulierem coram Iehouáh, & diſcooperiet caput illius mulieris, ponétq; ſuper manus eius oblationem memoriæ, *quæ* oblatio zelotypiarum eſt: & in manu ſacerdotis erunt aquæ amaræ maledictæ.
19 Et adiurabit eam ſacerdos, dicétq; illi, Si non coierit quiſpiam tecum, & ſi non declinaueris ad immunditiam ſub viro tuo: munda eſto ab aquis iſtis amaris maledictis.
20 Si verò declinaueris ſub viro tuo, & polluta fueris, dederitq; aliquis in te ſemen ſuum præter virum tuum:
21 (Adiurabit inquam mulierem illam ſacerdos adiuratione maledictionis, & dicet mulieri) Det te Iehouáh in maledictionem & adiurationem in medio populi tui, quum dederit Iehouáh ſemur tuum cadens, & vterum tuum tumeſcentem.
22 Ingrediantúrq; aquæ maledictæ iſtæ in interiora tua, vt tumeſcere faciant vterum, & cadere faciant femur. Et dicet mulier illa, Amen, amen.
23 Et ſcribet maledictiones iſtas ſacerdos in libro, & delebit *poſtea illas* cum aquis amaris:
24 Potúmq; dabit mulieri aquas amaras maledictas, & ingredientur in eam aquæ maledictæ in amaras.
25 Poſtea capiet ſacerdos è manu mulieris oblationem zelotypiarum, & eleuabit illam coram Iehouáh, offerétq; eam ſuper altare.
26 Tollet etiam ſacerdos *pugillum plenum* de oblatione ſuffitum eius, adolebítq; illud ſuper altare, & poſtea potum dabit mulieri aquas.
27 Potum inquam dabit ei aquas illas: & erit, ſi polluta fuerit, præuaricatáque fuerit præuaricationem in virum ſuum: tunc ingredientur in eam aquę maledictæ *verſæ* in amaritudinem, intumeſcétq; vterus eius, & cadet femur eius: & erit mulier illa in maledictionem in medio populi ſui.
28 Quòd ſi non fuerit polluta mulier, ſed munda fuerit, munda erit, ſeminabitúrq; ſemine.
29 Hæc eſt lex zelotypiarum, quum diuerterit mulier ſub viro ſuo, & polluta fuerit:
30 Aut viri ſuper quem tranſierit ſpiritus zelotypiæ, & zelatus fuerit vxorem ſuam, ſtatuerítq; mulierem coram Iehouáh, ac fecerit ei ſacerdos *ſecundum* omnem legem hanc.
31 Et innocens erit vir ille ab iniquitate, mulier verò illa portabit iniquitatem ſuam.

DE COITU PRÆTER NATURAM.

Exod. cap. XXII. *verſ.* XIX.

QVicunq; concubuerit cum animali, moriendo morietur.

Leuit. cap. XVIII. *verſ.* XXII.

CVm maſculo autem ne concūbas concubitu mulieris: abominatio eſt.
23 Et cum nullo animali dabis coitum tuum, vt polluaris cum eo: neq; mulier ſtabit ante animal vt coeat cum *eo*: turpitudo eſt.
24 Ne polluamini in omnibus his: per hæc enim omnia polluerunt ſe gentes quas ego eiecturus ſum à facie veſtra.
25 Polluta namq; eſt terra, & viſitaui iniquitatem eius ſuper eam, euomuítq; terra habitatores ſuos.
26 Cuſtodite itaq; vos ſtatuta mea, & iudicia mea, & ne faciatis *aliquam* ex omnibus abominationibus iſtis, *tam* indigena, quàm peregrinus qui peregrinatur in medio veſtri:
27 (Omnes enim abominationes iſtas fecerunt homines terræ qui *fuerunt* ante vos, & polluta fuit terra.)
28 Et non euomet vos terra quòd contaminaueritis eam, quemadmodum euomuit gentem quæ fuit ante vos.

29 Quiſ-

Digitized by Google

29 Quiſquis enim fecerit *aliquam* ex omnibus abominationibus iſtis : tunc animæ quæ fecerint *talia*,excidentur è medio populi ſui.
30 Cuſtodite,inquam,cuſtodiam meam,ne faciatis *aliqua* è ſtatutis abominationum quæ facta ſunt ante vos,neq; polluatis vos in illis: ego Iehouáh Deus veſter.
Cap.20.v.13. Quicunq; præterea coierit cum maſculo coitibus mulieris,abominationem fecerunt ambo: moriendo morientur,ſanguis eorum ſuper eos.
& 15 Si quis autem dederit coitum in brutum,moriendo morietur,& iumentum occidetis.
16 Mulier item quæ acceſſerit ad aliquod animal ad coeundum cum eo , occides mulierem & animal: moriendo morientur,ſanguis eorum ſuper eos.

DE DIVORTIIS.

Deut. cap. XXIV. *verſ.* I.

SI acceperit vir mulierem, & coierit cum ea, accidat autem vt non inueniat gratiam in oculis eius,quòd inuenerit in ea turpitudinem aliquam & ſcripſerit ei libellum repudij,ac poſuerit in manu eius,eiecerítq; eam è domo ſua.
2 Et egreſſa è domo illius,abierit,ac nupſerit viro alteri :
3 Et ille quoq; vir poſterior odio habuerit eam,atq; ſcripſerit ei libellum repudij,poſuerítq; in manu eius, ac eiecerit eam è domo ſua , aut ſi mortuus fuerit vir ille poſterior qui acceperat eam ſibi in vxorem :
4 Non poterit maritus eius prior qui eiecerat eam,iterum accipere eam vt ſit illi vxor, poſteaquam polluta eſt : quia abominatio eſt coram Iehoua, & non pollues terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi *in* hæreditatem.

ALIÆ LEGES CONNVBIALES.

Exod. cap. XXI. *verſ.* VII.

QVum autem vendiderit quiſpiam filiam ſuam in ancillam, nō egredietur quemadmodum egredi ſolent ſerui.
8 Si diſplicuerit hero ſuo,qui non deſponſauit eam,redimere faciet eam : populo alieno non habebit poteſtatem vendendi eam, quòd ſpreuerit eam.
9 Quòd ſi filio ſuo deſponderit eam , ſecundum morem filiarum faciet ei.
10 Si aliam acceperit illi, alimentum eius, operimentum eius, & tempus eius nō diminuet.
11 Et ſi tria hæc non fecerit ei, egredietur gratis abſque argento.

Leuit. cap. XVIII. *verſ.* XIX.

AD mulierem præterea in menſtruo immunditiæ ſuę non accedes,reuelando turpitudinem eius.
Cap. 20 v.18. Et quicunque dormierit cum muliere laborante,& reuelauerit turpitudinem eius, fontem eius diſcooperuerit , ipſa quoq; reuelauerit fontem ſanguinis ſui : ſuccidentur ambo è medio populi ſui.

Deut. cap. XXI. *verſ.* X.

QVum egreſſus fueris ad bellum contra inimicos tuos,& dederit eos Iehouáh Deus tuꝰ in manum tuam, & ex eis captiuos abduxeris :
11 Videris autem in captiuitate mulierem pulchrā forma, & deamaueris eam, & acceperis tibi in vxorem :
12 Introduces eam domum tuam, & radet caput ſuum, ac præcidet vngues ſuos,
13 Deponétq; veſtimentum captiuitatis ſuæ à ſe, & manebit in domo tua,ac flebit patrē ſuum & matrem ſuā menſem integrum : & poſtea ingredieris ad eam,eríſq; maritus eius, & erit tibi vxor.
14 Quòd ſi non complacueris tibi in ea,tum dimittes eam animę ſuæ,nec vendendo vendes eam pecunia,neq; negotiaberis de ea,quòd afflixeris eam.
Cap.22.v.5. Mulier non feret arma viri,neq; induet vir veſtimentum muliebre:quia abominatio Iehouæ Dei tui eſt quicunq; hæc facit.
Cap.24.v.5. Quum quis acceperit vxorem nouam,non egredietur ad bellum,neq; iniungetur illi vllum *publicum* negotium: immunis erit in domo ſua anno vno,& delectabit vxorē ſuam quam accepit.
Cap.25.v.5. Quum habitauerint fratres pariter,& mortuus fuerit vnus ex eis,& filius nō fuerit ei,non nubet vxor mortui extrà viro extraneo : cognatus eius ingredietur ad eam, & capiet

Digitized by Google

eam ſibi in vxorem, affinitatémq; contrahet cum ea.
6 Erit autem, primogenitus quem pepererit, ſtabit nomine fratris ſui defuncti, ne deleat nomen eius ex Iſraele.
7 Quòd ſi noluerit vir ille accipere cognatam ſuam, tunc aſcendet cognata eius ad portam ad Seniores, & dicet, Renuit cognatus meus ſuſcitare fratri ſuo nomen in Iſraele, non vult affinitatem contrahere mecum.
8 Tunc accerſent illum Seniores vrbis eius, & loquentur cum eo, & ſtabit, ac dicet, Nolui accipere eam.
9 Accedet poſtea cognata eius ad ipſum in oculis Seniorum, & ſoluet calceamentum eius à pede ipſius, & ſpuet in faciem eius, loquetúrque ac dicet, Sic fiet viro qui non ædificauerit domum fratris ſui.
10 Et vocabitur nomen eius in Iſraele, Domus diſcalceati.

AD QVARTVM PRÆCEPTVM.

DE POENIS FVRTI.

Exod. cap XXII. *verſ.* I.

QVum furatus fuerit quis bouem aut pecudem, & iugulauerit eum: aut vendiderit illum: quinq; boues reddet pro illo boue, & quatuor pecudes pro pecude illa.
2 Si in effoſione inuentus fuerit fur, & percuſſus fuerit, mortuúſque fuerit: non erit *percuſſor* morti obnoxius.
3 Si ortus fuerit ſol ſuper eum, erit morti obnoxius, reddendo reddet: ſi non ſit ei, vendetur propter furtum ſuum.
4 Si deprehendatur in manu eius furtum, à boue vſq; ad aſinum, vſq; ad pecus: viua duo reddet.
5 Si depaſci fecerit aliquis agrum vel vineã, & immiſerit iumentum ſuum, paueritque in agro alterius: bonitatem agri ſui & bonitatem vineæ ſuæ reddet.

Num. cap. V. *verſ.* V.

LOquutus eſt præterea Iehouáh ad Moſcheh, dicendo,
6 Alloquere filios Iſraél, Vir ſiue mulier quũ fecerint *aliquod* ex omnibus peccatis hominum, præuaricando prçuaricationem in Iehouam, & deliquerit anima illa:
7 Fatebuntur peccatum ſuum quod fecerũt, & reſtituet delictum ſuum in ſolidum, & quintam eius partem addet ſuper illam, dabítq; ei in quem peccauerit.

DE SACRILEGIO.

Ioſua cap. VII. *verſ.* X.

DIxítq; Iehouáh ad Iehoſúa, Surge, vt quid tu cadis ſuper faciem tuam?
11 Peccauit Iſraél, & etiam tranſgreſſi ſunt pactum meum quod præceperam eis, & etiam acceperunt de anathemate, & etiam furati ſunt, & etiam mentiti ſunt, & etiam poſuerunt inter vaſa ſuã.
12 Ideo non poterunt filii Iſraél ſtare coram inimicis ſuis: ceruicem vertent corám inimicis ſuis, quia fuerunt in anathemate: non addam eſſe vobiſcum, niſi diſperdatis anáthema è medio veſtri.
13 Surge, præpara populum, & dicas, Præparate vos in craſtinum: ſic enim dicit Iehoua Deus Iſraél, Anáthema eſt in medio tui Iſraél: non poteris ſtare coram inimicis tuis, donec abſtuleritis anáthema in medio veſtri.
14 Accedetiſq; manè per tribus veſtras: & tribus quam deprehendet Iehouáh accedet per familias: & familia quam deprehendet Iehouáh, accedet per domos: & domus quam deprehendet Iehouáh, accedet per viros.
15 Qui autem deprehenſus fuerit in anathemate, comburetur igni, ipſe, & omnia quæ eius ſunt: quòd tranſgreſſus ſit pactum Iehouæ, quódq; fecerit nefas in Iſraél.
16 Surrexit itaq; Iehoſúa manè, & accedere fecit Iſraél per tribus ſuas, & deprehenſa eſt tribus Iehudáh.

Digitized by Google

17 Tum applicuit familiam Iehudáh, & deprehendit familiam Zarhi: applicuit deinde familiam Zarhi per viros, & deprehenſa eſt *familia* Zabdi.
18 Et applicuit domum eius per viros, deprehenſusq; eſt Achán filius Charmi, filii Zabdi, filii Zerah, de tribu Iehudáh.
19 Dixitq; Iehoſúa ad Achán, Fili mi, da quæſo gloriam Iehouæ Deo Iſraél, & da ei confeſſionem, atq; indica nunc mihi quid feceris: ne abſcondas à me.
20 Reſpondit achan ad Iehoſúa, & ait, Verè ego peccaui Iehouæ Deo Iſraél, & tale & tale feci.
21 Vidi inter ſpolia pallium Babylonicum quoddam bonum, & ducentos ſeclos argenteos, & virgam auream vnam, quinquaginta ſeclorum pondus eius, quæ concupiui, tulique illa, & ecce abſcondita ſunt in terra in medio tabernaculi mei, & argentum ſub eo.
22 Tum miſit Iehoſúa nuntios, qui cucurrerunt ad tabernaculum: ecce abſconditum erat in tabernaculo eius, & argentum ſub eo.
23 Acceperunt ergo ea de medio tabernaculi, & attulerunt ea ad Iehoſúa, & ad omnes filios Iſraél, ſtatuerúntq; ea coram Iehouah.
24 Tollens igitur Iehoſúa Achán filium Zerah, & argentum, & pallium, & virgam auream, & filios eius, & filias eius, & boues eius, & aſinos eius, & pecora eius, & tabernaculum eius, & omnia quæ erant eius: itaq; vniuerſus Iſraél, *qui erat* cum eo, deduxerunt ea in Vallem Achór.
25 Dixitq; Iehouáh, Cur turbaſti nos? turbet te Iehouáh in die hac. & obruerunt eum vniuerſus Iſraél lapidibus, combuſſerúntq; eos igni, ac lapidauerunt eos lapidibus.
26 Et ſtatuerunt ſuper eum aceruum lapidum magnum vſq; in diem hanc: & auerſus eſt Iehouáh ab ira furoris ſui: ideo vocauit nomen loci illius, Vallem Achor, vſq; ad diem hanc.

DE EXTRANEIS INIVRIA NON afficiendis.

Exod. cap. XXII. *verſ.* XXI.

ET peregrino non inferes vim, nec opprimes eum: quia peregrini fuiſtis in terra Ægypti.
22 Nullam viduam aut pupillum affligetis.
23 Si affligendo afflixeris eum: quia ſi clamãdo clamauerit ad me, audiã clamorem ei⁹,
24 Iraſcetúrq; furor meus, & occidam vos gladio, erúntque vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli.
Cap. 23. v. 9. Peregrinum non afficies anguſtiis: vos enim noſtis affectus peregrini quandoquidem peregrini fuiſtis in terra Ægypti.

Leuit. cap. XIX. *verſ.* XXXIII.

SI autem peregrinatus fuerit tecum peregrinus in terra veſtra, non opprimetis illum.
34 Tanquam indigena ex vobis, erit vobis peregrinus qui peregrinatur apud vos, & dilige eũ ſicut teipſum: quia *&* *vos* peregrini fuiſtis in terra Ægypti: ego Iehouáh Deus veſter.

Deut. cap. X. *verſ.* XVII.

IEhouáh enim Deus veſter eſt, Deus deorum, & Dominus dominorũ, Deus magnus, potens & terribilis, qui non accipit perſonam, neque recipit munus.
18 Faciens iudicium pupillo & viduæ: diligens item peregrinum, dando ei panem & veſtimentum.
19 Diligite igitur peregrinum: quia peregrini fuiſtis in terra Ægypti.

DE MERCENARIIS NON FRAVDANDIS.

Leuit. cap. XIX. *verſ.* XIII.

NOn vim inferes proximo tuo, neq; rapies. Non morabitur opus mercenarij apud te vſq; mané.

Deut. cap. XXVI. *verſ.* XVI.

NOn vim inferes mercenario pauperi, & egeno, *tam* de fratribus tuis quàm de peregrinis tuis qui ſunt in terra tua intra portas tuas.
15 In die ſuo dabis mercedem eius: neq; occũbet ſuper eam ſol, quoniam pauper eſt, & cũ ea ſuſtentat animam ſuam: ne clamet cõtra te ad Iehouam, & ſit in te peccatum.
Cap. 25. v. 4. Non obturabis *os* bouis quandò triturat ipſe.

Digitized by Google

DE ÆQVIS PONDERIBVS.

Leuit. cap. XIX. *verſ.* XXXV.

NOn facietis iniquitatem in iudico, in menſura *magna*, in pondere, & in menſura *parua*.
36 Statera iuſta, pondera iuſta, Epha iuſtum & Hin iuſtum erit vobis: ego Iehouáh Deus veſter, qui eduxi vos è terra Ægypti.

Deut. cap. XXV. *verſ.* XIII.

NOn erit tibi in loculo tuo pondus & pondus, maius & minus.
14 Non erit tibi in domo tua modius & modius, maior & minor.
15 Pondus perfectum & iuſtum erit tibi: modius perfectus & iuſtus erit tibi; vt prolongent dies tuos ſuper terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi:
16 Quia abominatio Iehouæ Dei tui eſt quicunq; facit hæc, omnis faciens iniquitatem.

DE TERMINO MOTO.

Deut. cap. XIX. *verſ.* XIV.

NOn apprêhendes terminum proximi tui, quem terminauerunt priores in hæreditate tua quem quam poſſidebis in terra, quam Iehouáh Deus tuus dat tibi vt poſſideas eam.

DE REBVS AMISSIS.

Exod. cap. XXII. *verſ.* IX.

SVper omni re præuaricationis, ſuper boue, ſuper aſino, ſuper pecude, ſuper veſtimento, ſuper omni re amiſſa, quum dixerit *quiſpiam* hoc eſſe: vſq; ad iudices veniet cauſa vtriuſque: ſi condemnauerint iudices, reddet duplum proximo ſuo.

DE ABERRANTIBVS PECVDIBVS.

Exod. cap. XXII. *verſ.* V.

SI depaſci fecerit aliquis agrum, vel vineam, & immiſerit iumentum ſuum, paneritque in agro alterius: bonitatem agri ſui & bonitatem vineæ ſuæ reddet.
CAP. 23. V. 4. Si occurreris boui eius qui eſt inimicus tibi, aut aſino eius erranti: reducêdo reduces eum illi.
5 Si videris aſinum odio habentis te decumbentem ſub onere ſuo, & deſines auxiliari ei: auxiliando auxiliaberis vnà cum illo.

Deut. cap. XXII. *verſ.* I.

NOn videbis bouem fratris tui aut agnum eius aberrantes, & abſcondes te ab eis: *ſed* reducêdo reduces eos ad fratrem tuum.
2 Etiamſi non fuerit propinquus frater tuus tibi, neq; noueris illum, colliges tamen illos in domum tuam, & erunt tecum donec requirat frater tuus illos, & reſtitues eos illi.
3 Et ſic facies de aſino eius, ſic facies & de veſtimento eius, ſic item facies de omni re amiſſa fratris tui quæ perierit ab eo, & inueneris illam: non occultabis te *ab illis*.
4 Non videbis aſinum fratris tui aut bouem eius iacentes in via, & abſcondes te ab eis: erigendo eriges cum eo.

DE CORRVPTIS IVDICIIS.

Exod. cap. XIII. *verſ.* III.

ET pauperem non honorabis in cauſa ſua.
& 6 Et non peruertes iudiciû pauperis tui in lite eius.
& 8 Nec munus accipies: quia munus excæcat videntes, & peruertit verba iuſtorum.

Leuit. cap. XIX. *verſ.* XV.

NOn facies iniquitatem in iudicio, non ſuſcipies faciem pauperis, neq; honorabis faciem magni: in iuſtitia iudicabis proximû tuum.

Deut. cap. XVI. *verſ.* XIX.

NOn inclinabis iudicium, non agnoſces perſonam, neq; capies mun⁹: quia munus excæcat oculos ſapientum, & deſtruit verba iuſtorum.
20 Iuſtitiam, iuſtitiam ſequêris, vt viuas, & poſſideas

Digitized by Google

deas terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi.

CAP.24.V.17. Non peruertes iudicium peregrini, pupilli, neq; capies in pignus veſtimentum viduæ.

DE INCENDIO FORTVITO.

Exod. cap. XXII. *verſ.* VI.

QVum egreſſus fuerit ignis, & inuenerit ſpinas, abſumptúſq; fuerit aceruus, vel ſeges, vel ager: reddendo reddet qui ignem accenderit, combuſtionem.

DE PLAGIO.

Exod. cap. XXI. *verſ.* XVI.

QVi autem furatus fuerit aliquem, vendiderítq; illum: & inuentus fuerit in manu eius, moriendo moriatur.

Deut. cap. XXIV. *verſ.* VII.

SI deprehéſus fuerit aliquis qui furatus fuerit animam è fratribus ſuis è filiis Iſraël, & negotiatus fuerit cum eo, aut vendiderit eum: morietur fur ille, & auferes malum è medio tui.

DE SERVO FVGITIVO.

Deut. cap. XXIII. *verſ.* XV.

NOn trades ſeruum domino ſuo, qui erucrit ſe ad te à domino ſuo:

16 Tecum habitabit in medio tui, in loco quem elegerit in vna vrbium tuarum, vbicunque placuerit ei: non vim inferes ei.

DE FRVCTVVM COLLECTIONE.

Leuit. cap. XIX. *verſ.* IX.

QVum meſſueritis meſſem regionis veſtræ, non finies metere angulum agri tui, & collectionem meſſis tuæ non colliges.

10 Et vineam tuam non racemabis, neq; grana vineæ tuæ colliges, pauperi & peregrino relinques ea: ego Iehouáh Deus veſter.

CAP.23.V.22. Et quum metetis meſſem regionis veſtræ, non finies metere angulum agri tui, nec collectionem meſſis tuæ colliges: pauperi & peregrino relinques eam: ego Iehouáh Deus veſter.

Deut. cap. XXIII. *verſ.* XXIV.

QVum ingreſſus fueris vineam proximi tui, comedes vuas pro deſiderio tuo *ad* ſaturitatem tuam: at in vaſe tuo non pones.

25 Quum ingreſſus fueris ſegetem proximi tui, decerpes ſpicas manu tua: at falcem non eleuabis in ſegetem proximi tui.

CAP.24.V.18. Sed recordare quòd ſeruus fueris in Ægypto, & redemerit te Iehouáh Deus tuus inde: idcirco præcipio tibi vt facias hãc rem.

19 Quum meſſueris meſſem tuam in agro tuo, & oblitus fueris manipulum aliquem in agro, non reuertêris ad recipiendum illum: peregrino, pupillo, & viduæ erit, vt benedicat tibi Iehouáh Deus tuus in omni opere manuum tuarum.

20 Quum excuſſeris oliuas tuas, non ſcrutaberis ramos *quos reliqueris* poſt te: peregrino, pupillo, & viduæ erit.

21 Quum vindemiaueris vineam tuam, non colliges racemos poſt te: peregrino, pupillo, & viduæ erit.

22 Et memento quòd ſeruus fueris in terra Ægypti: idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

DE CONTRACTIBVS. DE MVTVO.

Deut. cap. XV. *verſ.* I.

SEptimo quoq; anno facies remiſſionem.

2 Hæc autem *eſt* ratio remiſſionis, vt remittat omnis qui mutuũ dederit manu ſua, *id quod* mutuum dederit amico ſuo: non repoſcet ab amico ſuo, aut à fratre ſuo, quia proclamata eſt remiſſio Iehouæ.

Digitized by Google

3 Ab alienigena repoſces: at quod fuerit tibi apud fratrem tuum, remittet manus tua:
4 In tantum vt non ſit in te mendicus, quia benedicendo benedicet tibi Iehouáh in terra
quam ipſe Deus tuus dat tibi in hæreditatem vt poſſideas eam:
5 Sed *ita* duntaxat ſi obediendo obedieris voci Iehouæ Dei tui, ita vt cuſtodias faciendo omne
præceptum iſtud quod ego præcipio tibi hodie.
6 Nam Iehouáh Deus tuus benedicet tibi quemadmodum dixit tibi: tum mutuò accepto pignore
dabis gentibus multis: tu autem non accipies mutuò: & dominaberis gentibus multis,
at tibi non dominabuntur.
7 Si fuerit apud te mendicus quiſpiam è fratribus tuis, in vna è portibus tuis in terra tua quã
Iehouáh Deus tuus dat tibi, non indurabis cor tuum, neque claudes manum tuam à fratre
tuo mendico:
8 Sed aperiendo aperies illi manum tuam, & accepto pignore mutuando mutuabis ei ad
ſufficientiam vſq;, id quo indiguerit.
9 Caue tibi ne ſit quidpiam in corde tuo impium, dicendo, Propinquus eſt annus ſeptimus,
annus remiſſionis: & malignus *ſit* oculus tuus in fratrem tuum mendicum, ita vt non des ei,
clamet autem contra te ad Iehouam & erit in te peccatum.
10 *Sed* dando dabis ei, neq; malignum erit cor tuum quum dederis ei: quia huius rei gratia benedicet
tibi Iehouáh Deus tuus in omnibus operibus tuis, & in omni re quam tractaueris.
11 Non enim deerit mendicus de medio terræ: idcirco præcipo tibi, dicendo, Aperiendo aperies
manum tuam fratri ſuo, *id eſt* pauperi tuo, & mendico tuo in terra tua.

DE PIGNORE.

Exod. cap. XXII. *verſ.* XXVI.

SI in pignus acceperis veſtimentum proximi tui, antequam occubuerit ſol reſtitues illud ei,

27 Quia ipſum ſolum eſt operimentum eius, illud veſtimentum eius eſt cuti ſuæ, in quo dormiat: & erit, quum clamauerit ad me, tunc exaudiam: ſum enim miſericors.

Deut. cap. XXIV. *verſ.* VI.

NOn accipiet *quiſquam* pro pignore metã & catillum: quoniam animam ipſe acciperet pro pignore.

& 10 Quum mutuaueris proximo tuo mutuũ aliquod, nõ ingredieris domum eius, vt capias pignus eius:

11 Foris ſubſiſtes: & vir cui mutuaueris, efferet ad te pignus foras.

12 Quòd ſi vir pauper fuerit, non dormies cum pignore eius.
13 Reſtituendo reſtitues illi pignus illud quum occubuerit ſol, vt dormiat in veſtimento ſuo,
& benedicat tibi: tibíque erit iuſtitia coram Iehoua Deo tuo.
& 17 Non peruertes iudicium peregrini, pupilli, neq; capies in pignus veſtimentum viduæ.

DE FOENORE.

Exod. cap. XXII. *verſ.* XXV.

SI pecuniam mutuã dederis populo meo, pauperi qui eſt tecum, non eris ei ſicut vſurarius, non imponetis ei vſuram.

Leuit. cap. XXV. *verſ.* XXXV.

QVum autem attenuatus fuerit frater tuus, & nutauerit manus eius apud te, apprehendes illũ: *ſicut* peregrin' & aduena viuet tecũ.

36 Ne accipias vſuram ab eo & augmentum: ſed timebis *tibi* à Deo tuo, viuétq; frater apud te.

37 Pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram, nec cum augmento dabis eſcam tuam.

Deut. cap. XXIII. *verſ.* XIX.

NOn fœnerabis fratri tuo fœnus pecuniæ, fœnus cibi, fœnus cuiuſcunque rei quæ fœnori dari ſolet.

20 Extraneo fœnerabis, at fratri tuo non fœnerabis: vt benedicat tibi Iehouáh Deus tu' in cunctis ad quæ extenderis manum tuã ſuper terram ad quam ingrederis vt poſſideas eam.

DE VENDITIONE.

Exod. cap. XXI. *verſ.* I.

HÆc autẽ ſunt iudicia quæ pones coram eis.

Leuit. cap. XXV. *verſ.* XIII.

ANno Iobél iſto reuertemini ſinguli ad poſſeſ-

Deut. cap. XV. *verſ.* XII.

SI venditus fuerit tibi frater tuus Hebræus, vel He-

Digitized by Google

2 Si emeris ſeruũ Hebræũ, ſex annis ſeruiet: at ſeptimo egredietur liber gratis.
3 Si cũ corpore ſuo ingreſſus fuerit, cum corpore ſuo egredietur: ſi *verò* maritus mulieris erat, egredietur & vxor eius ſecum.
4 Si her⁹ eius dederit ei vxoré, & pepererit ei filios vel filias, vxor & filii eius erunt heri ſui: ipſe verò egredietur cum corpore ſuo.
5 Quòd ſi dicendo dixerit ſeruus, Diligo herum meũ, vxorem meã, & filios meos, non egrediar liber:
6 Tunc adducet eum herus ſuus ad iudices, & adducet eum præterea ad oſtium, vel ad poſtem, perforabitq; herus eius aurẽ eius ſubula & ſeruiet ei in ſeculum.

brea, & ſeruierit tibi ſex annis, anno ſeptimo dimittes eum liberum à te.
13 Et quum dimittes eum liberum à te, non dimittes eum vacuum:
14 Onerando onerabis eum de pecudibus tuis, & de area tua, & de torculari tuo, in quibus benedixerit tibi Iehouáh Deus tuus, dabis ei.
15 Et recordaberis quòd ſeruus fuiſti in terra Ægypti, & redemerit te Iehouáh Deus tuus, idcirco ego præcipio tibi hoc hodie.
16 Quòd ſi dixerit tibi, Non egrediar à te: propterea quòd diligat te & domum tuam, *&* quòd bonum *ſit* ei tecum:
17 Tunc accipies ſubulam, & pones in aure eius, & in porta: éritque tibi ſeruus in ſeculum ſic.
18 Non ſit durum in oculis tuis, quum dimittes eum liberũ à te: quia duplo mercedis mercenarii ſeruiuit tibi ſex annis: & benedicet tibi Iehouáh Deus tuus in omnibus quæ facies.

ſionem ſuam.
14 Quúmq; vendideris venditionem proximo tuo, aut emeris è manu proximi tui, ne opprimatis ſinguli fratrem ſuum.
15 Secundum numerum annorum poſt iobél emes à proximo tuo: ſecundũ numerum annorum fructuũ vendet tibi.
16 Iuxta multitudinem annorum multiplicabis emptionem eius, & iuxta diminutionẽ annorũ minues emptionem ei⁹: numerũ enim fructuum ipſe vendet tibi.
17 Ne igitur opprimatis quiſque proximum ſuum: ſed timebis à Deo tuo: quia ego Iehouáh Deus veſter.
18 Et facite ſtatuta mea, iudiciáq; mea ſeruate & facite illa, & habitabitis ſuper terram illam confidenter.
& 23 Terra autem non vẽdetur abſolutè: quia mea eſt terra: vos enim peregrini & aduenæ eſtis apud me.
24 In vniuerſa autem terra poſſeſſionis veſtræ, redemptionem dabitis terræ.
25 Quum attenuatus fuerit frater tuus, & vendiderit *aliquid* de poſſeſſione ſua, tunc veniet redemptor eius propinquus ipſi, & redimet venditionem fratris ſui.
26 Et ſi non fuerit viro redemptor, ſed apprehenderit manus eius, & inuenerit quod ſufficit ad eius redemptionem:
27 Tunc ſupputabit annos venditionis ſuæ, & reſtituet quod ſupereſt viro cui vendidit, & reuertetur ad poſſeſſionem ſuam.
28 Si verò non inuenerit manus eius quod ſufficiat ad reddendum illi, tum erit venditio eius in manu eius qui emit illam, vſque ad annum iobél: at egredietur in iobél: reuertetúrque ad poſſeſſionem ſuam.
29 Vir autem quum vendiderit domum habitationis *in* vrbe murata, erit redemptio eius donec compleatur annus venditionis eius: anno vno erit redemptio eius.
30 Quòd ſi non redimatur donec impleatur illi annus integer, remanebit domus quæ fuerit in ciuitate cui eſt murus, abſolutè ementi illam in generationibus eius: non egredietur in iobél.
31 Domus autem villarum quibus non eſt murus in circuitu, ſecundum agrum terræ æſtimabitur: redemptio erit ei, & in iobél egredietur.
32 Vrbium autem Leuitarum *&* domorum vrbium poſſeſſionis eorum, redemptio perpetua erit Leuitis.
33 Qui autem emerit à Leuitis, egredietur venditio domus & vrbis poſſeſſionis eius in iobél: quia domus vrbium Leuitarum eſt poſſeſſio eorum in medio filiorum Iſraél.
34 Ager autem ſuburbii vrbium eorum non vendetur: quia poſſeſſio perpetua eſt illis.
& 38 Ego Iehouáh Deus veſter, qui eduxi vos è terra Ægypti, vt darem vobis terram Chenáan, vt eſſem vobis in Deum.
39 Si verò attenuatus fuerit frater tuus apud te, ita vt vendat ſe tibi, non vteris opera eius *tanquam* ſerui opera.
40 Tanquam mercenarius, tanquam aduena erit tecum: vſque ad annum iobél ſeruiet tibi.
41 Egredietur autem à te ipſe & liberi eius ſecum, ac reuertetur ad familiam ſuam, & ad

Digitized by Google

poſſeſſionem patrum ſuorum reuertetur.
42 Sunt enim ſerui mei, quos eduxi è terra Ægypti: non vendentur venditione ſeruili.
43 Non dominaberis illi durè, ſed timebis à Deo tuo.
44 Seruus autem tuus & ancilla tua qui erunt tibi, de Gentibus *erunt* quæ ſunt in circuitu ve-
ſtro, ex eis emetis ſeruum & ancillam.
45 Et etiam de filiis incolarum qui verſantur apud vos, emetis, & de familia eorum qui apud
vos ſunt, quos procreauerunt in terra veſtra, eruntq; vobis in poſſeſſionem.
46 Et iure hæreditario poſſidebitis eos pro filiis veſtris poſt vos, ad poſſidendum poſſeſſionē:
in perpetuum vtemini opera eorum: fratribus autem veſtris filiis Iſraél, quiſque fratri ſuo
non dominabitur duré.
47 Si autem adepta fuerit manus peregrini & aduenæ qui eſt apud te, & attenuatus fuerit fra-
ter tuus qui apud illum *verſatur*, ſeque vendiderit peregrino & aduenæ qui eſt apud te, vel
ſtirpi familiæ peregrini:
48 Poſtquam vendiderit ſe, redemptio erit ei: vnus è fratribus eius redimet eum:
49 Aut patruus eius, aut filius patrui eius redimet eum: aut propinquus carnis eius, è familia
eius, redimet eum: aut *ſi* adepta fuerit manus eius, tum redimet ſeipſum.
50 Et ſupputabit cum eo qui emit ipſum ab anno quo ſe vendidit illi, vſque ad annum iobél:
æſtimabiturq; pecunia venditionis eius ſecundum numerum annorum, & ſecundum dies
mercenarii fiet cum eo.
51 Si adhuc multi fuerint anni, ſecundum eos reſtituet redemptionem ſuam de argento ven-
ditionis ſuæ.
52 Quòd ſi parum reliquum ſit ex anni vſq; ad annum iobel, tunc ſupputabit cum eo: & iuxta
annos ſuos reſtituet redemptionem ſuam.
53 Tanquam mercenarius annuus erit cum illo: non dominabitur ei durè in oculis tuis.
54 Si verò non ſe redemerit in illis, egredietur in anno iobél, ipſe & filii eius cum eo:
55 Quia mihi ſunt filii Iſraél ſerui, ſerui mei ſunt quos eduxi è terra Ægypti: ego Iehouáh De-
us veſter.

DE COMMODATO.

Exod. cap. XXII. *verſ.* XIV.

QVúmque commodato acceperit quiſpiam à proximo ſuo, & confractum fuerit, aut mor-
tuum, domino eius abſente, reddendo reddet.
15 Si *verò* dominus eius fuerit cum eo, non reddet: & ſi conductum fuerit, veniens pro mer-
cede ſua.

DE DEPOSITO.

Exod. cap. XXII. *verſ.* VII.

QVum dederit quiſpiam proximo ſuo argentum vel vaſa ad cuſtodiendum, & furto ablatū
fuerit è domo viri illius: ſi inuentus fuerit fur, reddet duplum:
8 Si non inuentus fuerit fur, tunc applicabitur dominus domus ad iudices, *iuraturus* an non
miſerit manum ſuam in ſubſtantiam proximi ſui.
9 Super omni re præuaricationis, ſuper boue, ſuper aſino, ſuper pecude, ſuper veſtimento,
ſuper omni re amiſſa, quum dixerit *quiſpiam* hoc eſſe: vſq; ad iudices veniet cauſa vtriuſque:
is quem condemnauerint iudices, reddet duplum proximo ſuo.
10 Si dederit quis proximo ſuo aſinum, vel bouem, vel pecus, aut quodcunq; *aliud* animal ad
cuſtodiendum, & mortuum fuerit, aut confractum, aut ab hoſtibus abductum nemine vi-
dente:
11 Iuramentum Iehouæ erit inter vtrunque, an non miſerit manum ſuam in ſubſtantiam pro-
ximi ſui: & ſuſcipiet *iuramentum* dominus eius, & non reddet.
12 Quòd ſi furando furtum ablatum fuerit ei, reddet domino eius.
13 Si verò rapiendo raptum fuerit, afferet illi teſtem, raptum non reddet.

DE HÆREDIBVS.

Num. cap. XXVI. *verſ.* I.

VEruntamē ſorte diuidetē terra, per nomina
tribuū patrum ſuorū hæreditatē accipiēt.

56 Secun-

Deut. cap. XXI. *verſ.* XV.

QVum fuerint viro duæ vxores, vna dile-
cta, & altera exoſa: & pepererint ei filios,

Digitized by Google

56 Secundum ſortes diuidetur hæreditas eius inter multum & paucum.

Cap.27.v.1. Acceſſerũt autem filiæ Selophhád filii Hépher, filii Giláh, filii Machir, filii Menaſſéh, de familiis Menaſſéh filii Ioſéph: hæc verò ſunt nomina filiarum eius, Mahláh, Noáh, & Hogláh, & Milcháh, & Thirſáh.

2 Hæ ſteterunt coram Moſéh & coram Elazár ſacerdote, & coram principibus, atq; vniuerſa congregatione, ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, dicendo,

dilecta & exoſa: fuerit autem filius primogenitus exoſæ:

16 Die quo hæredes inſtituet filios ſuos eorũ quæ habuerit, non poterit dare ius primogenituræ filio dilectæ ante filium exoſæ primogenitum:

17 Sed primogenitum filium exoſæ agnoſcet, vt det ei menſurã duorum ex omnibus quę habuerit: ipſe enim eſt principium fortitudinis eius, ipſius eſt ius primogenituræ.

3 Pater noſter mortuus eſt in deſerto, qui tamen non fuit in congregatione, quæ congregata fuit aduerſus Iehouam in congregatione Córah: quia in peccato ſuo mortuus eſt, & filii non fuerunt ei.

4 Quare tolletur nomen patris noſtri de medio familiæ ſuæ, propterea quòd non ſit ei filius? da nobis hæreditatem inter fratres patris noſtri.

5 Retulit autem Moſéh cauſam earum coram Iehoua.

6 Et reſpondit Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

7 Rectum filiæ Selophhád loquuntur: dando dabis eis poſſeſſionem hæreditatis in medio fratrum patris ſui, & transferas hæreditatem patris earum ad eas.

8 Ad filios autem Iſraél loquêris, dicendo, Quum quis mortuus fuerit, & filius non fuerit illi, tum transferetis hæreditatem eius ad filiam ipſius.

9 Quòd ſi non fuerit ei filia, tunc dabitis hæreditatem eius fratribus eius fratribus ipſius.

10 Si verò non fuerint illi fratres, tunc dabitis hæreditatem eius fratribus patris ipſius.

11 Quòd ſi non fuerint fratres patri ipſius, tunc dabitis hæreditatem eius propinquiori illi de familia ipſius, hæreditatéque accipiet illam: erit autem *iſtud* filiis Iſraél in ſtatutum iudicii, quemadmodum præcepit Iehouáh Moſéh.

12 Dixit præterea Iehouáh ad Moſéh, Aſcende in montem Abarím iſtum, & vide terram quã dedi filiis Iſraél.

Cap.33.v.54. Poſſidebitis autem terram illam per ſortem, per familias veſtras pluribus multiplicabitis hæreditatem eorum, & paucioribus diminuetis hæreditatem eorum: in *loco* in quo egredietur illi ſors, erit illi: per tribus patrum veſtrorum hæreditatem capietis.

55 Quòd ſi non expuleritis habitatores terræ à facie veſtra, tum erit vt quos reliqueritis ex eis, *ſint* in cultros in oculis veſtris, & in ſpinas in lateribus veſtris, & affligent vos ſuper terram in qua vos habitabitis.

Cap.36.v.1. Acceſſerunt verò principes patrum è familia filiorum Gilád filii Machír, filii Menaſſéh de familiis filiorum Ioſéph: & loquuti ſunt coram Moſéh, & coram principibus capitibus patrum filiorum Iſraél:

2 Ac dixerunt, Domino meo præcepit Iehouáh vt daret terram in poſſeſſionem ſorte filiis Iſraél: *ſimul* etiam domino meo præceptum eſt à Iehouáh vt daret poſſeſſionem Selophhád fratris noſtris filiabus eius.

3 Quæ ſi aliqui de filiis *aliarum* tribuum filiorum Iſraél dentur in vxores, minuetur hæreditas earum ab hæreditate patrum noſtrorũ, addetúrque *id* hæreditati tribus *eorum* quibus nupſerint, & de ſorte hæreditatis noſtræ minuetur.

4 Quúmq; fuerit iobél filiis Iſraél, addetur hæreditas earum hæreditati tribus *eorum* quibus nupſerint: atq; *ita* de hæreditate tribus patrum noſtrorum detrahetur hæreditas earum.

5 Præcepit itaq; Moſéh filiis Iſraél iuxta ſermonem Iehouæ, dicendo, Rectum tribus filiorum Ioſéph loquitur.

6 Hoc eſt quod præcepit Iehouáh de filiabus Selophhád, dicendo, Vt placebit illis, ſint in vxores: veruntamen familiæ tribus patris ſui ſint in vxores.

7 Ne transferatur hæreditas filiorum Iſraél de tribu ad tribum *aliam*: nam filii Iſraél ſinguli adhærebunt hæreditati tribus patrum ſuorum.

8 Et omnis filia quæ poſſederit hæreditatem de tribubus filiorum Iſraél, vni de familia tribus patris ſui erit in vxorem, vt poſſideant filii Iſraél ſinguli hæreditatem patrum ſuorum.

9 Ne transferatur poſſeſſio de tribu ad tribum aliam: ſed ſinguli ex tribubus filiorum Iſraél hæreditati ſuæ adhærebunt.

Digitized by Google

AD QVINTVM PRÆCEPTVM.

DE TESTIBVS.

Leuit. cap. V. *verſ.* I.

QVum autem anima peccauerit, id eſt audierit vocem iuramenti, & ipſe ſit teſtis *quod* aut viderit, aut ſciuerit, niſi renuntiauerit, feret pœnam iniquitatis ſuæ.

Deut. cap. XVII. *verſ.* VI.

IN ore duorum teſtium, vel trium teſtium interficietur qui moriturus eſt: non *autem* interficietur in ore teſtis vnius.
7 Manus teſtium erit primùm in illum ad interficiendum illum, & manus vniuerſi
populi poſtea: & ita auferes malum è medio tui.
CAP. 19. v. 15. Non ſtabit teſtis vnus contra quenquam in quacunq; iniquitate, & in quocunq; peccato, in quocunq; *inquam* peccato quod peccauerit: in ore duorum teſtium aut in ore trium teſtium ſtabit verbum.
16 Quum ſteterit teſtis mendax contra aliquem vt teſtificetur contra eum verbum peruerſum.
17 Tunc ſtabunt duo illi homines quibus eſt lis, coram Iehouáh, *id eſt* coram Sacerdotibus & Iudicibus qui fuerint in diebus illis:
18 Et inquirent Iudices diligenter: & ſi teſtis ille eſt teſtis mendax, mendacium teſtificatus eſt contra fratrem ſuum:
19 Facietis ei quemadmodum cogitauit facere fratri ſuo, & *ita* auferes malum è medio tui.
20 Et qui remanſerint, audient, ac timebunt, nec addent facere vltra malum ſimile huic in medio tui:
21 Neq; parcet oculus tuus, animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.

SANCTIO LEGIS POLITICAE.

Deut. cap. IV. *verſ.* I.

NVnc ergo ô Iſraël, audi ſtatuta & iudicia quæ ego doceo vos, vt faciatis, vt viuatis: atque ingrediamini, & poſſideatis terram quam Iehouáh Deus patrum veſtrorũ dat vobis.
2 Non addetis ad verbum quod ego præcipio vobis, neq; diminuetis *quicquam* ex eo, vt cuſtodiatis præcepta Iehouæ Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis.
3 Oculi veſtri viderunt quæ fecit Iehouáh propter Baál-peór: omnem enim hominem qui perrexerat poſt Baál-peór, perdidit Iehouáh Deus tuus è medio tui.
4 Vos autem qui adhæſiſtis Iehouæ Deo veſtro, viuitis vniuerſi hodie:
5 Videte, docui vos ſtatuta & iudicia, quemadmodum præcepit mihi Iehouáh Deus meus, vt ita faciatis in medio terræ ad quam vos ingredimini, vt eam poſſideatis.
6 Cuſtodite ergo, & facite, quia ea eſt ſapientia veſtra & intelligentia veſtra in oculis populorum, qui audient omnia ſtatuta iſta, & dicent, Vtique populus ſapiens & intelligens, gens magna iſta.
7 Quæ enim eſt gens *ita* magna cui ſint dii propinqui, ſicut eſt Iehouáh Deus noſter in cũctis pro quibus inuocauerimus eum?
8 Et quæ eſt gens *ita* magna, cui ſint ſtatuta & iudicia iuſta, ſicut eſt vniuerſa Lex iſta quam ego do coram vobis hodie?
9 Veruntamen caue tibi, & cuſtodi animam tuam ſolicitè, ne obliuiſcaris rerum quas viderunt oculi tui, néve recedant à corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ, & doceas ea filios tuos & filios filiorum tuorum.
10 Die quo ſtetiſti coram Iehouáh Deo tuo in Horéb, quum diceret Iehouáh mihi, Congrega mihi populum, vt recenſeam illis verba mea, quæ diſcent, vt timeant me omnibus diebus quibus vixerint ſuper terram, & filios ſuos doceant.
11 Itaq; acceſſiſtis, & ſtetiſtis ſub monte (mons autem ille ardebat igni vſque ad medium cæli, tenebræ, nubes, & caligo)
12 Et loquutus eſt Iehouáh ad vos è medio ignis: vocem verborum vos audiebatis, at imaginẽ *vllam* non videbatis præter vocem.
13 Et renuntiauit vobis pactum ſuum quòd præcepit vobis vt faceretis, decem verba, & ſcripſit illa in duabus tabulis lapideis.

14 Mihi

Digitized by Google

14 Mihi quoq; præcepit Iehouáh eodem tempore vt docerem vos ſtatuta & iudicia, vt faceretis ea in terra ad quam tranſitis vt poſſideatis eam.

SANCTIONES LEGIS DIVINAE,

In genere.

Deut.cap. VI. *verſ.* VI.

ERúntq; verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo:
7 Et repetes ea filiis tuis, & loqueris de eis quando ſedebis in domo tua, & quando ambulabis per viam, & quando iacebis in lecto, & quando ſurges.
8 Ligabiſq; ea in ſignum in manu tua, & erunt in frontalia inter oculos tuos.
9 Scribes quoq; illa in poſtibus domus tuæ, & in portis tuis.
CAP. 11. v 18. Sed ponite verba mea hæc in corde veſtro, & animo veſtro, atq; ea ligate in ſignum in manu veſtra, ſintque in frontalia inter oculos veſtros.
19 Et docete ea filios veſtros, vt loquamini de eis quum ſedebis in domo tua, & quum ambulabis per viam, quúmq; iacebis in lecto, & cùm ſurges.
20 Scribes quoq; ea in poſtibus domus tuæ, & in portis tuis.
CAP. 29. v. 29. Abſcondita Iehouæ Dei noſtri *ſunt*: & reuelata noſtra ſunt & filiorum noſtrorum vſq; in ſeculum, vt faciamus omnia verba Legis huius.
CAP. 30. v. 10. Si tamen obedieris voci Iehouæ Dei tui, cuſtodiendo præcepta eius, & ſtatuta eius, ſcripta in hoc libro Legis: quum conuerſus fueris ad Iehouam Deum tuum toto corde tuo & tota anima tua.)
11 Nam hoc præceptum quod præcipio tibi hodie, non eſt occultum à te, neque remotum eſt.
12 Non in cælo eſt, vt dices, Quis aſcendet *pro* nobis in cælum, vt tollat illud nobis, & recitet nobis illud, vt impleamus illud?
13 Neq; trans mare eſt, vt dicas, Quis transfretabit *pro* nobis mare, vt afferat illud nobis, & recitet nobis, vt impleamus illud?
14 Sed propinquum eſt tibi verbum valde in ore tuo & in corde tuo, vt facias illud.
CAP. 31. v. 10. Et præcepit illis Moſéh, dicendo, Septimo quoq; anno, tempore anni remiſſionis, in ſolennitate tabernaculorum,
11 Quum venerit vniuerſus Iſraél vt appareat coram Iehouáh Deo tuo, in locum quem elegerit, leges Legem iſtam coram vniuerſo Iſraele, in auribus eorum.
12 Congrega populum, viros & mulieres, & paruulos, & peregrinos tuos qui ſunt intra portas tuas, vt audiant, & diſcant, timeántq; Iehouam Deum veſtrum, & cuſtodiát faciendo omnia verba Legis huius.
13 Et filii eorum qui non nouerunt, audiant, & diſcãt timere Iehouam Deum veſtrum omnibus diebus quibus victuri eſtis *ſuper* terram, ad quam tranſmiſſo Iardén pergitis, vt poſſideatis eam.

A PRÆSTANTIA LEGISLATORIS.

Leuit.cap. XIX. *verſ.* XXXVI.

EGo Iehouáh Deus veſter, qui eduxi vos è terra Ægypti.
37 Cuſtodite igitur omnia ſtatuta mea, & omnia iudicia mea, & facite illa: ego Iehouáh.
CAP. 20. v. 8. Et cuſtodite ſtatuta mea, & facite ea: ego Iehouáh ſanctificans vos.
CAP. 22. v. 31. Obſeruate autem præcepta mea, & facite ea: ego Iehouáh.
32 Et ne polluatis nomen

Num. cap. XV. *verſ.* XL.

VT recordemini *inquam*, & faciatis omnia præcepta mea, & ſitis ſancti Deo veſtro.
41 Ego Iehouáh Deus veſter qui eduxi vos è terra Ægypti, vt eſſem vobis in Deũ: ego inquam Iehouáh Deus veſter.

Deut. cap. IV. *verſ.* I

NVnc ergo ô Iſraél, audi ſtatuta & iudicia quæ ego doceo vos, vt faciatis, vt viuatis: atq; ingrediamini, & poſſideatis terrã quam Iehouáh Deus patrum veſtrorum dat vobis.
2 Non addetis ad verbum quod ego præcipio vobis, neq; diminuetis quicquam ex eo, vt cuſtodiatis præcepta Iehouæ Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis.

Digitized by Google

ſanctum meum, & ſanctificabor in medio filiorum Iſraél: ego Iehouáh ſanctificãs vos,
33 Qui eduxi vos è terra Ægypti, vt eſſem vobis in Deum: ego Iehouáh.

& 9 Veruntamen caue tibi & cuſtodi animam tuam ſolicitè, ne obliuiſcaris rerum quas viderunt oculi tui, néve recedant à corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ, & doceas ea filios tuos & filios filiorum tuorum.
10 Die quo ſtetiſti coram Iehouáh Deo tuo in Horéb, quum diceret Iehouáh mihi, Congrega mihi populum, vt recenſeam illis verba mea, quæ diſcent, vt timeant me omnibus diebus quibus vixerint ſuper terram, & filios ſuos doceant.
11 Itaq; acceſſiſtis, & ſtetiſtis ſub monte (mons autem ille ardebat igni vſq; ad medium cæli, tenebræ, nubes, & caligo.)
12 Et loquutus eſt Iehouáh ad vos è medio ignis: vocem verborum vos audiebatis, at imaginem *vllam* non videbatis præter vocem.
13 Et renuntiauit vobis pactum ſuum quod præcepit vobis vt faceretis, decem verba, & ſcripſit illa in duabus tabulis lapideis.
14 Mihi quoq; præcepit Iehouáh eodem tempore vt docerem vos ſtatuta & iudicia, vt faceretis ea in terra ad quam tranſitis vt poſſideatis eam.
& 32 Interroga enim nunc de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, à die quo creauit Deus hominem ſuper terram, & ab extremo cæli vſq; ad *alterum* extremum cæli, an facta fuerit res ſimilis huic tam magnæ, aut auditum fuerit aliquid tale:
33 Nunquid audiuit populus vocem Dei *ſui* loquentis è medio ignis, quemadmodum audiſti tu, & vixit:
34 Aut nunquid tentauit Deus *aliquis* vt veniret ad capiendum ſibi gentem *aliquam* è medio gentis *alterius* cum tentationibus, cum ſignis, & cum portentis, & bello, & manu valida, & brachio extento, & terroribus magnis, quemadmodum fecit vobis Iehouáh Deus veſter in Ægypto in oculis tuis:
35 Tibi oſtenſum eſt, vt ſcires quòd Iehouáh eſt Deus, *&* non eſt vltrà præter eum.
36 E cælis audire te fecit vocem ſuam, vt erudiret te: & ſuper terram oſtendit tibi ignem ſuum magnum, & verba eius audiſti è medio ignis.
37 Et quoniam dilexit Patres tuos, elegit ſemen eius poſt eum, eduxitq; te ante ſe potentia ſua maxima ex Ægypto:
38 Vt expelleret gentes maximas, & robuſtiores te à facie tua, vt introduceret te, vt daret tibi terram eorum *in* hæreditatem, ſicut hodie.
39 Scito ergo hodie, & reuocato ad cor tuum, quòd Iehouáh eſt Deus ille in cælo deſuper, & ſuper terram deorſum, nec eſt vltrá.
40 Et cuſtodi ſtatuta eius, & præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te, vtque prolonges dies ſuper terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi, omnibus diebus.
41 Tunc ſeparauit Moſéh tres vrbes trans Iardén ad Exortum ſolis:
42 Vt fugeret illuc homicida, qui occidiſſet proximum ſuum ignorãter, qui non odiſſet eum ab heri & nudiuſtertius, fugeret inquam ad vnam ex vrbibus iſtis, & viueret.
43 Nempe Béſer in deſerto ipſo, in terra planiciei de Reubenitis: & Ramóth in Giláh de Gaditis, & Golán in Baſán de Menaſſitis.
44 Hæc itaq; eſt lex quam propoſuit Moſéh coram filiis Iſraél:
45 Hæc ſunt teſtimonia, & ſtatuta, & iudicia quæ dixit Moſéh filiis Iſraél quum egreſſi eſſent ex Ægypto,
46 Trans Iardén in valle eregione Beth-peór, in terra Sihón regis Emoræorum, qui habitabat in Hesbón, quem percuſſit Moſéh & filii Iſraél quum egreſſi fuiſſent ex Ægypto:
47 Et poſſederunt terram eius, & terram Og regis Baſán duorum regum Emorræorum, qui *habitabant* trans Iardén ad Ortum ſolis:
48 Ab Aroér quæ *erat* iuxta ripam torrentis Arnón, vſque ad montem Sión, qui eſt Hermón:
49 Et vniuerſam ſolitudinem trans Iardén ad Orientem, vſq; ad mare ſolitudinis, ſub effuſionibus aquarum.
Cap. 5. v. 32. Cuſtodite ergo vt faciatis quemadmodum præcepit Iehouáh Deus veſter vobis: ne declinetis ad dexteram, aut ad ſiniſtram.
33 Per omnem viam quam præceperit Iehouáh Deus veſter vobis, ambuletis vt viuatis, & bonum *ſit* vobis, & prolongetis dies in terra quam poſſidebitis.
Cap. 6. v. 20. Quũ interrogauerit te filius tu' cras, dicẽdo, Quid ſibi volũt teſtimonia, & ſtatuta & iu-

L

Digitized by Google

& iudicia quæ præcepit Iehouáh Deus noſter vobis?
21 Tunc dices filio tuo, Serui fuimus Pharóh in Ægypto, & eduxit nos Iehouáh ex Ægypto in manu forti.
22 Deditq; Iehouáh ſigna & portenta magna; & peſſima in Ægypto in Pharonem, & in totam domum eius in oculis noſtris:
23 Atq; nos eduxit inde vt introduceret nos, *ac* daret nobis terram *de* qua iurauit patribus noſtris.
24 Itaque præcepit nobis Iehouáh vt faciamus omnia ſtatuta iſta, vt timeamus Iehouã Deum noſtrum in bonum noſtrum omnibus diebus, vt conſeruaret nos in vita, vt in hac die.
CAP. 7. v. 6. Nam populus ſanctus es Iehouæ Deo tuo: te elegit Iehouáh Deus tuus, vt ſis illi populus peculiaris ex omnibus populis qui ſunt in ſuperficie terræ.
7 Non quia plures eſſetis præ omnibus populis, amauit vos Iehouáh, & elegit vos: (vos enim eratis pauciores omnibus populis.)
8 Sed quia diligebat vos Iehouáh, & cuſtodire volebat iuramentum quod iurauerat patribus veſtris, eduxit vos Iehouáh in manu forti, & redemit vos è domo ſeruorum, è manu Pharóh regis Ægypti.
& 14 Ecce Iehouæ Dei tui *ſunt* cæli, & cæli cælorum, terra, & omnia quæ *ſunt* in ea.
15 Tantummodo in patribus tuis beneplacitum eſt Iehouæ, vt deligeret eos, & elegit ſemen eorum poſt eos, *nempe* vos, ex omnibus populis, ſicut hodie.
16 Circumcidite igitur præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis vltrà.
17 Iehouáh enim Deus veſter eſt, Deus deorum & Dominus dominorum, Deus magnus, potens & terribilis, qui non accipit perſonam, neq; recipit munus.
CAP. 8 v. 1. Omne præceptum quod ego præcipio tibi hodie, cuſtodietis vt faciatis, vt viuatis, & multiplicemini, & ingrediamini vt poſſideatis terram de qua iurauit Iehouáh Patribus veſtris.
2 Memineríſq; totius viæ per quam deduxit te Iehouáh Deus tuus iam quadraginta annis in deſerto, vt affligeret te, ac tentaret te, vt ſciret quid *haberes* in corde tuo, vtrum obſeruaturus eſſes præcepta eius, an non.
3 Et afflixit te, ac eſurire te fecit, poſtea pauit te Man, quod non noueras, neq; nouerant patres tui: vt ſcire faceret te quòd non in pane ſolo viuet homo, ſed omni eo quòd egreditur ex ore Iehouæ, viuet homo.
4 Veſtimentum tuum nequaquam veterauit ſuper te, neque pes tuus intumuit iam quadraginta annis.
5 Sciaſq; in corde tuo quòd quemadmodum corripit homo filium ſuum, *ſic* Iehouáh Deus tuus corripit te.
6 Et cuſtodies præcepta Iehouæ Dei tui, vt ambules per vias eius, & timeas eum.
& 11 Caue tibi obliuiſcaris Iehouæ Dei tui, vt non obſerues præcepta eius, & iudicia eius, & ſtatuta eius quæ ego præcipio tibi hodie:
12 Ne fortè comedas & ſatureris, & domos egregias ædifices, atq; habites *in illis*:
13 Et boues tui, ouéſq; tuæ multiplicentur, argentum quoq; & aurum multiplicetur tibi, omne inquam quod eſt tibi multiplicetur:
14 Tum eleuetur cor tuum, & obliuiſcaris Iehouæ Dei tui, qui eduxit te è terra Ægypti, è domo ſeruorum:
15 Qui deduxit te per deſertum magnum & terribile, ſerpentis adurentis, & ſcorpionis, & ſitis: in quo nulla erat aqua: qui eduxit tibi aquam è petra ſilicis:
16 Qui pauit te Man in deſerto, quod non nouerant patres tui, vt affligeret te, & probaret te, vt benefaceret tibi in nouiſſimo tuo:
17 Et *caue ne* dicas in corde tuo, Potentia mea, & robur manus meæ parauit mihi has opes:
18 Sed memineris Iehouæ Dei tui, quia ipſe dat tibi potentiam ad parandas opes vt confirmet pactum ſuum quod iurauit Patribus tuis, ſicut in hac die.
CAP. 26. v. 16. Hodie Iehouáh Deus tuus præcepit tibi vt facias ſtatuta hæc & iudicia: cuſtodias ergo, & facias ea toto corde tuo & tota anima tua.
CAP. 27. v. 9. Et loquutus eſt Moſeh & Sacerdotes Leuitæ ad omnem Iſraél, dicendo, Auſculta & audi Iſraél, hodie factus es in populum Iehouæ Deo tuo.
10 Audias ergo vocem Iehouæ Dei tui, & facias præcepta eius, & ſtatuta eius, quæ ego præcipio tibi hodie.

Digitized by Google

A PRÆSTANTIA LEGVM.

Deut. cap.IV.verſ.v.

VIdete, docui vos ſtatuta & iudicia, quemadmodum præcepit mihi Iehouáh Deus meus, vt
ita faciatis in medio terræ ad quam vos ingredimini, vt eam poſſideatis.
6 Cuſtodite ergo, & facite, quia ea eſt ſapientia veſtra & intelligentia veſtra in oculis popu-
lorum, qui audient omnia ſtatuta iſta: & dicent, Vtique populus ſapiens & intelligens, gens
magna iſta.
7 Quæ enim eſt gens *ita* magna, cui ſint dii propinqui, ſicut eſt Iehouáh Deus noſter in cun-
ctis, pro quibus inuocauerimus eum?
8 Et quæ gens *ita* magna, cui ſint ſtatuta & iudicia iuſta, ſicut eſt vniuerſa Lex iſta quam ego
do coram vobis hodie?
CAP.26.v.16. Hodie Iehouáh Deus tuus præcipit tibi vt facias ſtatuta hæc & iudicia: cuſtodias
ergo & facias ea toto corde tuo & tota anima tua.
17 Iehouam exaltaſti hodie, quòd ſit tibi in Deum, & ambules in viis eius, & cuſtodias ſtatuta
eius, & præcepta eius, & obedias voci eius.
18 Iehouáh quoque exaltauit te hodie, quòd ſis ei in populum peculiarem, quemadmodum
loquutus eſt tibi, & quòd cuſtodias omnia præcepta eius:
19 Et ponat te ſuperiorem omnibus gentibus quas fecit, ad laudem, & nomen, & gloriam, & vt
ſis populus ſanctus Iehouæ Deo tuo, quemadmodum dixit.

A PROMISSIONIBVS.

Exod. cap.XV. verſ.XXVI.

ET dixit, Si obediendo obedieris voci Iehouæ Dei tui, & rectum in oculis eius feceris, & aures præbueris præceptis eius, cuſtodierísque omnia ſtatuta eius, vniuerſum morbum quem poſui in Ægypto, non ponã ſuper te: quia ego Iehouáh ſanans te.
CAP.19 v.5. Nunc ergo ſi obediendo obedieritis voci meæ, & cuſtodieritis pactũ meum, eritis mihi *tanquam* theſaurus dilectus præ omnibus populis: quia mea eſt vniuerſa terra.
6 Vos autem eritis mihi regnum Sacerdotale, & gens ſancta, hæc ſunt verba quæ dices filiis Iſraél.
CAP.23.v.22. Nam ſi audiẽdo audieris vocem eius, & feceris quæcunq; dixero, tũc odio habebo illos qui te oderunt, & affligam affligentes te.
23 Nam ibit angelus meus ante te, & introducet te ad Emoræum, & Hitthæum, ad Petizæum, & Chenaanæũ, Hiuæum, atque Iebuſæum, & ſuccîdam eum.
& 25 Sed coletis Iehouã Deũ veſtrum, & benedicet pani tuo, &

Leuit. cap. XVIII. verſ.v.

CVſtodite autem ſtatuta mea, & iudicia mea: quæ faciet homo, & viuet in eis: ego Iehouáh.
CAP.26 v.3. Si in decretis meis ambulaueritis, & præcepta mea ſeruaueritis, & feceritis ea:
4 Dabo pluuias veſtras tempore ſuo, dabítq; terra fructũ ſuum, & arbores agrorum dabũt fructum ſuum:
5 Apprehendétq; vobis tritura vindemiã, & vindemia apprehendet ſementẽ: comedetíſq; panem veſtrum ad ſaturitatem, & habitabitis cõfidẽter in terra veſtra.
6 Dabo nanq; pacẽ in terra, & dormietis, neque erit exterrens: auferámque beſtias malas è terra, & gladius non tranſibit per terrã veſtram.
7 Et perſequemini inimicos veſtros, cadéntq; corã vobis gladio.
8 Perſequentur quoq; quinque ex vobis centum: & cẽtum ex vobis decem millia perſequentur: & corruent inimici veſtri coram vobis gladio.
9 Vertam enim me ad vos, & creſcere faciam vos, at-

Deut. cap.IV. verſ.I.

NVnc ergo ô Iſraél, audi ſtatuta & iudicia quæ ego doceo vos, vt faciatis, vt viuatis: atque ingrediamini, & poſſideatis terram quam Iehouáh Deus patrum veſtrorum dat vobis.
2 Nõ addetis ad verbũ quod ego pręcipio vobis, neq; diminuetis *quicquam* ex eo, vt cuſtodiatis præcepta Iehouæ Dei veſtri, quæ ego pręcipio vobis.
& 40 Et cuſtodi ſtatuta eius & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi hodie, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te, vtque prolonges dies ſuper terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi omnib⁹ diebus.
CAP.5. v.33. Per omnem viam quam præceperit Iehouáh Deus veſter vobis, ambuletis vt viuatis, & bonum *ſit* vobis, & prolongetis dies in terra quam poſſidebitis.
CAP.6. v.1. Iſtud autẽ eſt præceptum, ſtatuta, & iudicia quæ præcepit Iehouáh De⁹ veſter, vt docerem vos, vt faciatis *illa* in terra ad quã vos trãſitis vt poſſideatis eã:
2 Vt timeas Iehouam Deum tuum, cuſtodiendo omnia

Digitized by Google

tuo,& aquis tuis: auferámq; infirmitatē è medio tui.
26 Non erit abortiens & ſterilis in terra tua: numerum dierum tuorũ complebo.
27 Terrorem meum mittam ante te, & interficiã omnē populum ad quē ingredieris, dabóque omnes inimicos tuos tibi ceruicem *vertentes*.
28 Mittam præterea crabronem ante te, qui expellat Hiuæum, & Chenaanæum, & Hitthæum à facie tua.
29 Non eiiciam illum à facie tua anno vno, ne ſit terra deſolatio, & multiplicetur contra te beſtia agri.
30 Paulatim paulatim eiiciam illũ à facie tua, donec creſcas, & hæreditate accipias terram.
31 Ponam autem terminum tuum à mari Suph vſque ad mare Peliſthin, & à deſerto vſq; ad fluuium: nam dabo in manum veſtram habitatores terræ, & expelles illos à facie tua.

Cap.24.v.7. Tulit præterea librũ fœderis & legit in auribus populi: qui dixerunt, Quæcunque dixit Iehouáh faciemus, & obediemus.
8 Tulit quoq; Moſéh ſanguinem, & ſparſit ſuper populum, & dixit, En ſanguis fœderis quòd pepigit Iehouáh vobiſcum ſuper omnibus rebus illis.

que multiplicabo vos, ſtatuámq; pactum meum vobiſcum.
10 Et comedetis vetus inueteratum, & vetus propter nouum educetis.
11 Et ponam tabernaculum meum in medio veſtri, neq; abominat̄ vos anima mea.
12 Ambulabo autē in medio veſtri, eróq; vobis in Deũ, & vos eritis mihi in populum:
13 Ego Iehouáh Deus veſter qui eduxi vos è terra Ægypti, ne eſſetis illi ſerui: & confregi lora iugi veſtri, & incedere feci vos erecta facie.

ſtatuta eius, & præcepta ei' quæ ego præcipio tibi, tu & filius tuus, & filius filii tui, omnibus diebus vitæ tuę: & vt prolongentur dies tui.
3 Audias ergo ô Iſraél, & cuſtodias vt facias, vt bene ſit tibi, vtque multiplicemini valde, quemadmodum dixit Iehouáh Deus patrum tuorum tibi, *in* terram fluentem lacte & melle.
& 17 Cuſtodiendo cuſtodietis pręcepta Iehouę Dei veſtri, & teſtimonia eius & ſtatuta eius quæ præcepit tibi.
18 Faciéſque quod rectum *eſt* & bonum in oculis Iehouę: vt bene ſit tibi, & ingrediaris, poſſideáſq; terram optimam, *de* qua iurauit Iehouáh patribus tuis:
19 Vt propulſet omnes inimicos tuos à facie tua, quēadmodũ loquut' eſt Iehouáh.
& 24 Itaq; præcepit nobis Iehouáh vt faciamus omnia ſtatuta iſta, vt timeamus Iehouam Deum noſtrum in bonum noſtrum omnibus diebus, vt conſeruaret nos in vita, vt in hac die.
25 Et iuſtitia erit nobis, quũ cuſtodierimus vt faciamus omne præceptum iſtud coram Iehouáh Deo noſtro, quemadmoddm præcepit nobis.

Cap.7. v.9. Et ſcies quòd Iehouáh Deus tuus eſt Deus, Deus *inquam* fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiam diligentibus ſe, & cuſtodientibus præcepta ſua, vſq; ad mille generationes:
10 Et reddens odio habenti ipſum in faciem eius, *ita* vt perdat eum: neq; tardabit, odio habenti ipſum, in faciem eius reddet ei.
11 Cuſtodias ergo præcepta, & ſtatuta, & iudicia quæ ego præcipio tibi hodie, vt ea facias.
12 Et erit, propterea quod audieritis iudicia iſta, & cuſtodieritis feceritiſque ea: cuſtodiet Iehouáh Deus tuus tibi pactum, & miſericordiam de qua iurauit Patribus tuis.
13 Diliget quoq; te, & benedicet tibi, multiplicabítq; ei: benedicet nanq; fructui ventris tui & fructui terræ tuæ, frumento tuo, & muſto tuo, & oleo tuo, fœtui boum tuorum, & gregibus ouium tuarum in terra de qua iurauit Patribus tuis ſe daturum tibi.
14 Benedictus eris præ cunctis populis: non erit in te infœcundus, neq; infœcunda, neq; in iumentis tuis.
15 Auferétq; à te Iehouáh omnem infirmitatem, & omnes ægritudines Ægypti peſſimas, quas noſti: non ponet illas in te, ſed ponet eas in omnibus qui te oderint.

Cap.10.v.13. Cuſtodiendo præcepta Iehouæ, & ſtatuta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt bene *ſit* tibi.

Cap.11.v.8. Cuſtodite ergo omne præceptum quod ego præcipio vobis hodie, vt roboremini & ingrediamini, poſſideatíſq; terram ad quam vos tranſiſtis, vt poſſideatis eam:

i 2

9 Atque vt prolongetis dies ſuper terram, quam iurauit Iehouáh patribus veſtris, ſe daturum
illis & ſemini eorum, terram fluentem lacte & melle.
& 13 Erit itaq;, ſi obediendo obedieritis præceptis meis quæ ego præcipio vobis hodie, ita vt
diligatis Iehouam Deum veſtrum, & colatis eum toto corde veſtro, & tota anima veſtra.
14 Dabo pluuiam terræ veſtræ in tempore ſuo, temporaneam & ſerotinam, & *ita* colliges fru-
mentum tuum, & vinum tuum, & oleum tuum.
15 Et dabo herbam in agro tuo pro iumentis tui, comedéſq; ac ſaturaberis.
& 22 Si enim cuſtodiendo cuſtodieritis omne præceptum iſtud quod ego præcipio vobis vt
faciatis illud, vt diligatis Iehouam Deum veſtrum, & vt ambuletis omnibus viis eius, adhæ-
reatiſq;
23 Tunc expellet Iehouáh omnes gentes iſtas à facie veſtra, & poſſidebitis gentes maiores &
robuſtiores vobis.
24 Omnis locus quem calcauerit planta pedis veſtri, veſter erit à deſerto, & Libanón, à flumi-
ne Peráth, vſq; ad mare nouiſſimum, erit terminus veſter.
25 Non conſiſtet quiſquam coram vobis: pauorem veſtri, & timorē veſtri dabit Iehouáh Deus
veſter ſuper faciem totius terræ quam calcabitis, quemadmodum loquutus eſt vobis.
26 Vide, ego pono coram vobis hodie benedictionem & maledictionem.
27 Benedictionem, ſi obedieritis præceptis Iehouæ Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis ho-
die.
28 Maledictionem verò, ſi non obedieritis præceptis Iehouæ Dei veſtri, ſed receſſeritis de via
quam ego præcipio vobis hodie, ita vt ambuletis poſt deos alienos quos non nouiſtis.
29 Quúmq; introduxerit te Iehouáh Deus tuus in terram quam tu ingrederis vt poſſideas eā,
tunc dabis benedictionem ſuper montem Gerizim, & maledictionem ſuper montem Ebál.
30 Annon ſunt trans Iarden poſt viam Occaſus ſolis in terra Chenaanæi, qui habitat in plani-
tie e regione Gilgal, iuxta campeſtria Moréch?
31 Vos enim tranſituri eſtis Iarden, vt pergatis ad poſſidendum terram, quam Iehouáh Deus
veſter dat vobis, & poſſidebitis illam, & habitabitis in ea.
32 Cuſtodite ergo, vt faciatis omnia ſtatuta & iudicia quæ ego do coram vobis hodie.
Cap.12. v.28. Cuſtodi, & audi omnia verba iſta quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filiis
tuis poſt te vſque in ſeculum, quum feceris quod bonum eſt & rectum in oculis Iehouæ Dei
tui.
Cap.28. v.1. Et erit, ſi audiendo audieris vocem Iehouæ Dei tui, vt cuſtodias faciendo omnia
præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie: tunc conſtituet te, Iehouáh Deus tuus ſuperio-
rem omnibus gentibus terræ.
2 Et venient ſuper te omnes benedictiones iſtæ, apprehendéntque te, ſi modò obedieris vo-
ci Iehouæ Dei tui.
3 Benedictus eris in vrbe ipſa, & benedictus eris in agro.
4 Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, & fructus iumenti tui, primogenitus
boum tuorum, & greges ouium tuarum.
5 Benedictum caniſtrum tuum, & conſperſio tua.
6 Benedictus eris quando ingredieris, & benedictus eris quando egredieris.
7 Dabit Iehouáh hoſtes tuos qui inſurrexerint in te, percuſſos coram te: per viam vnam e-
gredientur ad te, & per ſeptem vias fugient coram te.
8 Mandabit Iehouáh tecum benedictionem in horreis tuis, & in omni ad quod miſeris ma-
num tuam, & benedicet tibi in terra quam Iehouáh Deus tuus dat tibi.
9 Statuet te Iehouáh ſibi in populum ſanctum, quemadmodum iurauit tibi, quum cuſtodie-
ris præcepta Iehouæ Dei tui, & ambulaueris in viis eius.
10 Tunc intelligent omnes populi terræ quòd nomen Iehouæ inuocatum ſit ſuper te, & ti-
mebunt ſibi à te.
11 Et abundare faciet te Iehouáh in bonum, fructu ventris tui, & fructu iumenti tui, & fructu
terræ tuæ, ſuper terram quam iurauit Iehouáh Patribus tuis ſe daturum tibi.
12 Aperiet Iehouáh tibi theſaurum ſuum optimum, cælum, vt det pluuiam terræ tuæ in tem-
pore ſuo, & benedicat omni operi manus tuæ: & mutuabis gentibus multis, tu verò non ac-
cipies mutuum.
13 Ponétque te Iehouáh in caput, & non in caudam, eriſq; duntaxat ſurſum, & non deorſum,
quando obedieris præceptis Iehouæ Dei tui quæ ego præcipio tibi hodie vt cuſtodias & fa-
cias:
14 Neq; receſſeris ab omnibus verbis quæ ego præcipio vobis hodie, ad dextram aut ad ſini-
ſtram, eundo poſt deos alienos vt colatis eos.

A MI-

Digitized by Google

A MINIS.

*Exo.cap.*XXIII.*ver.*XX.

ECce ego mitto
Angelum coram
te, vt cuſtodiat te
in via. & introdu-
cat te in locũ quẽ
præparaui.
21 Caue à facie eius,
& obtempera voci
eius, ne exacerbes
eum: neque enim
parcet præuarica-
tioni veſtræ, nomẽ
meum in medio e-
ius.

*Leuit.cap.*XXVI.*ver.*XIV.

SI autem nõ audie-
ritis me, neq; fece-
ritis omnia præce-
pta iſta:
15 Et ſi decreta mea
ſpreueritis, & iudi-
cia mea abominata
fuerit anima veſtra,
ita vt non faciatis
omnia præcepta
mea, & irritum fa-
ciatis pactum meũ:
16 Etiam ego faciam
hoc vobis, Conſti-
tuam ſuper vos terrorem, tabem, & febrem
conſumentia oculos, & dolore afficientia
animam: fereti[s]q; fruſtra ſemen veſtrum:
nam comedent illud inimici veſtri.
17 Dabo præterea iram meam in vos, & cæ-
demini coram inimicis veſtris, dominabũ-
túrque vobis qui odio habent vos: fugietiſ-
que, & non erit perſequens vos.
18 Quòd ſi vſque ad hæc non audieritis me,
addam corripere vos ſepties propter pec-
cata veſtra.
19 Conterámq; ſuperbiã fortitudinis veſtrę,
ac dabo cęlum veſtrum ſicut ferrum, & ter-
ram veſtram ſicut æs.
20 Et conſumetur fruſtra fortitudo veſtra,
neq; dabit terra veſtra fructũ ſuũ, & arbo-
res regionis *veſtræ* nõ dabunt fructũ ſuum.
21 Si autem ambulaueritis mecum *in* caſu, &
nolueritis audire me: addam ſuper vos pla-
gam ſepties ſecundum peccata veſtra.
22 Immittámque in vos beſtiam agri, & orba-
bit vos, & ſuccidet iumentum veſtrum, ac
pauciores reddet vos, & deſolabuntur viæ
veſtræ.
23 Quòd ſi per hæc non recipiatis doctrinam
meam, ſed ambulaueritis mecum *in* caſu:
24 Ambulabo etiam ego vobiſcum in caſu,
& percutiam vos quoque ſepties propter
peccata veſtra.
25 Atq; inducam ſuper vos gladium vltorem
vltionis fœderis: congregabimini autẽ ad
vrbes veſtras, tũ mittam peſtilentiã in me-
dio veſtri, ac trademini manum inimici.
26 Dum confregero vobis baculũ panis, co-
quent decem mulieres panem veſtrũ in cli-
bano vno, reddéntq; panem veſtrũ in pon-
dere: comedetis autẽ, & non ſaturabimini.
27 Quòd ſi in hoc non audieritis me, ſed am-
bulaueritis mecum in caſu:
28 Incedã vobiſcũ cum ira caſus, & corripiam
vos etiã ego ſepties propter peccata veſtra.
29 Comedetiſq; carnem filiorum veſtrorum,
& carnem filiarum veſtrarum comedetis.

*Deut.cap.*IV.*verſ.*XXV.

QVum genueris filios & nepotes, & ſenue-
ritis in terra illa; corruperitis autem *vos*,
& feceritis ſculptile, imaginem cuiuſcũque
rei, atque *ita* feceritis malum in oculis Ieho-
uæ Dei veſtri, irritando illum.
26 Teſtor contra vos hodie cælum & terram,
quòd pereundo peribitis citò è terra ad quã
pergendo tranſituri eſtis Iardén, vt poſſidea-
tis eam: non protrahetis dies in ea, quia di-
ſperdendo diſperdemini:
27 Ac diſperget vos Iehouáh inter populos, &
relinquemini homines pauci numero in
gentibus ad quas deducet vos Iehouáh.
28 Seruietiſque ibi diis, operi manuum homi-
num, ligno & lapidi, quæ non vident, nec
audiunt, comedunt, nec odorantur.
29 Quòd ſi requiſieris illinc Iehouam Deum
tuum, tum inuenies, ſi requiſieris cum toto
corde tuo, & tota anima tua.
30 Quum fuerit tibi anguſtia, inuenerı́ntque
te omnia iſta: in nouiſſimis diebus ſi reuer-
ſus fueris ad Iehouam Deum tuum, & pa-
rueris voci eius:
31 (Quia Deus miſericors eſt Iehouáh Deus
tuus) non derelinquet te, nec diſperdet te,
neque obliuiſcetur pacti Patrum tuorum,
de quo iurauit illis.
CAP.7. V.10. Et reddens odio habenti ipſum
in faciem ei*, *ita* vt perdat eũ: neq; tardabit,
odio habẽti ipſum, in faciem eius reddet ei.
CAP.II.V.1. Dilige igitur Iehouam Deũ tuum,
& cuſtodi cuſtodiam eius, & ſtatuta eius, &
iudicia eius, & præcepta eius omnibus die-
bus.
2 Et ſcitote hodie (non enim cum filiis veſtris
loquor qui non nouerunt, neq; viderunt) ca-
ſtigationem Iehouæ Dei veſtri, magnitudi-
nem eius, manum eius validam, & brachium
eius extentum:
3 Et ſigna eius, & opera eius quæ fecit in me-
dio Ægypti ipſi Paróh regi Ægypti, & vni-
uerſæ terræ eius:
4 Et quæ fecit exercitui Ægyptiorum, equis
eius, & curribus eius: qui inundare fecit a-
quas maris Suph ſuper facies eorum, dũ vos
perſequerentur: & perdidit eos Iehouáh vſ-
que in hanc diem:
5 Quæ præterea fecit vobis in deſerto, donec
veniretis vſq; ad locum iſtum.
6 Et quæ fecit Dathán & Abirám filiis Eliáb,
filii Rubén, quando aperuit terra os ſuum,
& deglutiuit eos, dómóſq; eorum, ac taber-
nacula eorum, atque vniuerſam ſubſtantiã
quæ *erat* in pedibus eorum, in medio totius
Iſraelis.
7 Quandoquidem oculi veſtri viderunt o-
mnia opera Iehouæ magna quæ fecit.

Digitized by Google

30 Atque diſſipabo excelſa veſtra & ſuccîdam
imagines veſtras, ponámq; cadauera veſtra
ſuper cadauera idolorum veſtrorum,& ab-
ominabîtur vos anima mea.
31 Dabóque ciuitates veſtras *in* deſolationē,
ac deſolabo ſanctuaria veſtra, neq; odora-
bor odorem quietis veſtræ.
32 Deſolabo inquam ego terram,ita vt obſtu-
peſcant ſuper eam inimici veſtri qui habi-
tant in ea.
33 Vos autem diſpergam in Gentes, & euagi-
nabo poſt vos gladium: eritque terra veſtra
deſolata,& ciuitates veſtræ erunt deſtructæ.
34 Tūc perficiet terra ſabbatha ſua cūctis die-
bus quibus deſolata fuerit, vos autem *eritis*
in terra inimicorum veſtrorū: tunc *inquam*
requieſcet terra, & perficiet ſabbatha ſua.
35 Omnibus diebus quibus deſolata fuerit,
requieſcet: quia non requieuit in ſabbathis
veſtris dum habitaretis in ea.
36 Qui autem remanſerint ex vobis,inducam
teneritudinem in cor eorum in terris ini-
micorum ſuorum;& perſequetur eos ſonus
folii impulſi,& fugient fuga gladii,cadént-
que nemine perſequente.
37 Impingent autem alter in alterum tanquā
à facie gladii, nullo perſequente: neque erit
vobis reſiſtentia coram inimicis veſtris.
38 Et peribitis inter Gentes, & abſumet vos
terra inimicorum veſtrorum.
39 Et qui remanſerint ex vobis, diſſoluentur
propter iniquitatē ſuā in terris inimicorum
veſtrorū,atq; etiam propter iniquitates pa-
trum ſuorum,cum eis *inquam* diſſoluentur.
40 Donec confiteantur iniquitatem ſuam,&
iniquitatem patrum ſuorum,iuxta prçuari-
cationem ſuam qua præuaricati ſunt in me:
& etiam quòd ambulauerint mecū in caſu:
41 *Quòd* etiā ego ambulauerim cum illis in ca-
ſu, & induxerim eos in terram inimicorum
ſuorum: túncq; humilietur cor eorum in-
circumciſum,atq; ęquo animo ferant mul-
tam ſuam.
42 Tunc recordabor pacti mei *cum* Iaacób,&
etiam pacti mei *cum* Ishác, & inſuper pacti
mei *cum* Abrahám recordabor, terræ quo-
que memor ero.
43 Terra interim deſeretur ab eis, & perficiet
ſabbatha ſua quæ deſolata eſt propter illos:
& ipſi exoluent multam ſuam, eo quòd in-
quā iudicia mea ſpreuerint, & decreta mea
abominata ſit anima eorum.
44 Et tamen etiam hoc modo quum ipſi fue-
rint in terra inimicorū ſuorum,non repro-
baui eos,neq; abominatus ſum eos, vt con-
ſumerē eos, irritum faciēdo pactum meum
cum eis: ego enim Iehouáh Deus eorum.
45 Sed recordabor propter eos pacti priorū,
ego qui eduxi eos è terra Ægypti in oculis
Gentium,vt eſſem illis in Deum: ego Ieho-
uáh.

Cap.27.v.11. Præcepítque Moſeh, populo eo
die, dicendo,
12 Hi ſtabunt ad benedicēdum populo ſuper
montem Gerizím,quando tranſieritis Iar-
dén,Simón,& Leuí,& Iehudáh & Iſſachár,
& Ioſéph,& Biniamín.
13 Iſti verò ſtabunt ad benedictionē in mon-
te Ebál,Reubén,Gád,& Aſér,& Zebulún,
Dán,& Naphthalí.
14 Loquentur autem Leuitæ,ac dicent ad o-
mnem virum Iſraél voce excelſa.
15 Maledictus vir ille qui fecerit ſculptile, &
conflatile,abominationē Iehouę,opus ma-
nuū artificis,& poſuerit in abſcōdito,& re-
ſpondebūt vniuerſus populꝰ,ac dicēt,Amē.
16 Maledictus qui vilipēdit patrē ſuū aut ma-
trē ſuam:& dicet vniuerſus populꝰ, Amen.
17 Maledictus qui transfert terminum pro-
ximi ſui: & dicet vniuerſus populꝰ, Amen.
18 Maledictus qui aberrare facit cæcū in via:
& dicet vniuerſus populus,Amen.
19 Maledictus qui peruertit iudicium pere-
grini, pupilli, & viduæ: & dicet vniuerſus
populus, Amen.
20 Maledictus qui coierit cum vxore patris
ſui:quia diſcooperuit oram patris ſui:& di-
cet vniuerſus populus, Amen.
21 Maledictus qui coierit cū quouis animali:
& dicet vniuerſus populus,Amen.
22 Maledictus qui coierit cum ſorore ſua, fi-
lia patris ſui vel filia matris ſuæ: & dicet v-
niuerſus populus,Amen.
23 Maledictus qui coierit cum ſocru ſua: &
dicet vniuerſus populus,Amen.
24 Maledictus qui percuſſerit proximū ſuum
abſcōditè: & dicet vniuerſus populꝰ, Amē.
25 Maledictus qui acceperit munus vt percu-
tiat *plaga* animæ, ſanguinem innocentem:
& dicet vniuerſus populus,Amen.
26 Maledictus qui non ſtatuerit verba Legis
iſtius faciendo illa: & dicet vniuerſus po-
pulus, Amen.
Cap.28.v.15 Contrà, ſi non obedieris voci Ie-
houæ Dei tui, vt cuſtodias faciendo omnia
præcepta eius, & ſtatuta eius quæ ego præ-
cipio tibi hodie,venient ſuper te omnes ma-
ledictiones iſtæ, & apprehendent te.
16 Maledictus eris in vrbe ipſa, & maledictus
in agro.
17 Maledictū caniſtrū tuū,& conſperſio tua.
18 Maledictus fructus ventris tui & fructus
terræ tuæ, primogenitum boum tuorum,
& greges ouium tuarum.
19 Maledictus eris quando ingredieris,& ma-
ledictus quando egredieris.
20 Mittet Iehouáh in te maledictionem,cō-
tritionē,& perditionem in omni quod tra-
ctaueris & feceris,donec delearis,& pereas
velociter propter malitiam operum tuorū
per quæ dereliquiſti me.

21 Adiun-

Digitized by Google

21 Adiunget Iehouáh tibi peſtilentiam, donec conſumat te de terra ad quam tu ingrederis
vt poſſideas eam.
22 Percutiet te Iehouáh phthiſi,& febre,& ardore,& æſtu,& gladío,& ariditate,& rubigíne,&
perſequentur te donec pereas.
23 Eruntq; cæli tui qui ſunt ſupra caput tuum,ærei: & terra quæ eſt ſubter te,ferrea.
24 Dabit Iehouáh pluuiam terræ tuæ puluerem & cinerem: è cælis deſcendet ſuper te, donec
diſperdaris.
25 Dabit te Iehouáh cæſum coram inimicis tuis: per viam vnam egredieris ad illum,& per ſe-
ptem vias fugies coram eo,eriſq; in commotionem omnibus regnis terræ.
26 Erit præterea cadauer tuum eſca omni volucri cæli & animali terræ, nec erit terrens.
27 Percutiet te Iehouáh vlcere Ægypti,& morbis ani,& ſcabie,& prurigine,quibus non poſſis
curari.
28 Percutiet te Iehouáh amentia,& cæcitate,& ſtupore cordis.
29 Palpabiſq; in meridie,quemadmodum palpat cæcus in caligine,neq; ſecundabis vias tuas:
& eris tantummodo oppreſſus & direptus omnibus diebus,nec erit ſeruator.
30 Vxorem deſponſabis, & vir alius dormiet cum ea: domum ædificabis, & non habitabis in
ea: vineam plantabis, & non communem facies eam.
31 Bos tuus mactabitur in oculis tuis, & non comedes ex eo: aſinus tuus rapietur à facie tua,
nec reuertetur ad te: pecudes tuæ tradentur inimicis tuis, nec erit tibi ſeruator.
32 Filii tui & filiæ tuæ tradentur populo alteri, & oculi tui videbunt, ac deficient propter illos
tota die: nec erit fortitudo in manu tua.
33 Fructum terræ tuæ & omnem laborem tuum comedet populus quem non noueras: & eris
tantummodo oppreſſus & confractus omni tempore:
34 Et obſtupeſces propter ea quæ videbunt oculi tui.
35 Percutiet te Iehouáh vlcere peſſimo in genibus & in coxis, ita vt non poſſis curari,à planta
pedis tui vſque ad verticem tuum.
36 Abducet Iehouáh te & Regem tuum quem conſtitues ſuper te, ad gentem quam non noſti
tu & patres tui,coléſq; ibi deos alienos,lignum & lapidem.
37 Et eris in ſtuporem,& parabolã, & fabulam omnibus populis ad quos deducet te Iehouáh.
38 Semen multum educes *ad* agrum,& parum colliges: quia abſumet illud locuſta.
39 Vineas plantabis,& coles,& vinum non bibes,neq; colliges: quia deuorabit illud vermis.
40 Oliuæ erunt tibi in omni termino tuo,at oleo non vnges te: quia decidet oliua tua.
41 Filios & filias generabis, & non erunt tibi: quia ibunt in captiuitatem.
42 Omnem arborem tuam,& fructum terræ tuæ abſumet locuſta.
43 Peregrinus qui eſt in medio tui aſcendet ſuper te ſupernè,ſupernè:& tu deſcendes infernè,
infernè.
44 Ipſe mutuabit tibi,& tu non mutuabis ei: ipſe erit in caput, & tu eris in caudam.
45 Venient autem ſuper te omnes maledictiones iſtæ, téq; perſequentur,& apprehendent te,
donec diſperdaris: eo quòd non obedieris voci Iehouæ Dei tui,cuſtodiendo præcepta eius,
& ſtatuta eius quæ præcepit tibi.
46 Et erunt ex te in ſignum & in portentum,& in ſemine tuo vſq; in ſeculum:
47 Propterea quòd non coluiſti Iehouam Deum tuum in lætitia, & in hilaritate cordis, pro-
pter abundantiam omnium rerum.
48 Et ſeruies inimicis tuis quos immiſerit Iehouáh contra te, in fame,& ſiti, & nuditate, & pe-
nuria omnium rerum: ponétq; iugum ferreum ſuper collum tuum, donec diſperdat te.
49 Adducet Iehouáh aduerſum te gentem à longinquo,ab extremo terræ,quemadmodum vo-
lat aquila, gentem *inquam* cuius non intelliges linguam.
50 Gentem robuſtam facie, quæ non eleuabit faciem ad ſenem,nec puero parcet:
51 Et deuorabit fructum iumenti tui, & fructum terræ tuæ, donec diſperdaris: quæ non re-
linquet tibi frumentum,vinum nouum,& oleum,*nec* primogenitum boum tuorũ,nec gre-
ges ouium tuarum,donec perdat te.
52 Et obſidebit te in omnibus vrbibus tuis,donec corruant muri tui excelſi & muniti, quibus
tu fidis, in tota terra tua, & obſidebit te in omnibus vrbibus tuis, in omni terra tua quã de-
dit Iehouáh Deus tuus tibi.
53 Et comedes fructum vteri tui, carnem filiorum tuorum & filiarum tuarum,quos dedit tibi
Iehouáh Deus tuus, in obſidione,& coartatione qua coartabit te inimicus tuus.
54 Viri teneri apud te & delicati valde,malignus erit oculus in fratrem ſuum, & in vxorem ſi-
nus ſui,& in reliquos filios ſuos reliquos fecerit:
55 Ne det cuiquã illorum de carne filiorum ſuorum quos comedet:eo quòd non reliquerit illi
aliud in obſidione,& coartatione qua coartabit te inimicus tuus in omnibus vrbibus tuis.
56 Teneræ apud te & delicatæ,quæ non tentauit plantã pedis ſui ſtatuere ſuper terram,præde-

Digitized by Google

liciis & teneritudine, malignus erit oculus in virum ſinus ſui, & in filiũ ſuum, & in filiã ſuam,
57 Et in ſecundas ſuas quæ egrediuntur de inter pedes eius, & in filios ſuos quos pepererit: quia comedet eos prę egeſtate omnium rerum clàm, in obſidione & coartatione qua coartabit te inimicus tuus in vrbibus tuis.
58 Niſi cuſtodieris vt facias omnia verba Legis iſtius quæ ſcripta ſunt in libro iſto, vt timeas nomen glorioſum & terribile iſtud, Ichouam Deum tuum:
59 Augebit mirum in modum Ichouáh plagas tuas, & plagas ſeminis tui, plagas magnas & perſeuerantes, & infirmitates peſſimas ac perſeuerantes:
60 Conuertétq; in te omnem infirmitatem Ægypti à quibus timuiſti tibi, & adhærebunt tibi.
61 Omnem etiam infirmitatem, & omnem plagam quæ non eſt ſcripta in libro Legis huius, inducet Ichouáh ſuper te, donec tu perdaris.
62 Et relinquemini cum viris paucis pro eo quòd eratis ſicut ſtellæ cæli in multitudinẽ: quia non obediſti voci Ichouæ Dei tui.
63 Erit præterea, quemadmodum lætatus eſt Ichouáh ſuper vos, benefaciendo vobis, & multiplicando vos: ſic lætabitur Ichouáh ſuper vos, perdendo & delendo vos, euelleminíque è terra ad quam ingredimini vt poſſideatis eam.
64 Et diſperget te Ichouáh in omnes populos, ab *vno* extremo terræ vſque ad *alterum* extremum terræ: coléſque ibi deos alienos quos non noſti tu, neq; patres tui, lignum & lapidem.
65 Neq; in Gentibus ipſis requieſces, neq; erit requies plantæ pedis tui: dabit item illic Ichouáh tibi cor pauidum, & defectum oculorum, & mœrorem animi.
66 Et erit vita tua ſuſpenſa tibi e regione, ac pauebis nocte & die, neq; credes vitæ tuæ.
67 Manè dices, Quis dabit veſperam? & in veſpera dices, Quis dabit manè? præ pauore cordis tui quo pauebis, & præ viſione oculorum tuorum quam videbis.
68 Reducetq; te Ichouáh in Ægyptum in nauibus per viam de qua dixi tibi, Non addes adhuc vt videas illam: & vendetis vos illic inimicis veſtris in ſeruos & in ancillas, & nõ erit qui emat.
CAP. 29. v. 1. Hæc ſunt verba pacti quæ præcepit Ichouáh ipſi Moſéh, vt pangeret cum filiis Iſraél in terra Moáb, præter pactum quod pepigit cum eis in Horéb.
2 Vocauit itaq; Moſéh vniuerſum Iſraelẽ, & dixit eis, Vos ipſi vidiſtis omnia quæ fecit Ichouáh in oculis veſtris in terra Ægypti, ipſi Paróh & omnibus ſeruis eius, & vniuerſæ terræ eius,
3 Tentationes magnas quas viderunt oculi tui, ſigna & portenta magna illa:
4 Neq; tamen dedit Ichouáh vobis cor ad intelligendum, & oculos ad videndum, & aures ad audiendum, vſque in hanc diem.
5 Et deduxi vos quadraginta annis per deſertum: non inueterauerunt veſtimenta veſtra ſuper vos & calceamentum veſtrum non veterauit ſuper pedem veſtrum.
6 Panem non comediſtis, neque vinum & ſechár bibiſtis: vt intelligatis quòd ego Ichouáh *ſum* Deus veſter.
7 Et perueniſtis ad locum iſtum: egreſſúſq; eſt Sidón rex Hesbón, & Og rex Baſán in occurſum noſtrum ad bellum, & percuſſimus eos:
8 Et tulimus terram ipſorum, tradidimúſque eam in hæreditatem Reubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Menaſſæ:
9 Cuſtodiatis igitur verba pacti iſtius, & facite ea, vt ſecundetis omnia quæ facturi eſtis.
10 Vos aſtatis hodie omnes vos coram Ichouáh Deo veſtro, principes veſtri tribuum veſtrarum, ſeniores veſtri, & præfecti veſtri, omnes viri Iſraél:
11 Paruuli veſtri, vxores veſtræ, & peregrini tui, qui habitant in medio caſtrorum tuorum, à cæſore lignorum tuorum vſq; ad haurientem aquas tuas:
12 Vt tranſeas in pactum Ichouæ Dei tui, & in iuſiurandũ eius, quod Ichouáh Deus tuus pangit tecum hodie:
13 Vt ſtatuat te hodie ſibi in populum, & ipſe ſit tibi in Deum, quemadmodum loquutus eſt tibi, & quemadmodum iurauit Patribus tuis, Abrahám, Ishác, & Iacób.
14 Neq; vobiſcum ſolis pango pactum iſtud, & iuſiurandum iſtud:
15 Sed cum eo qui eſt hìc nobiſcum hodie.
16 Vos enim noſtis quomodo habitauimus in terra Ægypti, & quomodo tranſiuimus per medium gentium quas tranſiſtis:
17 Et vidiſtis abominationes earum, & idola earum, lignum & lapidem, argentum & aurũ, quę *ſunt* apud illas:
18 Ne fortè ſit inter vos vir, aut mulier, aut familia, aut tribus, cuius cor auertat ſeſe hodie à Ichouáh Deo noſtro, vt vadat ad colendum deos gentium harum: ne fortè ſit in vobis radix *aliqua* fructificans venenum, & abſinthium:
19 Sitq;, quum ipſe audierit verba maledictionis huius; vt benedicat ſibi in corde ſuo, dicendo, Pax erit mihi, etiamſi in cogitatione cordis mei ambulauero: vt addat ebriam ſitienti.
26 Non

Digitized by Google

20 Non vult Iehouáh parcere illi, quia tunc fumabit furor Iehouę, & zelus eius in eum virum: & recubabit in eo omnis maledictio quæ ſcripta eſt in libro iſto, & delebit Iehouáh nomen eius de ſuo cælo:
21 Et ſeparabit eam Iehouáh in malum, ab vniuerſis tribubus Iſraelis, iuxta omnes maledictiones pacti ſcripti in hoc libro Legis.
22 Et dicet generatio poſterior, filii veſtri qui ſurgent poſt vos, & alienigena qui veniet è terra longinqua, quum viderint plagas terræ huius, & infirmitates eius, quibus ægrotare fecerat Iehouáh in ea:
23 (*Nam* ſulphur, & ſal, & combuſtio totum ſolum eius: non ſeretur, neq; germinabit, neq; aſcendet in ea vlla herba, vt in ſubuerſione Sedóm, & Amoráh, Admáh, & Seboiim, quas ſubuertit Iehouáh in furore ſuo & in ira ſua.)
24 Dicēt inquā oēs gētes, Quare fecit Iehouáh ſic terræ huic? quæ eſt ira furoris magni iſtius?
25 Et dicent, Eo quòd dereliquerunt pactum Iehouæ Dei Patrum ſuorum, quod pepigit cum eis quum educeret eos è terra Ægypti.
26 Et abeuntes coluerunt deos alienos, incuruauerúntq; ſe eis, deos *inquam* quos non nouerant, & qui nihil impertiti fuerant illis.
27 Et iratus eſt furor Iehouæ in terram ipſam, vt induceret ſuper eam omnem maledictionem ſcriptam in hoc libro.
28 Extirpauítq; eos Iehouáh è terra ipſorum in ira, & indignatione, & furore magno, & proiecit eos in terram aliam, ſicut hodie.
29 Abſcondita Iehouæ Dei noſtri *ſunt*: & reuelata noſtra ſunt & filiorum noſtrorum vſque in ſeculum, vt faciamus omnia verba Legis huius.
Cap. 30 v. 1 Erit autem quum euenerint tibi omnia verba hæc, benedictio & maledictio quas appoſuit tibi, & reduxeris ad cor tuū in cūctis gētibus ad quas expulerit te Iehouáh Deus tu⁹:
2 Et conuerſus fueris ad Iehouam Deum tuum, obedierísq; voci eius per omnia, vt ego præcipio tibi hodie, tu & filii tui tot o corde tuo & tota anima tua:
3 Tum reducet Iehouáh Deus tuus captiuitatem tuam, & miſerebitur tui, & conuerſus congregabit te de cunctis populis ad quos diſperſerit te Iehouáh Deus tuus.
4 Si fuerit expulſus tuus in extremo cæli, illinc congregabit te Iehouáh Deus tuus, & illinc accipiet te:
5 Reducétque te Iehouáh Deus tuus ad terram quam poſſederant Patres tui, ac poſſidebis eā: benefaciétq; tibi, & multiplicabit te magis quàm Patres tuos.
6 Et circuncidet Iehouáh Deus tuus cor tuum & cor ſeminis tui, vt diligas Iehouam Deum tuum toto corde tuo, & tota anima tua, propter vitam tuam.
7 Dabit autem Iehouáh Deus tuus omnes maledictiones iſtas ſuper inimicos tuos, & ſuper odio habentes te, qui perſequuti ſunt te.
8 Tu ergo reuertaris, & obedias voci Iehouæ, & facias omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie.
9 (Et abundare te faciet Iehouáh Deus tuus in omni opere manuum tuarum, in fructu ventris tui, & in fructu iumenti tui, & in fructu terræ tuæ in bonum, quoniam conuertetur Iehouáh vt lætetur ſuper te in bonum, quemadmodum lætatus eſt ſuper Patres tuos:
10 Si tamen obedieris voci Iehouæ Dei tui, cuſtodiendo præcepta eius, & ſtatuta eius, ſcripta in hoc libro Legis: quum conuerſus fueris ad Iehouam Deum tuum toto corde tuo, & tota anima tua.)
11 Nam hoc præceptum quod pręcipio tibi hodie, non eſt occultū à te, neq; remotum eſt.
12 Non in cœlo eſt vt dicas, Quis aſcendet *pro* nobis in cœlum, vt tollat illud nobis, & recitet nobis illud, vt impleamus illud?
& 14 Sed propinquum eſt tibi verbum valde in ore tuo & in corde tuo, vt facias illud.
15 Vide, propoſui tibi hodie vitam & bonum, mortem item & malum:
16 Quando ego præcipio tibi hodie vt diligas Iehouam Deum tuum, vt ambules in viis eius, & cuſtodias præcepta eius, & ſtatuta eius, & iudicia eius, vt viuas & multipliceris, benedicátq; tibi Iehouáh Deus tuus in terra ad quam ingrederis vt poſſideas eam.
17 Quòd ſi auerterit ſe cor tuum, & non audieris, & impellaris, & incuruaueris te diis alienis, coluerísque eos:
18 Denuntio vobis hodie quòd pereundo peribitis, non prolongabitis dies ſuper terram ad quam Iardén tranſmiſſo pergis, vt poſſideas eam.
19 Teſtor aduerſum vos hodie cælum & terram, *quòd* vitam & mortem propoſui, benedictionem, & maledictionem: deligas ergo vitam, vt viuas tu & ſemen tuum:
20 Vt diligas Iehouam Deum tuum, *&* vt obedias voci eius, adhæreáſq; illi: ipſe enim eſt vita tua, & longitudo dierum tuorum, vt habites ſuper terram quam iurauit Iehouáh Patribus tuis Abrahám, Ishác, & Iaacób, ſe daturum illis.

Digitized by Google

MOSAYCARVM
ET ROMANARVM
LEGVM COLLATIO.

EX INTEGRIS PAPINIANI, PAVLI, Vlpiani, Gaij, Modeſtini, aliorumq́ veterum Iuris auctorum libris ante tempora Iuſtiniani Imp. deſumpta.

EIVSDEM IMP. IVSTINIANI Nouellæ Conſtitutiones III.

IVLIANI Anteceſſoris C. P. Dictatum de Conſiliarijs.

EIVSDEM IVLIANI Collectio de contutoribus.

Ex bibliotheca P. PITHOEI I C. cuius etiam Notæ emendatiores adiectæ ſunt.

Digitized by Google

CLARISS. ATQVE AMPLISS. VIRO CHRISTOPHORO THVANO CELIO, EQVITI, REGNI CVRIAE PRÆSIDI PRIMARIO, ET SACRI CONSISTORII SENATORI, P. PITHOEVS S.

CVr has ad te veterum iuris auctorum reliquias vltro deferam, non vna cauſa eſt, Præſes ampliſſime, ſed ea maxime iuſta, quod quæ nonnullis fortaſſe contra Iuſtiniani principis interdictum in lucem prolata videbuntur, eas oportuit ſanctiore aliquo nomine defendi aduerſus ingratiſſimorum hominum aut calumnias, aut ineptias, qui vel diſſimulant, vel neſciunt, ab illo quidem comparationem modo & in iudiciis recitationem apud ſuos prohibitam, nos vero Romanarum legum maieſtatem ſic comiter conſeruare, vt tamen illis nihil in nos licere patiamur, niſi quod earum rationi & æquitati non auctoritati & ſanctioni concedimus. Cuius vero ad hanc defenſionem auguſtius nomen eligi potuit quàm tuum? quo demum Præſide purior hæc Iuriſprudentia vſu fori recepta eſt, quique iuris noſtri in ſummo iſto Galliæ tribunali ita clauum tenes, ita regis, vt quod ille olim vir maximus, tu ςόμα Senatus & quodammodo ἔμψυχος νόμος non immerito dici poſſis. Sed eſt & quod tu iure quodam tuo virilem tibi portionem vindicare queas in noſtris omnium operis quarum patronus es ſummus, aut potius pater quando tibi pietatis quam poteſtatis nomen gratius eſſe ſumma tua humanitas non obſcure ſuadet. Acceſſit & illa paterna quondam erga te obſeruantiæ recordatio, qua te nuper non leuiter affectum ſenſi, cùm patriæ noſtræ Hiſtoriæ particulam ea fronte exciperes, vt familiaris atque etiam amici quondam tui os, oculos, vultum, illam denique naturæ ſimilitudinem in filio non inlubenter recognoſcere videreris. Quæ res, vt verum fatear, animum ſic accendit meum, vt ab eo tempore optarim ſemper illum mihi diem dari quo & benignitati tuæ aliqua ſaltem ex parte reſpondere, & genere quodam officii teſtari poſſem illam me paternæ in te reuerentiæ hereditatem non tam creuiſſe, quàm continuatione quadam animi retinuiſſe. Accipies igitur hoc ab homine tibi tuiſque virtutibus addictiſſimo munus, non magnum illud quidem, ſed tale tamen quale tibi & per te publicæ vtilitati hoc tempore præſtare potuit, maiora fortaſſe aliquando præſtaturus ſi quem illi Deus boni ciuis animum erga Remp. dedit, eum ipſe pro ſua ſingulari clementia quibus poteſt modis confirmet, augeat, inſtruat, adiuuet, tueatur. Bene vale vir ampliſſime. Lutetiæ Pariſiorum Kalend. Octobr. M. D. LXXII.

INDEX TITVLORVM.

I. De Sicariis & homicidis caſu vel voluntate.
II. De atroci iniuria.
III. De iure & ſæuitia dominorum cohibenda.
IIII. De adulteris.
V. De ſtupratoribus.
VI. De inceſtis.
VII. De furibus & pœna eorum.
VIII. De falſo teſtimonio.
VIIII. De familiari teſtimonio non admittendo.
X. De depoſito.
XI. De abigeis.
XII. De incendiariis.
XIII. De termino moto.
XIV. De plagiariis.
XV. De Mathematicis, maleficis & Manicheis.
XVI. De legitima ſucceſſione.

*

Modeſtini Regula de teſtamentis.
Imp. Iuſtiniani Nouellæ Conſtitutiones.
I. De vſuris ſupra duplum non computandis.
II. De partiariis ſolutionibus vſurarum in duplum non computandis.
III. De alienatione rerum eccleſiæ Miſiæ relictarum pro captiuorum redemptione & alimentis pauperum.
Iuliani Anteceſſoris C P. De conſiliariis Dictatum.
Eiuſdem Iuliani Collectio de contutoribus.
Veteris cuiuſdam iuris auctoris fragmentum ex manuſcripto exemplari Cl. Puteani.
Petri Pithœi Notæ.

INCIPIT

Digitized by Google

INCIPIT LEX DEI QVAM DEVS PRAECEPIT AD MOYSEN.

I.

MOYSES DEI SACERDOS HÆC DICIT. *Si quis percuſſerit hominem ferro, & occiderit eum, morte moriatur. Sin autem manu lapideve quo mori poßit percuſſerit, & mortuus fuerit, homicida eſt: morte moriatur. Si autem per inimicitiam impulerit eum, vel immiſerit ſuper eum aliquod vas ex inſidiis, & mortuus fuerit: vel per iram percuſſerit eum manu & mortuus fuerit, morte moriatur.*

PAVLVS quoque libro quinto Sententiarum ſub titulo ad Legem Corneliam de ſicariis & veneficis, dicit. LEX Cornelia pœnam deportationis infligit ei qui hominem occiderit, eiuſque rei cauſa, furtive faciendi cum telo fuerit: & qui venenum hominis necandi cauſa habuerit, vendiderit, parauerit. falſumve teſtimonium dixerit quo quis periſſet, mortiſve cauſam præſtiterit. Quæ omnia facinora in honeſtiores pœna capitis vindicari placuit: humiliores verò aut in crucem tolluntur, aut beſtiis ſubiiciuntur.

VLPIANVS libro VII. de officio Proconſulis, ſub titulo De ſicariis & veneficis. CAPITE primo legis Corneliæ de ſicariis cauetur, VT IS PRÆTOR iudexve quæſtionis, cui ſorte obuenerit quæſtio de ſicariis, eius quod in vrbe Roma propius mille paſſus factum ſit, vti quærat cum iudicibus qui ei ex lege ſorte obuenerint, de capite eius qui cum telo ambulauerit hominis necandi furtive faciendi cauſa, hominemve occiderit, cuius id dolo malo factum fuerit. *& reliqua. Relatis verbis legis modo ipſe loquitur Vlpianus.* Hæc lex non omnem qui cum telo ambulauerit. punit: ſed eum tantum qui hominis necandi, furtive faciendi cauſa telum gerit. coercit, compeſcit. Item eum qui hominem occidit, coercit: nec adiecit cuius conditionis hominem, vt & ad ſeruum & peregrinum pertinere hæc lex videatur.

ITEM PAVLVS libro quo ſupra & titulo, dicit. HOMICIDA eſt, qui aliquo genere teli hominem occidit, mortiſve cauſam præſtitit.

ITEM de caſualibus homicidis MOYSES legaliter dicit. SI AVTEM *non per inimicitias immiſerit ſuper eum aliquod vas non inſidians, vel lapidem quo moriatur non per dolum, & ceciderit ſuper eum & mortuus fuerit ſi neq; inimicus eius, neq; quæſierit malefacere ei, iudicabitis inter eum qui percuſſerit & proximum mortui ſecundum iudicia hæc, & liberabitis percuſſorem.*

VLPIANVS libro & titulo qui ſupra relati. DISTINCTIONEM caſus & voluntatis in " homicidio ſeruari reſcripto Hadriani confirmatur. Verba reſcripti. ET qui hominem oc- " cidit, abſolui ſolet, ſcilicet ſi non occidendi animo id admiſit: & qui non occidit, ſed voluit oc- " cidere, pro homicida damnatur. E re itaque conſtituendum eſt * ex quo ferro percuſſit ipſa " funditus. Nam ſi gladium inſtrinxit, aut telo percuſſit, quid dubium eſt quin occidendi animo " percuſſerit? Si clapide percuſſit, aut cucuma, aut cum forte rixaretur, ferro percuſſit, ſed non " occidendi mente. Ergo hoc exquirite, & ſi voluntas occidendi fuit, vt homicidam ſeruum ſupplicio * cum iure iubete affici.

PAVLVS libro quinto titulo quo ſupra. QVI hominem occidit, aliquando abſoluitur: & qui non occidit, vt homicida damnatur. Conſilium enim vniuſcuiuſque, non factum punien-

dum eſt. Ideoque qui cum vellet occidere, caſu aliquo perpetrare non potuit, vt homicida punitur: & is qui caſu teli hominem inprudenter ferierit, abſoluitur. Quod ſi in rixa percuſſus homo fuerit, quoniam ictus quoque ipſos contra vnumquemque contemplari oportet, ideo humiliores in ludum aut metallum damnantur, honeſtiores dimidia parte bonorum multati relegantur.

ITEM GREGORIANVS libro IV. ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis, talem conſtitutionem ponit. IMPERATOR Antoninus A. Aurelio Herculano & aliis militibus. Frater veſter rectius fecerit ſi ſe Præſidi prouinciæ obtulerit: cui ſi probauerit non occidendi animo Iuſtam à ſe percuſſam eſſe, remiſſa homicidij pœna ſecundum diſciplinam militarem ſententiam proferet. Propoſita prid. Kl. Febr. Læto II. Conſ.

ITEM GREGORIANVS eodem titulo & libro talem conſtitutionem ponit. IMP. Alexander Aurelio Fauio, & aliis militibus. Si modo pro quo libellum dediſtis nō dolo præſtitit mortem minime perhorreſcat. Crimen quippe ita contrahitur ſi & voluntas occidendi intercedat. Ceterum ea quæ ex improuiſo caſu potius quàm fraude accidunt, fato plerumq; non noxæ inputantur. Prop. XIII. Kl. Aug. Alexandro Conſ.

ITEM GREGORIANVS eodem libro & titulo tale reſcriptum dedit.* quod ſi dominum. * Habe Agato KN. Qualitas precum Iull Antonini clementiam noſtram facile commouit: quippe quod aſſeueret homicidium ſe non voluntate ſed caſu fortuito feciſſe, cum calcis ictu mortis occaſio præbita videatur. Quod ſi ita eſt, neq; ſuper hoc ambigi poterit, omni cum metu ac ſuſpicione quod ex admiſſi diſcrimine ſuſtinet, ſecundum id quod adnotatione noſtra comprehēſum eſt, volumus liberari. Dat. prid. Kl. Dec. Dioclitiano A. IV. & Maximiano Conſſ.

VLPIANVS libro & titulo quo ſupra. CVM quidam per laſciuiam cauſam mortis præbuiſſet, comprobatum eſt factum Taurini Egnatl Proc. Bæticæ à Diuo Hadriano, quod eum in quinquennium relegaſſet. Verba Conſultationis & reſcripti ita ſe habent* em*. Inter Clodium, Optime Imperator, & Euariſtum cognouit, quod Clodius Lupi filius in conuiuio dum ſago iactatur, culpa Marii Euariſti ita male acceptus fuerit, vt poſt diem quintum moreretur. Ad quę apparebat nulla inimicitia cum Euariſti fuiſſet nec cupiditatis culpam coercendum credidit, vt ceteri eiuſdem ætatis iuuenes emendarentur. Ideoque Mario Euariſto vrbe Italia prouincia Bæticæ in quinquennium interdixit: decreuit & impendi cauſa duo milia patri eius perſolueret Euariſtus, quod manifeſta eius fuerat paupertas, vel res. Verba reſcripti. Pœnam MarI Euariſti recte EGN. Taurine moderatus es ad modum culpæ. Refert enim & in maioribus delictis conſulto aliquid admittatur, an caſu. Et ſane in omnibus criminibus diſtinctio hæc pœnam aut* iuſtitiam prouocare debet, aut temperamentum admittere.

MODESTINVS libro differentiarum ſexto, ſub titulo de ſcientibus & ignorantibus, generaliter loquitur. NONNVNQVAM per ignorantiam delinquentibus iure ciuili venia tribui ſolet, ſi modo rem facti quis non iuris ignoret, quæ ſcilicet conſilio delinquentibus præſtari non ſolet. Propter quod neceſſarium eſt, addita diſtinctione conſiderare vtrum ſciente an ignorante aliquo quid geſtum proponatur. *& reliqua.*

PAVLVS libro & titulo quo ſupra. QVI telum tutandæ ſalutis cauſa geret, non videatur hominis occidendi cauſa portare. Teli autem appellatione non tantum ferrum continetur, ſed omne quod nocendi cauſa portatum eſt.

EXPLICIT TITVLVS DE SICARIIS & homicidiis caſu vel voluntate.

INCIPIT DE ATROCI INIVRIA.

II.

MOYSES DICIT.

SI AVTEM *contenderint duo viri, & percuſſerit alter alterum lapide aut pugno, & non fuerit mortuus, decubuerit autem in lectulo, & ſi ſurgens ambulauerit homo foris in baculo, ſine crimine erit ille qui eum percuſſerat: præter acceſſionis mercedem dabit ei & medico inpenſas curationis.*

VLPIANVS libro regulari ſub titulo De iniuriis. INIVRIA ſi quidem atrox, ideſt grauis rerum non ſine iudicis arbitrio æſtimatur. Atrocem autem æſtimare ſolere Prætorem, * adq; collegi ex facto, vt puta ſi verberatus vel vulneratus fuerit. *& reliqua.*

PAPIANVS libro definitionum ſecundo ſub titulo De iudicatis. PER hominem liberum noxiā deditū ſi tantum adquiſitum ſit quantū damnum dedit, manumittere cogendus eſt

à Prætore

Digitized by Google

à Prætore qui noxæ deditum accepit. ſed fiduciæ iudicio non tenetur.

VLPIANVS libro XIX. ad edictum, ſub titulo, Si fatebitur iniuria occiſum eſſe in ſimplũ. *& cum diceret.* RVPISSE eum vtiq; accipiemus qui vulnerauit, vel virgis, vel loris, vel pugnis cedit, vel telo cum aliovis genere cederet hominis corpus, * vel tumorem fecerit, vel ita demũ ſi damnum datum eſt. De cetero ſi in nullo ſeruum pretio viliorem deterioremve fecerit, ad Aquiliam ceſſat, iniuriarumq; erit agendum. Ergo & ſi pretio quidem non ſit deterior factus ſeruus, verum ſumptus in ſalute eius & ſanitate facti ſunt, in hæc nec mihi videtur damni * Aquilia lege poſſe.

PAVLVS libro ſingulari & titulo De iniuriis. GENERALITER dicitur iniuria omne quod non iure fit. Specialiter alia eſt contumelia quam Græci * ΑΔΙΚΙΑΝ vocant. Nam cum Prætor noſter aduerſum nos pronunciaret, iniuriam nos accepiſſe dicimus. Vnde apparet non verum eſſe quod Labeo putabat, apud Prætorem iniuriam ΥΒΡΙΝ duntaxat ſignificare. * communem omnibus enim iuris eſt, quod ſemper aduerſus bonos mores fit, idque non fieri alicuius intereſt. Hoc edictum ad eam iniuriam pertinet quæ contumeliæ cauſa fit. Fit autem iniuria vel in corpore, dum cedimur: vel verbis, dum conuitium patimur: vel cum dignitas læditur, vt cum matronæ vel prætextatæ comites abducuntur. Iniuriarũ actio aut legitima eſt, aut honoraria. legitima ex lege duodecim tabularum, QVI iniuriam alteri facit quinq; & viginti ſeſtertiorum pœna ſubit. quæ lex generalis fuit libero treecentos ſeruos CL pœnam ſubito ſextertiorum. * *

IDEM PAVLVS eodem libro ſingulari, ſub titulo Quemadmodũ iniuriarum agatur. QVI autem iniuriarum in quid aget, certum dicat quid iniuriæ factum ſit, & taxationem ponat non minorem quàm quanti vadimonium fuerit. Certum dicit qui ſuo nomine demonſtrat iniuriam, neq; ita vt per diſiunctionem hoc aut illud accidiſſe comprehendat, ſed vt neceſſe habeat aut vnam nomini ſuo rem deſtinare, aut plures ita complecti vt omnes eas accidiſſe cogatur probare. Certum autem an incertum dicat, cognitio ipſius Prætoris eſt. Demonſtrat autem hoc loco Prætor non vocem agentis, ſed qualem formulam edat. Certum non dicit qui dicit pulſatum, ſi ſit verberatus. ſed & partem corporis demonſtrat, & quem in modum, pugno puta, an fuſte, an lapide, ſicut formula poſita eſt, QVOD AVLI AGERII PVGNO MOLA PERCVSSA EST. Illud non cogitur dicere, dextra an ſiniſtra, nec qua manu percuſſit. Ita ſi dicat infamatum ſe eſſe, debet adiicere quemadmodum infamatus ſit. Sic enim & formula concepta eſt, QVOD NVMEDIVS NIGIDIVS ILLVM INMISIT AVLO AGERIO INFAMANDI CAVSA.

PAVLVS libro Sententiarum ſub titulo ad legem Corneliam de ſicariis & veneficiis. CAVSA mortis idonea non videtur, cum læſus homo poſt aliquos dies officium diuturnæ vitæ retinens deceſſit, niſi forte fuerit ad necem cæſus, aut lætaliter vulneratus.

INCIPIT DE IVRE ET SÆVITIA DOMINORVM.

III.

MOYSES DICIT.

SI * QVIS *percuſſerit ſeruum aut ancillam virga, & mortuus fuerit in manibus eius, iudicio vindicetur. Quod ſi ſuperuixerit die vno, aut duobus, non vindicabitur. pretium enim ipſius eſt.*

PAVLVS libro Sententiarum ſub titulo ad legem Corneliam de ſicariis & veneficiis. *dicit.*

SERVVS ſi plagis defecerit, * niſi id dolo fiat, dominus homicidij reus non poteſt poſtulari. Modum enim caſtigandi & in ſeruorum cohercitione placuit temperari.

VLPIANVS libro octauo de officio Proconſulis, ſub titulo De dominorum ſæuitia. * Si dominus in ſeruum ſæuierit, vel ad pudicitiam turpemq; violationem conpellat, quæ ſint partes Præſidis ex reſcripto Diui Pij ad Aurelium Marcianum Proconſulem Bæticæ manifeſtatur: Cuius reſcripti verba hæc ſunt. * Dominorum quidem poteſtatem in ſeruos ſuos inlibatã eſſe oportet, nec cuiquam hominum ius ſuum detrahi. Sed dominorum intereſt ne auxilium contra ſæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam denegetur iis qui iuſte deprecantur. Ideoque cognoſce de querellis illorum qui ex familia Iuli Sabini ad ſtatuam confugerunt, & ſiue durius habiti quàm æquum, * vel infamiæ iniuria adfectos cognoueris, venire iube, vt in poteſtatem Sabini non reuertantur. Quod ſi meæ conſtitutioni * fraudem fecerit, ſciet me admiſſum ſeuerius exſecuturum. Diuus etiam Adrianus Vmbram quandam matronam in quinquenniũ relegauit, quod ex leuiſſimis cauſis ancillas atrociſſime tractaret. Item Diuus Pius ad libellum

Digitized by Google

» Alfi Ieli reſcripſit hæc verba. Seruorum obſequium non ſolum imperio, ſed & moderatione, & » ſufficientibus præbitis, & iuſtis operibus contineri oportet. Itaque & ipſe curare debet iuſte ac » temperate & vos tractare vt & facili requirere eo poſſit, niſi apparuerit vel in parente impen- » diis eſſe, vel atrociorem dominationem ſæuitiam exercere neceſſe habeat Pro conſ. v. c. ne quid » tumultuoſius contra accidat, præuenire ſe. & ex mea iam auctoritate ad alienandos eos conpel- » lere. Grauione & Romulo Conſs.

Gregorianvs libro xviii. ſub titulo De accuſationibus. Impp. Dioclitianvs & Maximianus Auguſti Aurelio Sacrato militi. Cum ſeruum tuum vi ægritudinis grauiter oppreſſum fati munus impleſſe proponas, propter immoderatam caſtigationem calumniæ cauſationem emergere, * innotitiæ ratio, cuius fiduciam geris, non permittit. Prop. Non Decemb. Dioclitiano A. III. & Ariſtone Conſs.

EXPLICIT TITVLVS DE DOMINO-rum ſæuitia cohibenda.

INCIPIT DE ADVLTERIO. IIII.

Moyses dixit.

Qvicvnqve *mœchatus fuerit cum muliere proximi ſui, morte moriatur qui mœchatus fuerit & quæ mœchata fuerit. Quod ſi aliquis ſeduxerit virginem non deſponſatam & ſtuprauerit eam, ducat eam ſibi in vxorem. Quod ſi renuerit pater eius, & noluerit eam dare illi in vxorem, pecuniam inferet patri in quantam eſt dos virginis.*

Pavlvs libro ſingulari de adulteriis ſub titulo. Brevem interpretationem de adulteris cohercendis facturus per ipſa capita ire malui, ordinemq; legis ſeruare. Et quidem primũ caput legis Iuliæ de adulteriis prioribus legibus pluribus abrogat. Secundo vero capite permittit pater filias ſuas quas in poteſtatẽ habet, vt in ea quę auctore cum in poteſtate eſſet viro in manũ conuenerit, adulterum domui ſuæ generive ſui deprehenderit, in quem eam rem ſocerum adhibuerit, vt is pater cum adulterũ ſine fraude occidat, ita vt filiam in continenti occidat. * Inuidia autem filia qui adulterum deprehenſum occiderit, & in continenti filiam, licito iure hoc factum Marcellus libro xxxi. Digeſtorum ſcribit. Auctoritate quoq; pater poſſe interficeret vel Cons. virum vel patronum ſuum in filiam adulterum deprehenderit, eodem libro Marcellus probat. Sed ſi filiam non interfecerit ſed ſolum adulterum, homicidij reus eſt. Si ex interuallo filiam interfecerit, tantundem eſt, niſi perſequutus interfecerit. Continuatione enim animi videtur legis auctoritate feciſſe.

Idem Pavlvs eodem ſingulari libro & titulo. Certæ autem enumerantur perſonæ, quas viro liceat occidere in adulterio deprehenſa vxore, quamvis vxorem non liceat. Ergo ſecundum leges viro etiam filio familias permittitur etiam domi ſuæ deprehenſum adulterũ interficere ſeruum, & eum qui auctoramento rogatus eſt ad gladium, vel etiam illum qui operas ſuas vt cum beſtiis pugnaret, locauit. Sed & iudicio publico damnatũ licere interficere in adulterio deprehenſum, vel libertinum vel ſuum vel paternum, & tam ciuem Romanum quam Latinum. Sed & patris & matris, & filij & filiæ libertum permittitur occidere: quo loco & deditius haberetur. Debet autem profiteri apud eum cuius iuriſdictio eſt eo loco vbi occidit, & vxorem dimittere. Quod ſi non fecerit, inpune non interficit. Sciendum eſt autem Diuum Marcum & Commodum reſcripſiſſe, eum qui adulterum inlicitè interfecerit, leuiori pœna puniri. Sed & Magnus Antoninus pepercit eis qui adulteros inconſulto calore ducti interfecerunt. *& reliqua.*

Idem Pavlvs eodem libro ſingulari & titulo. Ivre mariti vel patris qui accuſat, poteſt ſine calumniæ pœna vinci: ſi iure extranei accuſat, poteſt calumniæ pœna puniri, ſed tantum poſt duo menſes, Intra quatuor menſes vtiles expertus, licet talis ſit qui alias accuſare non poſſit, vt libertinus, aut minor vigintiquinq; annorum, aut infamis, tamen ad accuſationẽ admittitur, vt & Papianus libro xv. ſcripſit.

Papianvs libro xv. reſponſorum ſub titulo ad legem Iuliam de adulteris. Civis Romanus qui ſine connubio ſibi peregrinam in matrimonio habuit, iure quidem mariti eam adulteram non poſtulat, ſed ei non opponetur infamia, vel quod libertinus rem ſeſtertiorum triginta milium aut filium non habuit, propriam iniuriam perſequenti.

Pavlvs libro ſingulari & titulo quo ſupra. In vxorem adulterium vindicatur iure mariti, non etiam ſponſam. Seuerus quoq; & Antoninus ita reſcripſerunt.

Papianvs libro ſingulari de adulteriis. Qværebatvr an pater emancipatam filiam iure patris accuſare poſſit. Reſpondit. Occidendi quidem facultatem Lex tribuit eam

filiam

Digitized by Google

filiam quam habet in poteſtatem, aut eo auctore in manum conuenit: ſed accuſare iure patris ne quidem emancipatam filiam pater prohibetur.

Papianvs eodem ſingulari & titulo. Cvm patri lex Regia dederit in filiam vitæ neciſq; poteſtatem, quod bonum fuit lege comprehendi, vt poteſtas fieret etiam filiam occidendi, velſem mihi reſcribere. nam ſcire cupio. Reſpondit. Numquid ex contrario præſtat nobis argumentum hæc adiectio vt non videatur lex non habenti dediſſe, vt videatur maiore æquitate ductus adulterum occidiſſe, cum nec filiæ pepercerit.

Idem. Si pater qui adulterum occidit, & filiæ ſuæ pepercit, quæro quid aduerſus eum ſit ſtatuendum? Reſpondit. Sine dubio iſte pater homicida eſt. Igitur tenebitur lege Cornelia de ſicariis. Plane ſi filia non voluntate patris, ſed caſu ſeruata eſt non minimam habebit defenſionem pater, quod forte filiam* Nam lex ita punit homicidam ſi dolo malo homicidium factum fuerit. Hic autem pater non ideo ſeruauit filiam quia voluit, ſed quia occidere eam non potuit.

Papianvs idem. Si maritus vxorem ſuam in adulterio deprehenſam occidit, an in legē de ſicariis incidit, quæro. Reſpondit. Nulla parte legis marito vxorē occidere conceditur. Quare ea parte contra legem feciſſe eum non * dubitantur non ambigitur. Sed ſi de pœna tractas* non his quæ aliquid eius honeſtimo calori permittetur, ambigitur. Sic dicit non dubitantur, vt non quaſi homicida puniatur capite vel deportatione, ſed vſq; ad *xitium pœna eius ſtatuitur.

Item sic. De mancipiis alterius marito vel parte accuſante quæſtionem habendā palam eſſe: An idem extraneo accuſatori permitti debeat, quæro. Reſpondit. Poteſt videri ea ratio fuiſſe permittendi iſtis perſonis de ſeruis quæſtionem habere, vt diligentius dolorem animi ſui, item iniuriam lecti & domus, non translaticie perſequerentur. Sed quoniam non facile tale delictum ſine miniſterio ſeruorum admitti creditum eſt, ratio eo perduxit, vt etiam extraneo accuſante mancipia quæſtioni tormentorum ſubiicerentur à iudicibus.

Pavlvs libro * Sententiarum ſub titulo de adulteriis. Permittitvr tam adoptiuo quàm naturali patri, adulterum cum filia cuiuſq; dignitatis domi ſuæ vel generi ſui deprehenſum ſua manu occidere. Filiusfamiliæ pater ſi filiam in adulterio deprehenderit, verbis quidem legis prope eſt vt non poſſit occidere, permittitur tamen etiam ei vt occidat. Maritus in adulterio deprehenſos non alios quàm infames & eos qui corpore quæſtum faciunt, ſeruos etiam & liberos, excepta vxore quam prohibetur, occidere poteſt. Maritum qui vxorem deprehenſam cum adultero occidit, quia hoc in patientia iuſti doloris admiſit, lenius puniri placuit. Occiſo adultero dimittere ſtatim maritus debet vxorē, atq; ita triduo proximo profiteri cū quo adultero, & in quo loco vxorem deprehenderit. Inuenta in adulterio vxore maritus ita demum adulterum maritus occidere poteſt, ſi eum domi ſuæ deprehendat. Eum qui in adulterio deprehenſam vxorem non ſtatim dimiſerit, reum lenocinij poſtulari placuit. Serui vero tam mariti quàm vxoris in cauſa adulterij torqueri poſſunt: nec his libertas ſub ſpecie inpunitatis data valebit.

EXPLICIT TITVLVS IV.

INCIPIT DE STVPRATORIBVS.

V.

Moyses dicit. Qvi *manſerit cum maſculo manſione muliebri, aſpernamentum eſt, ambo moriantur: rei ſunt.*

Pavlvs libro * Sententiarum ſub titulo de adulterIs. Qvi maſculum liberum inuitum ſtuprauerit, capite puietur. qui voluntate ſua ſtuprum flagitiumque inpurum patitur, dimidia parte bonorum ſuorum multatur, nec teſtamentum ei ex maiore parte facere licet. *Hoc quidem iuris eſt, mentem tamen legis Moyſis, Imperatoris Theodoſii conſtitutio ad plenum ſecuta cognoſcitur.*

Item Theodoſianus. Impp. Valentinianvs Theodoſius & Arcadius Auguſti, ad Orientium vicarium vrbis Romæ. Non patiamur vrbis Romæ virtutem omnium matrē diutius effœminati in viros pudoris contaminatione fœdari, & agreſte illud à priſcis conditoribus * robur fracta molliter plebe tenuatum, conuicium ſæculi vel conditorum inrogare vel principium. Orienti agvc nouis. Laudanda igitur experientia tua, omnes quibus flagitioſus lu- * xus eſt viri corpus muliebriter conſtitutum alieni ſexus damnare patientia, nihilq; diſcretum habere cum fæminis, occupatos, vt flagitij poſcit inmanitas, atq; omnibus feductos, pudet dicere, virorum lupanaribus, ſpectante populo flammis vindicibus expiabit, vt vniuerſi intelligant ſacroſanctum cunctis eſſe debere hoſpitium virilis animæ, nec ſine ſummo ſupplicio alienum expetiſſe ſexum, qui ſuum turpiter perdidiſſet. Prop. prid. Id. Maias, Romæ, In atrio Mineruæ.

Digitized by Google

EXPLICIT TITVLVS DE STVPRATORIBVS.

INCIPIT DE INCESTIS NVPTIIS.

VI.

MOYSES DICIT. QVICVNQVE *concubuerit cum muliere vxore patris ſui, pudenda patris ſui detexit, morte moriantur: ambo rei ſunt. Et quicunque concubuerit cum nuru ſua, morte moriantur: ambo rei ſunt.*

VLPIANVS libro Regulari De nuptiis ſub titulo. INTER parentes & liberos cuiuſq; gradus ſint, connubium non eſt. Inter cognatos autem ex tranſverſo gradu, olim quidem matrimonia contrahi non poterant. nunc autem ex tertio gradu licet vxorem ducere, ſed tantũ fratris filiam non etiam ſororis: nec amitam, nec materteram, quamvis eodem gradu ſint. Eam quæ nouerca, vel priuigna, vel quę nurus vel ſocrus fuit, vxorem ducere non poſſumus. Si quis eam quam non licet, vxorem duxerit, inceſtum matrimonium contrahit, ideoq; liberi in poteſtate eius non fiunt, ſed quaſi vulgo concepti, ſpurij ſunt.

PAVLVS libro * Sententiarum De nuptiis ſub titulo. INTER parentes & liberos iure ciuili matrimonia contrahi non poſſunt, nec filiam ſororis aut neptẽ ducere poſſumus. Proneptem ætatis ratio prohibet. Adoptiua cognatio impedit nuptias inter parentes ac liberos omnimodo: inter fratres eatenus quatenus capitis minutio non intervenit. Nec ſocrum, nec nurum, priuignam nec nouercam aliquando citra pœnam inceſti vxorem ducere licet: ſicvt nec amitam, aut materteram. * ſed vel cognatam contra interdictum duxerit, remiſſo mulieri iuris errore, ipſe pœnam adulterij legis Iuliæ patitur. non etiam ducta.

GREGORIANVS libro quinto De nuptiis ſub titulo. *Exemplum literarum Dioclitiani & Maximiani Impp talem coniunctionem grauiter puniri commemorat.*

EXEMPLVM Edicti Dioclitiani & Maximiani nobiliſſimorum Cæſarum. QVONIAM piis religioſiſq; mentibus noſtris ea quæ Romanis legibus caſte ſanctéq; ſunt conſtituta, venerabilia maxime videntur atq; æterna religione ſeruanda, diſſimulare ea quæ à quibuſdam in præteritum nefarie inceſteq; commiſſa ſunt, non oportere credimus, cum vel cohibenda ſunt, vel etiam vindicanda, inſurgere nos diſciplina noſtrorum temporum cohortatur. Ita enim & ipſos immortales Deos Romano nomini, vt ſemper fuerunt, fauentes atq; placatos futuros eſſe non dubium eſt, ſi cunctos ſub imperio noſtro agentes piam, religioſamq;, & quietam, & caſtam in omnibus more colere perſpexerimus vitam. In quo id etiam prouidendum quam maxime eſſe cenſuimus, vt matrimoniis religioſe atq; legitime iuxta diſciplinam iuris veteris copulatis, tam eorum honeſtati qui nuptiarum coniunctiones ſectantur, quam etiam his qui cum-deinceps ſeruata religione naſcentur, incipiat eſſe conſultam, & honeſtate naſcendi etiam poſteritas ipſa purgata ſit. Id enim pietati noſtræ maxime placuit, vt ſancte neceſſitudinum nomina obtineant apud affectus ſuos piam ac religioſam conſanguinitati debitam caritatẽ. Nefas enim credere eſt ea quæ in præteritum à conpluribus conſtat eſſe commiſſa, cum pecudum ac ferarum promiſcuo ritu, ad inlicita cõnubia inſtinctu exercendæ libidinis, ſine vllo reſpectu pudoris ac pietatis inruerint. Sed quęcunq; antehac vel inperitia delinquentium, vel pro ignorantia iuris, Barbaricæ immanitatis ritu ex inclitis matrimoniis videntur admiſſa, quamquam eſſent ſeueriſſime vindicanda, tamen contemplatione clementiæ noſtræ ad indulgentiam volumus pertinere: ita tamen vt quicunq; in anteactum tempus inlicitis inceſtiſq; ſe matrimoniis polluerũt, hactenus adeptos ſe eſſe noſtra indulgentia ſciant, vt poſt tam nefaria facinora, vitam quidem ſibi gratulentur eſſe conceſſam, ſciant tamen non legitimos ſe ſuſcepiſſe liberos quos tam nefaria coniunctione genuerunt. Ita enim fiet vt de futuro quoq; nemo audeat infrænatis cupiditatibus obedire, cum & ſciant ita præcedentes admiſſores iſtiuſmodi criminum venia liberatos, vt liberorũ quod inlicite genuerunt ſucceſſiones * careatur, quæ iuxta vetuſtatem Romanis legibus negabatur. Et optaſſemus quidem nec ante quicquam eiuſmodi eſſe commiſſum quod eſſet aut clementia remittendũ, aut legibus corrigendum. Sed & poſt hanc religionẽ ſanctitatemq; in connubiis copulandis volumus ab vnoquoq; ſeruari, vt ſe ad diſciplinam legeſq; Romanas meminerint pertinere, & eas tantum ſciant nuptias Licitas quæ ſunt Romano iure permiſſæ. Cum quibus autem perſonis tam cognatorum quam ex adfinium numero contrahi non liceat matrimonium, hoc edicto noſtro complexi ſumus: cum filia, nepte, pronepteq;, matre, auia, proauia: & ex latere amita ac matertera, ſororis filia, & ex ea nepte. Itemq; ex adfinibus priuigna, nouerca, ſocru, nuru, ceteriſq; quæ antiquo iure prohibentur, à quibus cunctos volumus abſtinere. Nihil enim niſi hanc tantum ac venerabiles noſtra iura cuſtodiunt, & ita ad

tanta

tantam magnitudinem Romanam geſta cunctorum non mirum fauore pervenit, quoniam omnes leges ſua religione ſapienti pudoriſq; obſeruatione devinxit. Quare hoc edicto noſtro * volumus omnibus palam fieri, quod præteritorum venia per clementiam noſtram contra diſciplinam videtur indulta, ad ea tantum delicta pertineat quę in die tertio Kal. Ianuariarum Tuſco & Anulino Conss. videntur eſſe commiſſa. Siqua autē contra Romani nominis decus ſanctitatemq; legum, poſt ſupradictum diem deprehenduntur admiſſa, digna ſeueritate plectentur. Nec enim vllam in tam nefario ſcelere quiſquam æſtimet veniam ſe cōſequi poſſe, qui tam euidenti crimini, & poſt edictum noſtrum non dubitauit * inſuere. Dat. Kl. Mai. Damaſco. Teſco, & Anulino Conss. *

ERMOGENIANVS ſub titulo de nuptiis. IMPP. DIOCLITIANVS & Maximianus AA. Fl. Flauiano. His qui inceſtas nuptias per errorem contrahunt, ne pœnis ſubiiciantur, ita demum clementia principum ſubvenit, ſi poſteaquam errorem ſuum reſcierint, ilico nefarias nuptias dirimerint. Prop. Id. Mar * & Diogene Conss.

Hanc quoq; conſtitutionem Gregorianus titulo de nuptiis inſeruit, quæ eſt triceſima & ſecunda, aliis tamen & die & Coſ. idest* CONSTITVTIO PP. V. ID. IVN. DIOCLITIANO TER ET MAXIMIANO AVGVSTIS.

PAPIANVS libro ſingulari de adulteriis. QVI ſororis filiam vxorem duxerat per errorem, antequam præueniretur à delatore, dirimit coitum: quæro an adhuc poſſit accuſari. Reſpondit. Ei qui coniūctione ſororis filiæ bona fide abſtinuit, pœnam remitti palam eſt: quia qui errore cognito diremit coitum, creditur eius voluntatis fuiſſe, vt, ſi ſciſſet ſe in eo neceſſitudinis gradu poſitum, non fuiſſet tale matrimonium copulaturus.

Idem dicitur in eos qui inceſtas nuptias contraxerunt. Maledicti tamen ſunt omnes inceſti per legem, cum adhuc rudibus populis ex diuino nutu condita: iiſdem abſtipulantibus ſancirentur. Et vtiq; omnes maledicti puniti ſunt, quos diuina & humana ſententia conſona voce damnauit. Lex diuina ſic dicit.

MALEDICTVS (inquit) *dixit Moyſes*, QVI *concubuerit cum vxore patris ſui: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum ſorore ſua de patre aut de matre: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum nuru ſua: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum ſocru ſua: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum ſorore patris ſui: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum ſorore matris ſuæ, & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui concubuerit cum ſorore vxoris ſuæ, & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui dormierit cum vxore fratris ſui: & dicit omnis populus, Fiat, Fiat. Maledictus qui dormierit cum omni pecore. & dicit omnis populus, Fiat, Fiat.*

EXPLICIT TITVLVS DE ADVLTERIS, ſtupratoribus & inceſtis.

INCIPIT DE FVRIBVS ET POENA EORVM.

VII.

*Quod ſi duodecim tabularum * nocturnum furem autem ſi ſe aut telo defendere, interfici iubent, ſcitote, Iuriſconſulti, quia Moyſes prius hoc ſtatuit, ſicut lectio manifeſtat.* *

MOYSES DICIT. SI *perfodiens nocte parietem inuentus fuerit fur, & percuſſerit eum alius & mortuus fuerit hic, non eſt homicida is qui percuſſerit eum. Si autem ſol ortus ſuper eum, reus eſt mortis percuſſor, & ipſe morietur.*

PAVLVS libro Sententiarum v. ad legem Corneliam De ſicariis & veneficis. SI quis furem nocturnum vel diurnum cum ſe telo defenderet, occiderit, hac quidem lege non tenetur: ſed melius fecerit qui eum conprehenſum, tranſmittendum ad Præſidem magiſtratibus obtulerit.

VLPIANVS libro VIII. ad Edictum ſub titulo, Si quadrupes pauperiem dederit. INIVRIA occiſum eſſe merito adſeitur. Non enim ſufficit occiſum, ſed oportet iniuria id eſſe factum. Proinde ſi quis ſeruum latronem occiderit, lege Aquilia non tenetur, quia non * occidit. Sed & quemcunq; alium ferro ſe petentem qui occiderit, non videbitur iniuria occidiſſe. Proinde ſi furem nocturnū quem lex duodecim tabularum omnimodo permittit occidere, aut diurnū quē eaq; lex permittit, ſed ita demū ſe ſi telo defendat, videamus an lege Aquilia teneatur. Et Pomponius dubitat nunc hæc lex non ſit in vſu. Et ſi quis noctu furem occiderit, nō dubitamus quin lege Aquilia teneatur. Sin autem cum poſſet adprehendere, maluit occidere, magis eſt vt iniuria feciſſe videatur. Ergo etiam lege Cornelia tenebitur. Iniuriam autem accipere

Digitized by Google

hic nos oportet non quemadmodum & circa iniuriarum actionem, contumeliam quandam, ſed quod non iure factum eſt, hoc eſt, contra ius, id eſt, ſi culpa quis occiderit. *& reliqua.*

VLPIANVS libro octauo de officio Proconſulis, ſub titulo De furibus. FVRES ad forum remittendi ſunt diurni, nocturniq; extra ordinem audiendi, & cauſa cognita puniendi, dum pœna eorum ſciamus operis publici modum non egrediendum. Idem & in balneariis furibus. Sed ſi ſe telo fures defendunt, vel effractores, vel ceteri ſimiles, nec quenquam percuſſerunt, metalli pœna humiliores, honeſtiores vero relegatione adficiendi erunt.

PAVLVS libro Sententiarum ſub titulo De furibus. FVRTI quocunq; genere damnatus, famoſus efficitur. Fur eſt qui rem alienam contrectat. Furtorum genera ſunt quatuor, Manifeſti, nec manifeſti, concepti, & oblati. Manifeſtus fur eſt qui in faciendo deprehenſus eſt, & intra terminos eius loci vnde furatus eſt, conprehenſus eſt, vel antequam ad eum locum quo deſtinauerat perveneri. Nec manifeſtus eſt fur, qui intra rapiendo quidem conprehenſus non eſt, ſed eum feciſſe negari non poteſt. Concepti actione tenetur apud quem furtum eſt inventum. Oblati actione is tenetur qui rem furtiuam alij obtulit, ne apud ſe inueniretur. Furti actione is agere poteſt cuius intereſt rem non periſſe. Conceptiua autem agere poteſt qui rem concepit & invenit. Oblati agere poteſt penes quem res concepti inuenta eſt.

EXPLICIT TITVLVS DE FVRIBVS.

INCIPIT DE FALSO TESTIMONIO.

VIII.

MOYSES DICIT.

SI ſteterit teſtis iniuſtus aduerſus hominem accuſandum, accuſans eum inpietatis, ſtabunt duo homines quibus eſt inuicem contentio, ante Deum, & ante ſacerdotes, & ante iudices quicunq; fuerint in illis diebus. Cum inquiſierint iudices diligenter, & inuentus fuerit teſtis iniuſtus teſtificans iniuſta, inſurgentes aduerſus eum facietis ei ſicut voluit malefacere, & delebitis malum de medio veſtrum, & ceteri audientes timebunt, nec audebunt mala facere inter vos.

PAVLVS libro ſingulari De pœnis omnium legum ſub titulo, Ad legem Iuliam de adulteriis. QVI falſum teſtimonium dixerit, proinde tenebitur ac ſi lege Cornelia teſtamentaria damnatus eſſet.

PAVLVS libro Sententiarum quinto ſub titulo De teſtibus & de quæſtionibus. Hi qui falſum vel * aliqua teſtimonia dixerunt, vel vtriuſve parti prodiderunt, aut in exilium aguntur, aut in inſulam relegantur, aut curia ſubmouentur.

IDEM libro * ad legem Corneliam de ſicariis & veneficis. LEX Cornelia pœnam deportationis infligit ei qui hominem occiderit, eiuſq; rei cauſa furtiq; faciendi cum telo fuerit, & qui venenum hominis necandi cauſa habuerit, vendiderit, parauerit, falſumve teſtimonium dixerit quo quis periret, mortiſve cauſam præſtiterit. Quæ omnia facinora in honeſtiores pœna capitis vindicari placuit: humiliores vero aut in crucem tolluntur, aut beſtiis ſubiiciuntur.

PAVLVS libro ſententiarum v. ſub titulo Ad legem Corneliam teſtamentariam. HI qui ob falſum teſtimonium perhibendum pecuniam acceperint, dederint, iudicemve vt ſententiã ferat vel non ferat, corruperint, corrumpendumve curauerint, humiliores capite puniuntur, honeſtiores publicatis bonis cum ipſo iudice in inſulam deponantur.

IDEM eodem libro & titulo. FALSVM eſt quicquid in veritate non eſt, ſed pro vero adſeueratur.

VLPIANVS ſub titulo De pœna legis Corneliæ teſtamentariæ libro VIII. * Præterea factũ eſt Senatuſconſultum * Statilio & Tauro Conſulibus, quo pœna legis Corneliæ inrogatur ei qui quid aliud quàm teſtamentum ſciens ſignauerit, ſignarive curauerit. Item qui falſas teſtationes faciendas, teſtamentave falſa inuicem dicenda aut conſignãda dolo malo curauerit, Licinio v. & Tauro Conſſ. Item qui ob ſtruendam aduocationem teſtimoniave pecuniam acceperit, pactuſve fuerit, ſocietatẽ coierit, aut aliquam delationẽ interpoſuerit. Ita ſi quis coierit ad occiſionẽ innocentiũ Senatuſconſulto quod Cotta & Meſſala factum eſt, coherceɫur. Sed & ſi quis ob venundandum vel * denudandum * non remittendumve teſtimonium pecuniam acceperit, Senatuſcõſulto quod duobus Geminis Conſſ. factum ſit, pœna legis Corneliæ adficitur. *& reliqua.*

ITEM

Digitized by Google

* *

IX.

ITEM MOYSES. FALSVM *teſtimonium non dabis aduerſus proximum tuum.*

VLPIANVS libro VIIII. de officio Proconſulis ad legem Iuliam de vi publica & priuata. EADEM lege quibuſdam teſtimonium omnino, quibuſdam interdicitur inuitis, capite octogeſimo & VII. & capite octogeſimo octauo, in hæc verba,* his verbis* HOMINIBVS IN HAC LEGE IN REVM TESTIMONIVM DICERE NE LICETO, qui ſe ab eo parenteve eius, libertove cuius eorum libertius libertauerit * quive inpubes erit, * quive eorum in integrum * reſtitutus non eſt. quive in vinculis cuſtodiaq; publica erit, quive depugnandi cauſa auctoratus erit, qive beſtias depugnare locauit, locauerit, præterquam qui iaculandi cauſe ad vrbem miſſus eſt, erit, palamve corpore quæſtum faciet, fecerit: quive ob teſtimonium dicendum pecuniam accepiſſe iudicatus erit, neve quis eorum hac lege in reum teſtimonium dicat. Capite octogeſimo ſeptimo his. HOMINES INVITI IN REVM teſtimoniũ ne dicant, qui ſobrin⁹ eſt ei reo, proprioreve cognatione coniunct⁹, quive ſocer, gener, vitricus, priuignuſq; eius erit. *& reliqua.*

PAVLVS libro ſententiarum V. ſub titulo De teſtibus & quæſtionibus. SVSCEPTOS teſtcos & eos vel maxime quos accuſator de domo eduxit, vel vitæ humilitas infamauerit, interrogari non placuit. In teſtibus enim & vitæ qualitas ſpectari debet & dignitas * ſi ſint ad finem * vel cognatum inuiti teſtes interrogari non poſſunt, Aduerſus ſe inuicẽ parentes & liberi, itemque liberti nec volentes ad teſtimonium admittendi ſunt. quia rei veræ teſtimonium neceſſitudo perſonarum plerumq; corrumpit.

EXPLICIT TITVLVS DE FAMILIAri teſtimonio non admittendo.

INCIPIT DE DEPOSITO.

X.

MOYSES DICIT.

S*I aliquis dabit proximo ſuo argentum vel vas ſeruare, & furatum fuerit de domo hominis, ſi inuenitur qui furatus eſt, reddet duplum. quod ſi non fuerit inuentus fur, accedat is qui commendatum ſuſceperat ante Dominum, & iurabit nihil ſe nequiter egiſſe de omni re commendata proximi ſui, & liberabitur.*

MODESTINVS libro Differentiarum ſecundo De depoſito vel commendato. COMMENDATI iudicio conuentus etiam culpam præſtare cogitur: qui vero depoſiti conuenitur, de dolo non etiam de culpa condemnandus eſt Commodati enim contractu, quia vtriuſq; contrahentis vtilitas interuenit, vtrumq; præſtatur: in depoſiti vero cum ſola deponentis vtilitas vertitur ibi dolus tantum præſtatur. Sed in ceteris quoq; partibus iuris iſta regula cuſtoditur. ſic enim & in fiduciæ iudicio, & in actione rei vxoriæ & dolus & culpa deducitur: quia vtriuſque contrahentis vtilitas intervenit. In mandati vero iudicio dolus* non etiam tutoris vtilitas in adminiſtratione verſatur. Depoſiti damnatus infamis eſt. qui vero commodati damnatur non fit infamis. alter enim propter dolum, alter propter culpam condemnatur. Actione depoſiti conuentus ei Variarum nomine apud eundem iudicem vtiliter experitur: at is cui res commẽdata eſt, inprobe ei Variarum exactionem intendit. Inpenſas tamen neceſſarias iure perſequitur, quas forte in ægrum vel olias laborantem inpenderit. * Reſpondit depoſita ſi ſubripiatur, dominus domus habet furti actionem, quamuis apud quem res depoſita eſt intetſit ob inpenſas in rem factas ſe retinere: is vero cui res commodata ſit, furti experiri debebit ſi modo ſoluēdo fuerit. Actio commodati ſemper in ſimplum competit: depoſiti vero nonnumquam in duplum, ſcilicet ſi ruinæ, vel naufragij, vel incendij, aut tumultus cauſa res deponatur.

ERMOGENIANVS ſub titulo De depoſito huiuſmodi inſerit conſtitutionem. IDEM Auguſtus Cæſar Fl Munatio. Eum qui ſuſcepit depoſitum, dolum non etiam caſum præſtare certi iuris eſt. Cum itaq; proponas ignis vi quædam cremata de his quæ tibi fuere commendata, nec vllum dolum in ſubtrahendis rebus adhibitum, Rector prouinciæ nihil contra iuris rationem fieri patietur. Et quoniam nec tu quereris moras adhibita varietatem negotium inter vos or- * tum ſecundum iuris ordinem ſua ratione decidetur. Subſcripta VIII. Kl. Iul. Serdica. Auguſtis Cæſaribus.

IDEM Auguſtus & Cæſar Fl Aurelio Attenico Andronico. Eos penes quos veſtem & argen materiam depoſuiſſe proponis, apud Rectorem prouinciæ conuenit interrogari quod ſiue teneant, ſiue dolo fecerunt quominus poſſint reſtituere ſecundum bonam fidem tibi ſatisfacere conpellet. Subſcripta VI. Kl. April. Syrmi. Cæss. Conss.

IDEM

Digitized by Google

IDEM Auguſtus & Cæſares Aurelio & Euſtatio & Dioſimo. Is qui depoſitum ſuſcepit vltrà dolum, ſi non aliud ſpecialiter conuenit, præſtare nihil neceſſe habet. Cuius memor iuris Rector prouinciæ partium allegationibus auditis pro ereptorum qualitate ſua ordinabit ſententia. Subſcripta XIV. Kl. Nouemb. Appiaria.*

IDEM Auguſtus & Cæſares VII. & Quadrat. ILLE qui dolo malo depoſitum non reſtituit, ſuo nomine conuentus ad eius cum infamiæ periculo reſtitutionem vrguetur. Scripta Id. Dec. Nicomedia. CC. Conſſ.

PAVLVS libro ſecundo ſententiarum ſub titulo De depoſito. DEPONERE poſſumus apud alium id quod noſtri iuris eſt vel alieni. Depoſitum eſt quaſi diu poſitum. Seruandum eſt quod ad breue tempus cuſtodiendum datur. Deponere videtur qui in metu ruinæ, incendij, naufragij, apud alium cuſtodiæ cauſa deponit. Deponere videtur & is qui ſuſpectam habens vel minus idoneam cuſtodiam domus, vel vim latronum timens, apud aliquem rem cuſtodiendam commendat. Si ſacellum vel argentum depoſuero, & is penes quem depoſitũ fuit me inuito contrectauit & depoſiti & furti actio mihi in eum conpetit. Ob res depoſitas dolus tantum præſtari ſolet. In iudicio depoſiti ex mora & fructus veniunt, & vſuræ rei depoſitæ præſtantur. Si quis rem penes ſe poſitam apud alium depoſuerit, tam ipſe directam, quam is qui apud eum depoſuit, vtilem actionem depoſiti habere poſſunt. Si pecuniam depoſuero eamq; in *tibi commiſero, mutuum magis videtur quàm depoſitum, ac per hoc periculo tuo erit. Si rem apud te depoſitam vendideris, eamq; redimeris, poſtquam perdideris ſemel admiſſo dolo perpetua depoſiti actione teneberis. Ex cauſa depoſiti lege duodecim tabularum in duplum actio datur, edicto Prætoris in ſimplum.

GREGORIANVS libro IV. ſub titulo De depoſito. IMP. Alexander A. Meſtrio militi. Incurſu latronum ornamenta depoſita apud inter fectum ab eis perierunt. Detrimentum ad heredes eius qui depoſitum accepit, qui dolum tantum præſtare debent, non pertinet. Quod ſi ex prætexto latrocinij commiſſi res quæ in poteſtate heredis ſunt non reſtituuntur, tam depoſiti quàm ad exhibendum actio, ſed & in rem vindicatio conpetit. Prop. III. Kl. Iul. Maximiano bis & Vrbano Conſſ.

PAVLVS libro reſponſorum quinto ſub titulo Ex locato & conducto. IMP. Antonius Iulio Agrippino. Dominus horreorum periculum vis maioris, vel effracturæ latronum præſtare non cogitur. his ceſſantibus ſi quid ex poſitis rebus inlæſis extrinſecus horrei * damnum depoſitorum ſarciri debet. Prop. IV. Non. Nou. Antonino III. Conſ. Paulus reſpondit, Satis præpoſitam conſtitutionem declarare his qui horrea locant, maiorem vim inputari non poſſe.

EXPLICIT TITVLVS DE DEPOSITO.

INCIPIT DE ABIGEATORIBVS.

XI.

MOYSES DICIT.

SI QVIS *inuolauerit vitulum aut ouem, & occiderit, aut vendiderit, quinque vitulos reſtituet pro vitulo vno, quatuor oues pro oue vna. Quod ſi non habet vnde reddat, venundetur pro furto.*

PAVLVS libro ſententiarum ſub titulo De abigeatoribus. ATROCES pecorum abactores plerumq; ad gladium vel in metallum, nonnumquam autem in opus publicum dantur. Atroces autem ſunt qui equos & greges ouium de ſtabulo vel de paſcuis abigunt, vel ſi id ſæpius aut * à ferro conducta manu faciunt.

IDEM Paulus eodem libro & titulo. ABIGEATORES ſunt qui vnum equum, vel duas equas, totidemq; boues, vel capras decem, porcos quinq; abegerint. Quidquid vero intra hunc numerum fuerit ablatum, pœna furti pro qualitate eius aut in duplum, aut in triplum conuenitur, aut fuſtibus cæſus in opus publicum vnius anni datur, aut ſub pœna vinculorum domino reſtituitur.

IDEM Paulus eodem libro & titulo. Si ea pecora de quibus quis litigauerat, abegerit, ad forum remittendus eſt, atq; ita conuictus in duplum vel triplum furis more damnatur.

IDEM Paulus eodem libro & titulo. QVI bouem vel equum errantem, quodve aliud pecus abduxerit, furem magis eum quàm abigeatorem conſtitui placuit.

PAVLVS libro ſingulari de pœnis paganorum, ſub titulo De abigeis, *dixit*. CVM durius abigei damnantur, & ad gladium tradantur. Itaq; Diuus Pius ad concilium Bæticæ reſcripſit. Qui pecora de quibus litigabat, abegit, ad forum remittendus eſt, & ſi victus fuerit, in duplum vel quadruplum condemnandus.

VLPIANVS

Digitized by Google

VLPIANVS libro octauo de officio Proconſulis ſub titulo De abigeis. De abigeis puniendis ita Diuus Adrianus reſcripſit concilio Beticæ. Abigei cum duriſſime puniuntur, ad gladium damnari ſolent. Puniuntur autē duriſſime non vbique, ſed vbi frequentius eſt hoc genus maleficij: alioqui nec in opus, & nonnunquam temporarium damnantur. Ideoque puto apud vos quoq; ſufficere genus pœnæ, quod maximo huic maleficio inrogari ſolet, vt gladium abigei dentur: aut ſi quis tam notus & tam grauis in abigendo fuit, vt prius ex hoc crimine aliqua pœna adfectus ſit, hunc in metallum dari oportere. Reſcriptum Diui Adriani ſic loquitur, quaſi grauior pœna ſit metalli: niſi forte hoc tenſit Diuus Adrianus gladij pœnam dicendo, ludi damnationem. Eſt autem differentia inter eos qui ad gladium, & eos qui ad ludum damnantur. nam ad gladium damnati, confeſtim conſumuntur, vel certe intra annum debent conſumi. Hoc enim * damnatis continetur. Enimuero qui in ludum damnantur, non vtiq; conſumuntur, ſed etiam pileari & rudem accipere poſſunt poſt inter * palam. Siquidem poſt quinquennium pileari, poſt triennium autem rudem inducere eis permittitur. Eodem reſcripto Diui Adriani diligentiſſime expreſſum eſt, non vbiq; parem eſſe pœnam abigeorum.

ITEM Vlpianus libro & titulo qui ſupra. ABIGEI autem propriè hi habentur qui pecora ex paſtu & ex fermentis ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigei ſtudium quaſi artem exercent, equas de grege, vel boues de armentis abducentes. Ceterum ſi quis bouem aberrantem vel equum in ſolitudinem abduxerit, non eſt abigeus, ſed fur potius. Sed & qui porcum vel capram vel Berbicem abducunt, non tam grauiter vt hi qui maiora animalia abigent, plecti debent. Quanquam autem Adrianus metalli pœnam, item operis vel etiam gladij præſtituerit, ad tamen qui honeſtiori loco nati ſunt non debent ad hanc pœnam pertinere, ſed aut relegandi erunt, aut remouendi ordine. Romæ tamen etiam beſtiis ſubiici abigeos videamus. Et ſane qui cum gladio abigunt, non iniq; hac pœna adſiciuntur.

EXPLICIT DE ABIGEIS:

INCIPIT DE INCENDIARIIS.

XII.

MOYSES DICIT. *Si exibit ignis & inuenerit ſpinas, & conprehenderit areas, vel ſpicas, aut campum, æſtimationem reſtituet ille qui ſuccendit ignem.*

PAVLVS libro * Sententiarum ſub titulo De incendiariis. QVI caſam aut villam inimicitiarum gratia incenderunt, humiliores in metallum aut in opus publicum damnantur, honeſtiores in inſulam relegantur. Fortuita incendia quæ caſu venti * fuerint his vel incuria ignē ſupponentis, ad vſq; vicini agros euadunt, & ſi ex eo ſeges, vel vinea, vel oliua, vel fructiferæ arbores concrementur, datum damnum æſtimatione ſarciatur.

IDEM Paulus eodem libro & titulo. COMMISSVM vero ſeruorum ſi domino videatur, noxiæ deditione ſarcitur. Meſſium ſane * perdum incenſores; vinearum oliuarumve, aut in metallum humiliores damnantur, aut honeſtiores in inſulam relegantur.

IDEM Paulus libro & titulo qui ſupra. INCENDIARII quidquid in oppido prædandi cauſa faciunt, facile capite puniuntur.

VLPIANVS libro octauo de officio Proconſulis. DE naufragiis & incendiariis lex quidem Cornelia aqua & igni interdici iuſſit, ſed variæ ſunt punitionum *. Nam qui data opera in ciuitate incendium fecerunt, ſi in humillimo loco ſunt, beſtiis ſubiici ſolent: ſi in aliquo gradu & Romæ id fecerunt, capite puniri, aut certe * adſiciendi ſunt qui hæc committunt. Sed ei qui non data opera incendium fecerit, plerumq; ignoſcitur, niſi in lata & incauta neglegentia vel laſciuia fuit.

PAVLVS libro ſingulari de pœnis paganorum, ſub titulo De abigeis, *dicit*. INCENDIARII qui in oppido prædæ cauſa id admiſerint, capite puniuntur: qui caſu inſulam aut villam non inimicitia incenderint, leuius. Fortuita enim incendia ad forum remittenda ſunt, vt damnum vicini ſarciatur.

VLPIANVS libro ad Edictum ſub titulo Si fatebitur iniuria occiſum eſſe, in ſimplum, * *& cum doceret*. ITEM ſi inſulam meam aduſſeris vel incenderis, Aquiliæ actionem habebo. idemq; eſt & ſi arbuſtum meum, vel villam meam. Quod ſi dolo quis inſulam exuſſerit, etiam capitis pœna plectitur quaſi incendiarius Item ſi quis inſulam voluerit exurere, & ignis etiam ad vicini inſulam peruenerit, Aquilia tenebitur lege vicini etiam non minus inquilinis ob res eorum exuſtas, & ita Labeo libro xv. Reſponſorum refert. Sed ſi ſtipulam in agro tuo incenderis, ignisque peruagatus ad prædium vicini peruenerit, & illud exuſſerit, Aquilia lex locum habeat, an in factum actio ſit, fuit quæſtio. Sed pleriſque Aquilia lex locum habere non videtur:

& ita

& ita Celſus libro xxxvii. Digeſtorum ſcribit.* Id enim, ſi ſtipulam incendentis ignis fugit, A-
* quilia lege cum non teneri, ſed in factum agendum, quia principaliter hic exuſſit, ſed dum a-
* liud legit ſic ignis præceſſit. Cuius ſententia ſic reſcripto Diui Seueri comprobata eſt in hæc
,, verba. * Profiteri propter ignem babuli gratia factus culpa ſeruorum Vectoriæ Aſtiliæ euaga-
,, tus agrum tuum vt proponis, depopulatus eſt, ad exemplum legis Aquiliæ noxali iudicio actu-
,, rus, ſi litis æſtimatio permittitur, iudicium cum adire poteſt. Videlicet non eſt viſa Aquilia ſuf-
ficere. Si forte ſeruus quæ idem conductores coloni ad fornacem obdormiſſent, & villa fuerit
* exuſta. * muneris ſcribit ex locato conuentum præſtare debere, ſi neglegens in legendis mini-
* ſteriis fuit tenetur ceterorum ſi alius ignem ſubierit fornaci, alius neglegenter cuſtodierit, te-
netur namque qui non cuſtodit ſi nihil hic fecit quę recte ignem ſubiecit non peccauit: quem-
admodum ſi hominem medicus recte ſecuerit, ſed neglegenter vel ipſe vel alius curauerit, A-
quilia ceſſat. Quid ergo eſt? Et hic puto ad exemplum Aquiliæ dandam actionem, tamen
eum qui fornacem obdormiuit, vel neglegenter curauit, ſiue homo periit ſiue debilitatus eſt.
Nec quiſquam dixerit in eo qui obdormiuit, rem eum humanam & naturalem paſſum, cum de-
beret vel ignem extinguere, vel ita munire vt non euagaret. Item libro vi. ex Viuiano rela-
tum eſt, ſi fornum ſecundum parietem communem haberes, au damni iniuria teneris? Et agit
* non poſſet id Aquilia lege, quia nec cum eo qui focum haberet. Ideo æquum putat in factum
actionem dandam. ſed non proponit exuſtum parietem. Sane enim quæri poteſt, Nondum mi-
hi damnum dederit, & ita ignem habeat vt metuam ne mihi det, æquum ſit me inter actionem
* idem in factum imperare. fortaſſis enim de hoc ſenſerit Proculus: niſi quis dixerit damni non
facti ſufficere cautionem. Sed & ſi quis ſerui inquilini inſulam exuſſerit, libro x. Vrſeius refert
Sabinum reſpondiſſe, lege Aquilia ſeruorum nomine dominum noxali iudicio conueniendum,
dum, ex locato autem dominum teneri negat. Proculus autem R. cum coloni ſerui villam ex-
uſſerint, colonum vel ex locato * lege Aquilia, ita vt colonus ſeruos poſſet noxæ dedere: & ſi v-
no iudicio res eſſet iudicata, altero amplius non agendam. Item Celſus libro xxvii. Digeſto-
rum ſcribit, ſi cum apes meæ ad tuas aduolaſſent totas exuſſerit, quoſdam negare conpetere le-
gis Aquiliæ actionem, inter quos & Proculum, quaſi apes domini mei non fuerint. Sed id fal-
ſum eſſe Celſus ait, cum apes reuenire ſoleant, & fructui * miſſi ſunt. Sed Proculus eo mouetur
quod nec manſuetæ, nec ita clauſæ fuerint. hđ. Ipſe autem Celſus ait nihil inter has & columbas
intereſſe, quæ ſi manu refugiunt, domi tamen fugiunt.

EXPLICIT TITVLVS DE INCEN-
diariis.

INCIPIT DE TERMINIA MOTA.

XIII.

MOYSES DICIT. NON *tranſmouebis terminos proximi tui quos conſtituerunt patres tui vel principes poſſeſſionis tuæ.*

PAVLVS libro * Sententiarum ſub titulo, Finium regundorum. IN eum qui per vim ter-
minos deiecit vel amouit, extraordinem animaduertitur.

• VLPIANVS libro IX. De officio proconſulis, ſub titulo De termino moto. EOS qui ter-
minos mouerunt non impune id facere debere Diuus Adrianus Terentio Gentiano xvii. Kl.
Septembriarum ſe III. Cons L. reſcripſit: quo reſcripto pœnam variam ſtatuit. Verba reſcri-
,, pti ita ſe habent. Peſſimum factum eorum qui terminos finium cauſa inpoſitos abſtulerunt,
*,, dubitari non poteſt. Pœnæ autem modus ex conditione perſonæ & mente facientis magiſtra-
*,, tui pœnam Si ſplendidores ſunt perſonæ quæ conuincuntur, condubito quin occupandorum
,, aliorum finium cauſa id admiſerint. & poſſunt ad tempus vt cuiuſq; cum patitur ætas, relegari,
,, & ſic in biennium aut triennium ad opus publicum dari. quod ſi per ignorantiam aut fortuit■
,, lapides * viſus cauſa furati ſunt, ſufficit eos verberibus coerceri.

EXPLICIT DE TERMINEA MOTA.

INCIPIT DE PLAGIARIIS.

XIV.

MOYSES DICIT. QVICVMQVE *plagiauerit quemquam in Iſrael, & vendiderit eum, morte moriatur.*

PAVLVS

Digitized by Google

Pavlvs libro ſententiarum v. ſub titulo ad legem Fabiam. Lege Fabia tenetur qui ciuem Romanum ingenuum, libertinum, ſeruumve alienum celauerit, vendiderit, vinxerit, comparauerit. Et olim quidem huius legis pœna ſummaria fuit: ſed trāſlata eſt cognitio in Præfectos vrbis, itemq; Præſidis prouinciæ extraordinem meruit animaduerſionem. Ideoq; humiliores aut in metallum damnantur, aut in crucem tolluntur, honeſtiores adempta dimidia parte bonorum impp. relegantur. Si ſeruus ſciente domino alienum ſeruum ſubtraxerit, vendiderit, celauerit, in ipſum dominum animaduertitur. Quod ſi id domino ignorante commiſerit, in metallum datur.

Vlpianvs libro ix. de officio proconſulis ſub titulo Ad legem Fabiam. Freqvens eſt etiam legis Fabiæ cognitio in tribunalibus Præſidum: quamquam quidam procuratores Cęſaris vſurpauerint quàm Romæ tam in prouinciis. Sed enim iam eo peruentum eſt conſtitutionibus, vt Romæ quidem Præfectus vrbis ſolus ſuper ea re cognoſcat, ſi intra miliarium centeſimum ſit in via commiſſa. enimuero ſi vltra centeſimum, Præfectorum prætorio erit cognitio. In prouinciam enim Præſidum prouinciarum. nec aliter Procuratori Cæſaris hæc cognitio iniungitur quam Præſidis partibus in prouincia fungatur. Plane poſt ſententiam de Fabia latam * Procuratoris partes ſuccedunt * huius certæ adtamen Procuratori qui illam prouinciam regit, licet de capitalibus cauſis cognoſcere nec ſoleat, tamen vt de lege Fabia poſſit cognoſcere Imp. Antoninus conſtituit. Idem legis Iuliæ de adulterIs coercendis conſtitutione Imperatoris Antonini quæſtionem accepit. Lege autem Fabia tenetur qui ciuem Romanum eundemq; qui in Italia liberatus ſit, celauerit, vinxerit, vinctumq; habuerit, vendiderit, emerit, quive in eam rem ſocius fuerit: cui capite primo eiuſdem legis pœna iniungitur, Si ſeruus qui ſciente domino fecerit, dominus eius ſextertiis quinquaginta milibus eodem capite punietur. * Eiuſdem legis capite ſecundo tenetur qui alieno ſeruo perſuaſerit vt dominum fugiat, quive alienum ſeruum inuito domino celauerit, vendiderit, emerit dolo malo, quive in ea re ſocius fuerit, iubeturq; * populus ex tertiam quinquaginta milia dare. * *& reliqua. Sciendum tamen eſt ex Nouellis conſtitutionibus capitali ſententia plagiatores pro atrocitate facti puniendos: quamuis & Paulus ſupra relatis ſpeciebus, crucis & metalli pœnam huiuſmodi reis irrogauit.*

EXPLICIT TITVLVS DE plagiariis.

INCIPIT DE MATHEMATICIS ET MANICHEIS.

XV.

Moyses dicit.

Non inueniatur in te qui luſtret filium tuum aut filiam tuam, nec diuinus apud quem ſortes tollat: nec conſentiat veneuariis in poſteribus qui dicunt quid conceptum habeat mulier. quoniam fabulæ ſeductoriæ ſunt. Nec intendas prodigia, nec interroges mortuos. Non inueniatur in te augurator, nec inſpector auium, nec maleficus, aut incantator, nec Pitonem habens in ventrem, nec aruſpex, nec interrogator mortuorum, nec portenta inſpiciens. Omnia namq; iſta à Domino Deo tuo damnata ſunt, & qui fecerit hæc. Propter has enim abominationes Deus eradicauit Chaldæos à facie ſua. Tu autem perfectus eris ante Dominum Deum tuum. Gentes enim iſtæ quas tu poſſides, auguria & ſortes & diuinationes audiebant.

Vlpianvs libro vii. de officio Proconſulis, ſub titulo De mathematicis & vaticinatoribus.

Præterea interdictos eſt Mathematicorum callida inpoſtura & obſtinacitate perſuaſio. Nec hodie primum interdici eis placuit, ſed vetus hæc prohibitio eſt. Deniq; extat Senatuſconſultum Pomponio & Rufo Conſs. factum, quo cauetur vt Mathematicis, Chaldæis, ariolis & ceteris qui ſimilem * incertum fecerunt, aqua & igni interdicatur, omniaq; bona eorum publicentur: & ſic * eternus gentium qui ſi id fecerit vt in eum animaduertatur Sed fuit quæſitum vtrum ſcientia huiuſmodi hominum puniatur, an exercitio, & profeſſio. Et quidem apud veteres dicebatur profeſſionem eorum non noticiam eſſe prohibitam: poſtea variatum Nam diſſimuiandum eſt nonnumquam inrepſiſſe in vſum, vt etiam profiterentur & publice * reprehenderent. Quod quidem magis per contumaciam & temeritatem eorum factum eſt qui viſi erant vel conſulere vel exercere, quam * qui fuerant permiſſum. Sæpiſſime deniq; interdictum eſt fere ab omnibus principibus, ne quis omnino huiuſmodi ineptiis ſe inmiſceret: & varie puniti

ſunt hi qui id exercuerunt,pro menſura ſcilicet * & conſultationis. Nam qui de principis ſalu-
te,capite puniti ſunt,vel qua alia grauiore pœna adfecti. Enimvero ſiquidem * ſuaſorum quæ
leuius inter hos habentur quam vaticinatores,hij quoq; plectendi ſunt: quoniam nonnunquã
contra publicam quietem imperiumq; populi Romani inprobandas artes exercent. Extat de-
niq; decretum Diui Pij ad Pacatum legatum prouinciæ Lugdunẽſis,cuius reſcripti verba quia
multa ſunt, de fine eius ad locum hæc pauca ſubiecit. Deniq; & Diuus Marcus eum qui motu
„ Caſſiano vaticinatus erat & multa quaſi extinctu Deorum dixerat, in inſulam Syrum relega-
„ uit. Et ſane non debent inpune ferre huiuſmodi homines,qui ſub obtentu & monitu Deorum,
quædam vel renunciant,vel iactant, vel ſcientes eos fingunt.

GREGORIANVS libro VII. de maleficis & Manicheis ſub titulo comp. MAXIMVS Dio-
clitianus & Maximianus nobiliſſimi AA. Iuliano Proconſuli Africæ. Otia maxima interdum
homines * in communionem conditionis naturæ hominũ modum excedere hortãtur, & quæ-
dam genera inaniſſima ac turpiſſima doctrinæ ſuperſtitionis inducere ſuadent, vt ſui erroris
arbitrio pertrahere & alios multos videantur, Iuliane Kariſſime. Sed Dij inmortales prouiden-
tia ſua ornare & diſponere dignati ſunt quæ bona & vera ſunt, & multorum & bonorum & e-
gregiorum virorum & ſapientiſſimorum conſilio & tractatu inlibata probarentur & ſtatuerẽ-
tur: quibus nec obuiam ire nec reſiſtere fas eſt neque reprehendi à noua vetus religio deberet.
Maximi enim criminis eſt * ſed tractare quæ ſemel ab antiquis tractata & definita ſunt ſtatum
& curſum tenent ac poſſident. Vnde pertinaciam prauæ mentis nequiſſimorum hominũ pu-
nire ingens nobis ſtudium eſt. Hi enim qui nouellas & inauditas ſectas de erroribus religioni-
bus obponunt, vt pro arbitrio ſuo prauum excludant quæ diuinitus conceſſa ſunt. quoniam
* nobis de quibus ſolertia tua è ſerenitati noſtræ retulit Manicheos audiuimus eos nuperrimè
* velut noua inopinata prodigia in hunc mundũ de Perſica aduerſaria nobis gente progreſſa vel
orta eſſe, & multa facinora ibi committere: populos namq; quietos perturbare, nec non & ci-
uitatibus maxima detrimenta inſerere: & verendum eſt ne forte, vt fieri adſolet, accendenti tẽ-
pore conentur execrandas conſuetudines & * illebas leges Perſarum innocentioris naturæ ho-
mines Romana gente modeſtam atq; tranquillam, & vniuerſum orbem noſtrum veluti vene-
nis de ſuis maliuolis infigere. Et quia omnia quæ pandit prudentia tua in relationem religionis
* illorum genera maleficiorum ſtatutis euidentiſsimorum exquiſita & adinventa commẽta, ideo
* eorum maenas atq; pœnas debitas & condignas illi ſtatuimus. Iubem* namq; auctores quidem
ac principes vna cum abominandis ſcripturis eorum ſeueriori pœnæ ſubiici, ita vt flammeis i-
gnibus exurantur: conſentaneos vero & vſq; ad eos contentioſos capite puniri præcipimus, &
eorum bona fiſco noſtro vindicari ſancimus. Si qui ſane etiam honorati aut cuiuſlibet dignita-
tis vel maioris perſonæ ad hanc inauditam & turpem atque per omnia infamem ſectam, vel ad
doctrinam Perſarum ſe tranſtulerunt, eorũ patrimonia fiſco noſtro adſociari facies: ipſos quo-
que Forenſibus vel Proconenſibus metallis dari. Vt igitur ſtirpitus amputari * malis hæc ne-
quitiæ de ſæculo beatiſſimo noſtro poſſit, deuotio tua iuſſis ac ſtatutis trãquillitatis noſtræ ma-
turius obſecundare * Dat. prid Kl. April Alexandriæ.

*EXPLICIT TITVLVS DE MATHEMA-
ticis, maleficis & Manicheis.*

INCIPIT TITVLVS XVI. DE LE-GITIMA SVCCESSIONE.

XVI.

SCRIPTVRA DIVINA SIC DICIT.

*FILIÆ Salfadæ adſtantes ante Moyſem & Eleazarum ſacerdotem & principem o-
mnemque Senatum filiorum Iſrael in foribus tabernaculi teſtimonij, dixerunt: Pater
noſter mortuus eſt, & filij non fuerunt ei, ſed filiæ. & ideo non deleatur nomen patris no-
ſtri de medio tribus ſuæ. non eſt ei maſculus. date nobis poſſeſſionem in medio fratrum
patris noſtri. Et obtulit Moyſes petitionem earum Domino Deo: & locutus eſt Dominus
Moyſi, dicens. Recte filiæ Salpadæ locutæ ſunt: & ideo dabitis eis poſſeſſionem heredi-
tatis in medio fratrum patris earum. Et dicimus hæc filiis Iſrael: Homo ſi deceſſerit & fi-
lios non habuerit, dabitis hereditatem proximo eorum de tribu eius, & poſſidebit omnia
eius. Et erit hæc filiis Iſrael iuſtificatio iudiciorum, ſecundum quæ conſtituit Dominus
Moyſi.*

GAIVS

Digitized by Google

GAIVS Inſtitutionum libro III. *legitimas ſic ordinat ſucceſſiones.* INTESTATORVM hereditates lege duodecim tabularum primum ad ſuos heredes pertinent. Si autem heredes exiſtimātur liberi qui in poteſtate morićtis fuerint, veluti filius, filia, vel nepos neptiſve, pronepos proneptiſve ex nepote filio nato prognatus prognatave. nec intereſſe naturales liberi an adoptiui. Ita demum tamen nepos neptiſve, & pronepos proneptiſve ſuorum heredum numero ſunt, ſi præcedens perſona deſierit * ſiue alia ratione, veluti emancipatione. Nam ſi per idem tempus quo quiſq; moritur, filius in poteſtate eius ſit, nepos ex eo ſuus heres eſſe non poteſt. Idem & in ceteris deinceps liberorum perſonis dictum intelligimus. Vxor quoque quæ in manu eius eſt, Is ſua heres eſt: quia filiæ loco eſt. item nurus quæ in filij manu eſt nam & hæc neptis loco eſt. ſed ita demum erit ſi a heres ſi filius cuius in manu erit, dum pater moritur in poteſtate eius ſit. Idemq; dicimus & de ea quæ in nepotis manu matrimonij cauſa ſit. quia proneptis loco eſt. Poſtumi quoq; qui ſi viuo parente nati eſſent in poteſtate eius futuri forent, ſui heredes ſunt. Idem iuris eſt de his quorum nomina ex lege Ælia Sentia vel ex Senatuſconſulto poſt mortē patris cauſa probata in poteſtate eius futuri eſſent: & de eo filio qui ex prima ſecundaq; emancipatione poſt mortem patris manumittitur, intelligimus. Cum filius filiave & ex altero filio nepotes nepteſve exiſtent, pariter ad hereditatē vocantur, nec qui gradu propior eſt vlteriorē excludit. Æquum enim videtur nepotes nepteſve in patris ſui locum portionemq; ſuccedere. Pari ratione etſi nepos neptiſve ſit ex filio, & ex nepote pronepos proneptiſve, ſimul vocantur. Et quia placebat nepotes nepteſve, item pronepotes pronepteſve in patris ſui locum ſuccedere, conveniens non in capita, ſed in ſtirpem hereditates diuidi: vt filius dimidiam partem hereditatis fruat, ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. Item ſi ex duobus filiis nepotes extent, ex altero filio vnus forte vel duo, ex altero tres aut quatuor, * altera dimidiam. * *De agnatis.* Si nullus ſit ſuorum heredum, tunc hereditas pertinet ex eadem lege duodecim tabularum ad agnatos. Vocantur aūt agnati qui legitima cognatione iuncti ſunt. Legitima autem cognatio hæc eſt quæ per virilis ſexus perſonas coniungitur. Ita qui eodē patre nati ſunt fratres, agnati ſibi ſunt, qui etiam conſanguinei vocantur: nec requiritur an matrem eandē habuerint. Item patruus fratris filio, & inuicem is illi agnatus eſt. Eodē numero ſunt fratres patrueles inter ſe, id eſt, qui ex duobus fratribus progenerati ſunt, quos pleriq; etiam conſobrinos vocāt. Qua ratione ſcilic et etiam ad plures gradus agnationis peruenire potuerim*. Non tamē omnibus ſimul agnatis dat lex duodecim tabularum hereditatē, ſed his qui tunc cum certū eſt aliquē inteſtato deceſſiſſe, proximo gradu ſunt. nec in eo iure ſucceſſio eſt. Ideoq; ſi heres proximus omiſerit, vel antequā hereditatē adierit, deceſſerit, ſequentibus nihil iuris competit. Ideo autem non mortis tempore certum fuerit aliquem inteſtatum deceſſiſſe quàm ſi quis teſtamento facto deceſſerit, melius eſſe viſum eſt tunc requiri proximū, cum certum eſſe cœperit neminē ex teſtamento heredem fore. Quod ad fœminas attinet, hoc iure aliud in ipſarū hereditatibus capiēdis placet, aliud in ceterorū ab his capiēdis. Nam & fœminarū hereditates proinde agnationis iure redeunt atq; maſculorū. noſtræ vero hereditates ad fœminas vltra conſanguineorū gradum nō pertinent. Itaq; ſoror fratri ſororive legitima heres eſt: amita vero & fratris filia heres eſſe non poteſt. Sororis autem nobis loco eſt etiam mater aut nouerca, quæ per in manum conuentionē apud patrem noſtrum ius filiæ conſecuta eſt. Si quis defunctus erit, ſi ſit frater & alterius fratris filius, ſicut ex ſuperioribus intelligitur, frater potior eſt. quia gradu præcedit. ſed alia* faciat iuris interpretatio inter ſuos heredes. Quod ſi defuncti nullus frater exſtet, ſed ſint liberi fratrū, ad omnes quidem hereditas pertinet. ſed quæſitum eſt ſi diſpari numero ſint, forte nati ex vno vnus vel duo, & ex altero tres aut quatuor, vtrum in ſtirpes diuidenda ſit hereditas, ſicut inter ſuos heredes iuris eſt, an potius in capita Iamdudum autem placuit in capita diuidendam hereditatem. Itaq; quotquot erunt ab vtraq; parte perſonæ, in tot portiones * fuerunt. Si nullus agnatus ſit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem vocat. Qui ſint autem gentiles primo Commentariorum & vltimum eſt. & cum illic admonuerimus gentilitium ius in deſuetudinem abiiſſe, ſuperuacuum eſt hoc quoq; loco de ea re curioſius tractare.

PAVLVS libro ſententiarum VII. ſub titulo De teſtamentorum ſucceſſionibus. INTESTATI dicuntur qui teſtamentum facere non poſſunt, vel ipſi linum, vt inteſtati decederent; abruperunt: vel hi quorum hereditas repudiata eſt, cuiuſve conditio defecerit. Sine iure Prætorio factum teſtamentum * abiecta doli expectatione obtinebit. Eorum quorum teſtamenta rumpuntur, aut irrita fiunt, ipſo quidem iure teſtamenti decedunt * Inteſtatorum hereditas lege duodecim tabularum primum ſuis heredibus, deinde agnatis & aliquando quoq; gentibus deferebatur. Sane conſanguineis lex non apprehenderat interpretatione prudentium primum inter agnatos locum acceperunt. Sui heredes ſunt hi primo loco filius, filia in poteſtate patris conſtituti: nec intereſt adoptiui ſint an naturales & ſecundum legem Iuliam Papiamve quæſiti, modo maneant in poteſtate. Qui ſui heredes ſunt, ipſo iure heredes etiam ignorantes conſtituuntur, vt furioſi, aut infantes, & peregrinantes, quibus bonorum poſſeſſionis propter

* Prætoriam actionem non erat neceſſarium. In ſuis heredibus adeo ad mortem teſtatoris rerum hereditariarum dominiũ continuatur, vt nec tutoris auctoritas pupillo, nec furioſis curator ſit * neceſſarius, niſi forte ſoluenda ſit hereditas: quamuis etiam furioſus ſi reſipuerit, & pupillus ſi adoleuerit abſtinere poſſint. Poſt mortem patris natus, vel ab hoſtibus reuerſus, aut ex primo ſecundove mancipio manumiſſus, cuiuſve erroris cauſa probata, licet non fuerint in poteſtate, ſui tamen patri heredes efficiuntur. Poſt filios, filias, ad inteſtatorum ſucceſſionem inter ſuos veniunt nepotes, neptes, pronepotes, proneptes, ac deinde maſculino ſexu poſt filium deſcendentes, ſi nullus parentum impedimento ipſis in aui poteſtate vel proaui familia remanſerit. Parentes enim liberis ſuis cum quibus in poteſtate fuerunt ipſi ordine ſucceſſionis obſiſtunt. Filij ſi cum nepotibus ex alio filio ſuſceptis in familia retinẽtur, ab inteſtato ad patris ſucceſſionem cum fratris filijs vocantur: quibus in patris ſui partem venientibus, hereditas in ſtirpes non in capita diuiditur, ita vt filius & plures nepotes ſingulos ſemiſſes habeant. Idq; euenit ſi ab eo ex duobus filijs * in patrum numero nepotes ſucceſſerint. Ex filia nepotes ſui heredes nõ ſunt. in aui enim materni poteſtate alienam familiam ſequentes, ipſa ratione eſſe non poſſunt. Eo tempore ſuus heres conſtituendus eſt. quo certum eſt aliquem inteſtatum deceſſiſſe; quod ex euentu deficientis conditionis, & ortu nepotis qui viuo auo poſt mortem patris natus, iniri poteſt. Quem filius emancipatus ſuſcepit, vel adoptauit, ſui heredis locum in aui ſucceſſione, ſicut ipſe pater, obtinere non poteſt: Adoptiuus tamen ne qui ſi cognatus bonorum poſſeſſionẽ eius potiri poteſt. Si ſui heredes non ſunt, ad agnatos legitima hereditas pertinebit, inter quos primum locum conſanguinei obtinẽt. Agnati autem ſunt cognati virilis ſexus per virilem deſcendentes, ſicut filius fratris, & patruus, deinceps & tota ſucceſſio. Inter agnatos & cognatos hoc intereſt. In agnatis enim etiam cognati continentur: inter cognatos vero agnati nõ comprehenduntur. Et ideo patruus agnatus eſt & cognatus, auunculus autem cognatus tantummodo eſt. Conſanguinei ſunt eodem patre nati, licet diuerſis matribus, qui in poteſtate fuerunt mortis tempore, adoptiuus quoq; frater ſi non ſit emancipatus, & hi qui poſt mortem patris nati ſunt, vel cauſam probauerunt. Soror iure conſanguinitatis tam ad fratris quàm ad ſororis hereditatem admittitur. Conſanguineis non exiſtentibus, agnatis defertur hereditas, provt quis alterum gradu præceſſerit. Quod ſi plures eodem gradu conſiſtunt, ſimul admittuntur. Si ſit frater defuncti, & fratris filius & nepos * fratres & non exiſtentes * filius fratris nepoti præfertur. Sed ſi duorum fratrum ſint liberi, non in ſtirpes ſed in capita hereditas diſtribuitur. ſcilicet vt pro numero ſingulorum * virium diſtribuatur hereditas. Fœminæ ad hereditates legitimas vltra conſanguineas ſucceſſiones non admittuntur. Id quod iure ciuili Voconia * rationẽ videtur effectum. ceterum lex duodecim tabularum ſine vlla diſcrepatione ſexus cognatos admittit.

VLPIANVS libro ſingulari ſub titulo de legitimis hereditatibus, INTESTATORVM gentilitiorũ hereditates pertinent primum ad ſuos heredes, id eſt, liberos qui in poteſtate ſunt, ceteroſq; qui liberorum loco ſunt. Si ſui heredes non ſint, ad conſanguineos, id eſt fratres & ſorores ex eodem patre. Si nec hi ſunt, ad reliquos agnatos virilis ſexus per mares deſcendentes * eiuſdem familiæ. His enim cautum eſt lege duodecim tabularum hac, SI INTESTATVS MORITVR CVIVS HERES NEC EST, AGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABEATVR. Si agnatus defuncti non ſit, eadem lex duodecim tabularum gentiles ad hereditatem vocat his verbis, SI GNATVS NESCIT GENTILES FAMILIAM HERES HANC. nec gentilitia iura in vſu ſunt.

ITEM ab inteſtato inſtitutionum. AB inteſtato quoq; hereditas defertur aut per ius ciuile, aut per Prætoris beneficium per ius ciuile ſuis heredibus, vel liberis qui in poteſtate fuerũt, filij filiæ & deinceps qui in locum defuncti parentis, qui ex eodem nati ſunt, ſuccedunt.

ITEM eodem libro. POST ſuos ab inteſtato legitimi admittuntur, primum conſanguinei, ij ſunt fratres & ſoror qui in eiuſdem poteſtate patris fuerũt, & ſi ex diuerſis matribus nati ſunt. Conſanguineos & adoptio facit, & adrogatio, cauſæ probatio, & in manu conuentio.

ITEM eodem libro. * ET conſanguineis legitimi vocantur. hi ſunt agnati qui nos per patris cognationem contingunt virilis ſexus. Nam ſciendum fœminis vltra conſanguineas, hereditates legitimas non deferri. Suis prætor ſolet emancipatos liberos, itemque ciuitate donatos coniungere data bonorum poſſeſſione: ſic tamen vt bona, ſi quæ propria habent, his qui in poteſtate manſerunt, conferant. Nam æquiſſimum putauit neque eos bonis paternis carere, per hoc quia non ſunt in poteſtate, neq; præcipua bona propria habere, cum partem ſint ablaturi ſuis heredibus

ITEM libro qui ſupra * DE ſuis heredibus. Poſt conſanguineos Prætor vocat cognatos. Cognati autem ſunt qui nos per patrem aut matrem contingunt. Poſt cognatos virum & vxorem. Et hæc ſi qui deceſſit, non fuit libertinus vel ſtirpis libertinæ. Ceterum ſi libertinus eſt vel libertina, ad patronũ eius legitima hereditas patronamve lege duodecim tabularum refertur.

ITEM

Digitized by Google

Idem eodem libro. POST familiam patroni vocat Prætor patronum & patronam: item liberos patronorum, patroni & patronæ. deinde virum & vxorem, mox cognatos patroni & patronæ. Quod cum is qui deceſſit liber fuit ex remancipatione manumiſſus, lex quidem duodecim tabularum manumiſſori legitimam hæreditatem detulit, ſed Prætor æquitate motus decem perſonas cognatorum ei prætulit has, patrem, matrem, filium, filiam, auum, auiam, nepotem, neptem, fratrem, ſororem, ne quis occaſione iuris, ſanguinis neceſſitudinem vinceret. Sed Imperator noſter in hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur eas ſolas perſonas voluit admitti quibus decimæ immunitatem ipſe tribuit.

* * *

MODESTINVS REGVLARVM LIB. III.

SVB TITVLO DE BONIS LIBERTORVM ET DE TESTAMENTIS.

CVM in teſtamento dies & Conſules adiecti non ſunt, non nocet quominus valeat teſtamentum.

* * *

*

CONST. CXXXIII.

DE VSVRIS SVPRA DVPLVM NON COMPVTANDIS.

IMP. IVSTINIANVS. PP. AVGVSTVS Hermogeni Magiſtro Officiorum.

MANIFESTISSIMA eſt noſtri nominis conſtitutio, quæ vſq; ad dupli quantitatem exactionem debiti concludit. Si igitur creditores tui quidam in duplum acceperunt, alij adhuc minus conſecuti ſunt : hi quidem qui in duplum ex vſurarum quantitate per diuerſa tempora conſecuti ſunt, nullam aduerſus te inquietudinem proponere concedantur : alij autem, ſi ſimili modo repleti fuerint, eo modo ſilere compelluntur. Et ſi debita ſubſecuti fuerint, feneratitias cautiones recuperare, vel ſi remanſerint, ſuis viribus vacare, ſi preces veræ ſunt, præſentis oraculi ſanctione decernimus.

Similis huic conſtitutioni Græca ſubſequitur, quæ iubet in his tantum quæ ciuitates mutuantur, locum non habere.

* *

CONST. CXXXIV.

DE PARTIARIIS SOLVTIONIBVS VSVRARVM IN DVPLVM COMPVTANDIS.

IMP. IVSTINIANVS A. ARSILIO.

QVIDAM mutuatus ab aliquo quingentos aureos, ſoluit aliquam quantitatem vſurarum, quaſdam autem debens cautionem emiſit in ſexcentis aureis. Quoniam autem omnis ſolutio ad nongentos quadraginta nouem aureos peruenit, & creditor dicebat totum in vſuris ſolutum fuiſſe, & exigebat ſexcentos qui cautione continebantur: Ait autem lex, Si reliquos quinquaginta vnum ſoluerit

Digitized by Google

vt debitum duplicetur, nihil aliud exigetur : quamvis veteres dixerint, Tunc ſuper duplum non competit debitum, quando nulla ſolutio in medio contigit. Dat. XVIII. Kl. Maias. CP. Beliſario. V.C. Conſ.

DE ALIENATIONE RERVM ECCLESIÆ MISIÆ RELICTARVM PRO CAPTIVORVM REDEMPTIONE ET ALIMENTIS pauperum.

SCIMVS antea legem promulgaſſe per quam omnes alienationes Eccleſiaſticas inhibuimus. Sed poſtea alia lege proſpeximus quatenus liceat pro ſolutione * Eccleſias vel alias quæ piis domibus deputatæ ſunt, perſoluere. Sed & hoc in noſtra venit memoria quod Martino viro ſanctiſſimo Epiſcopo * Clinate ciuitatis, formam & ante legem noſtram dedimus prohibentem cum Eccleſiaſticas res vendere, ne qui ex potentioribus neceſſitatem ei inponant ſecundum ſuum propoſitum res Eccleſiaſticas alienare. Sed & in noſtra venit memoria alia res quam pro diuinis fecimus vaſis, pro quibus omnibus abdicauimus ne cui liceat ſacroſancta vaſa vel venundare, vel obligare, niſi tantummodo in redemptionem captiuorum : quia animæ redemptio aliis omnibus rebus precioſior eſt. Sed hæc quidem antea. Subſecuta ſunt quæ * nam ratione neceſſaria nobis fuit ad præſentis legis memoriam. Venit etenim in præſenti memoratus ſanctiſſimus vir in hanc ſanctiſſimã ciuitatẽ, & edocuit nos multos terras ſine reditu, vel domunculas, vel vineas relinquere ad redemptionẽ captiuorũ, vel pauperum alimonias, & alienatione ꝓhibita memoratos actus, licet piiſſimi ſint, attamen inhiberi, competens ſibi permitti per legem hoc facere. Sancimus itaque ſi quis reliquerit ad redemptionem captiuorum, vel pauperum alimonias, res immobiles, ſi quidem certus reditus eſt ex relictis rebus colligendus, manere legatum, vel hereditatem, vel donationem, nulla alienatione mutilanda, cum poſſit ex reditibus redemptio vel ſuſtentatio fieri. Si autem vel certus reditus non eſt, vel domus pene diruta & longe ab Eccleſia poſita, vel vineæ quarum fructus non ſemper ſimiles ſed varij colliguntur, & incurſionibus forſitan Barbaricis dediti, in his tantummodo ſpeciebus permittimus vẽditionem hac ſpeciali lege in memorata prouincia fieri, ſi tamen domus intra fines Eccleſiæ vel vineæ iuxta muros ciuitatis minime poſitæ ſint: ita vt in venditionis inſtrumento ipſa verba teſtatoris exprimantur, vt ei placuit venditionem fieri, & redemptionem ex his captiuorum vel alimonias pauperum celebrari. Et ſi hoc ita ſubſecutum fuerit, habeat venditio firmitatem, liceat ſine metu alterius legis, & Oeconomis Eccleſiaſticis, & viro ſanctiſſimo Epiſcopo vendere, & emptoribus habere eaſdem res firmo iure. Habebunt autem Dei omnipotentis crimen œconomi Eccleſiæ, ſi pretia quæ acceperint in aliam cauſam conſumpſerint, licet piiſſima ſit, & non in prædictas duas tantummodo cauſas, ad imitationem legis quæ ſuper ſacroſanctis vaſis alienandis lata eſt. Sic etenim venditio neceſſaria procedat, ne actus piiſſimi exinde fraudentur, & animæ hominum inde pereant : cum & terrarum poſſeſſio & rerum immobilium non talem habeat curam, nec ita ſit neceſſaria vt captiuorum redemptio & vita egentium, quæ & animas ſaluant, & Deo omnipotenti placabiles ſunt. Grauitas itaque tua quæ per hanc ſpecialem legem noſtra decreuit æternitas, tam effectu mancipare quàm obſeruare procuret.*

* *

*

DE CONSILIARIIS DN. IVLIANI ANT. DICTATVM.

SI emerſerit de clericis, vel monachis, vel aſcetriis, ſiue de conditione eorum, ſiue de ſubſtantiis, ſiue de alienatione, ſiue de legitima portione, ſiue de debita liberis eorum vel aliis quibuſdam perſonis, ſiue de accuſatione, vel ſententiis, vel ſportulis, vel apud quem litigare debeant, vel de conſecratione eorum, * Item de Epiſcopis ſi qua emerſerit quæſtio lege in Nouellis Conſt. relatam cuius initium eſt De priuilegiis, & eſt circa CXX. Conſt. Sin autem de rebus Eccleſiaſticis, vel alienatione, vel emphiteuſi, vel conductione quærere volueris, lege iterum Nouellas du. s conſtitutiones circa CX. relatas. ** Si autem quæratur apud te de cuſtode de poſſeſſione, lege in III. Libro Cod. Titulo XIX. & præſertim II. eius Conſtit. Sin autem de dilatationibus quæ debeant præ-

dationis

ſtari his à quibus probatio exigitur lege libro.III. Cod. Tit.XVIII. Si autem de curialibus quæris vel de alienatione, vel de legitima portione quæ debeat curiæ & publico præſtari, lege lib.X. Titulo competenti ſubiectas conſtitutiones. Lege autem & poſt Codicem Nouellas, Conſtitutione vna quidem cuius inſcriptio eſt De nouem vnciis, & eſt circa XL. conſtitut. altera autem quæ de naturalibus filiis loquitur, & eſt circa LXXX. conſtitutionem. Habes autem & alias duas conſtitutiones quæ de curialibus loquuntur, & ſunt circa C. Conſtitut. Si autem de teſtiũ productione quæras, lege libro IV. Cod. tit. XX. & libro XXII. Digeſt. Titulo. V. De teſtibus, & in Nouellis eam conſtitutionem quæ inſcripta eſt, de teſtibus. Non prætermittas autem nec conſtitutionem prælatam in Nouellis in qua plura dicta ſunt de teſtibus, & de inſtrumẽtis admittendis, cuius inſcriptio eſt de inſtrumentis, & eſt circa LXX. conſtitutionem. Quod ſi apud te quæſitum fuerit de teſtibus hæreticis. lege in libro I. Cod. Tit. V. conſtitutionem vltimam. Leges autem & circa LX. Conſt. Nouellarum. Inuenies quod hæretici de curiali conditione omnimodo poſſunt teſtimonium dicere. Frequenter autem legere debes Tit. de probationibus in lib. IV. Cod. & libro XXII. Digeſtorum relatum. Sed & Titulum de quæſtionibus in lib. XLVIII. Digeſtorum poſitum. Cotidie autem legendus tibi eſt lib. IX. Cod. propter criminales diſcuſſiones, & maxime Titulo de cuſtodia & exhibitione reorum, in quo eſt Græca conſtitutio quæ de temporibus loquitur intra quæ oportet criminales exilij cauſa mitti, quando hac ſunt coercitione digni. Quod ſi de fiſcalibus vel tributis emerſerit quæſtio, invenies in libro X. Cod à primo Tit. vſq; ad * alios complures Titulos. Si autem de patrimoniali capitulo aliquid emerſerit, lege in primo libro Cod. & lib. XI. competente Titulo lib L. Digeſtorum. Lege autem diligenter & Tit de officio Præſidis tam in libro I. Protorum quam in lib. I. Cod relatum. Quod ſi de religione quæratur apud te & de hæreticis, legere debes quinto titulo lib. I. Cod. & alios plures Titulos poſt eum poſitos. Quæ autem pertinent ad querellam, Cõſtitut. circa CV. Nouellarum relatam. Lege autem & aliam inter Nouellas conſtitut. cuius inſcriptio eſt de diuerſis capitulis. ibi invenies quod hodie non cogitur teſtator ſua manu heredum nomina ſcribere. Lege autem & Conſtit. Nouellam, quæ innouauit agnatorum & cognatorum iura, & ab inteſtato ſucceſſiones formauit, quæ eſt relata circa CV. conſtit. Lege autem & de nuptiis Nouell. Conſt frequenter, & duas conſtit. in Nouellis poſitas de repudiis & adulteriis, quæ ſunt circa finem Nouellarum. Omni autem modo lege Tit. I. lib. XLII. Digeſtorum. Nam ibi de re iudicata & de interlocutionibus invenies. De compromiſſariis autem ſiue arbitris, invenies in lib. IV. Protorum, & in lib. II. Cod. circa finem eorum librorum titulos competentes. De adſcriptitiis autem invenies lib. XI. Codicis Tit. de colonis cenſitis, & alios complures tales titulos tam de colonis priuatorum, quàm de tamiacis, & ſimilib. Si quæſitum fuerit apud te hoc quod natum eſt quem ſequatur vel cuius ſit conditionis, quære ea quæ cum legibus * Perlege autem & de nuptiis Conſtit. in Nouellis in qua plura invenies de dote & de nuptiali donatione. Et frequenter legenda eſt tibi eadem conſtitutio. Alias enim inſcriptiones reliquarum conſtitutionum legere debes. Ex his enim per coniecturam capias quid innouatum eſt in nuptiis * cauſis. Lege autem & primam conſtitut. Nouell. in qua de legatis & de lege Falcidia & de invẽtario & alia vtiliſſima plura relata ſunt. Lege autem & in lib. VI. Cod. conſtit. De iure patronatus, & conſtit. ſub titulo de Caducis tollendis. Conſtit. de inuentario ſub Tit. de iure deliberandi, vltima Latina ad Senatũ: & conſtitut. de incertis perſonis ſub Titulo competenti: qui omnes Tituli in VI. lib Cod relati ſunt plurima & vtiliſſima continentes. Quod ſi quæratur * auo forte ad abſentem condemnare vel alio modo prægrauare, legenda erunt conſtitutio in primo Titulo tertij lib. Cod. relata è noſtri principis conſtitut. De iureiurando autem ſi quando fuerit quæſitum, debet legere primo Tit. IV. Cod. lib. Legere autem debet & in lib. VII Cod. De re iudicata & diuerſis ſententiis & interlocutionibus Tit. competentes. De Emphiteuſi autem & de conductionib invenies lib IV. Cod vltimum & penultimum. In his autem titulis non prætermittas illam pulcherrimã legem qua cauetur licere intra annum ſine pœna à contractu in conductionibus recedere. Lege autem conſtit. inter Nouellas relatã de mandatoribus & fideiuſſorib. & de duobus reis promittendi. Quod ſi de numerata pecunia quæſtio emergat, lege competentem Tit. in lib. IIII. Cod. & Nouellam conſtitutionem poſt Codicem poſitam De dote cauta & non numerata. Nõ lateat vero te quod Eccleſiis quadraginta annorum præſcriptio opponitur, vt cauetur conſtit. circa centeſimam Nouellarum poſita. Eccleſiæ Romanæ autem centum annorum præſcriptio obiicitur, vt eſt relatum in lib. I. Cod. Tit. de rebus Eccleſiaſticis conſtit. principis noſtri: & quod ciuitas pupilli ſiue adoleſcentis locum obtineat, quod frequenter quidem dicitur, vbi autem relatum eſt, ignoratur. Eſt aũt poſitũ in lib. II. Cod Tit. LIII. conſt IV. De ordine aũt edictorũ ſiue peremptorij ſiue aliorũ, & de præconũ vocibus abſentes * eum poſt litis conteſtationem inveni[…] in lib. I de Iudiciis, titulo primo circa media loca Tit. I Sin aũt auctor intentionẽ ſuam deſeruerit, quid iuris ſit, in No[…]ell. conſt. poſt Codicem promulgatũ invenies circa CV. Conſtitut.

EXPLICIT DE CONSILIARIIS FELICITER.

I 4

Digitized by Google

*

ITEM COLLECTIO DOMINI IVLIANI ANTECENSORIS.

TVTORES, vel diuiſam tutelam adminiſtrant, vel indiuiſam communiter gerunt. Et ſi quidem diuiſa eſt ſiue à teſtatore ſiue à iudice, vnuſquiſq; pro ſua adminiſtratione tenetur : niſi forte aut cum oportebat contutores remouere vt ſuſpectum * homini, non remouit aut tardius remouit. Quod ſi ipſi inter ſe diuiſerunt tutelam, tunc adſimilantur eis qui communiter adminiſtrationẽ geſſerunt & ita relatum eſt in lib.v.Cod.Tit.LIII.conſt.ſecunda. Si autem indiuiſa tutela ſit, diſtinguitur: & interea dicendum eſt facultatem habere pupillum & in ſolidum quem voluerit tutorum ſuorum eligere. Si tamen rem de qua agitur omnes geſſerunt, ſed ſiquidem omnes ſoluendo ſint litis conteſtatæ tempore, diuiditur inter eos actio: ſi autem quidam eorum eo tempore ſoluendo non ſint, onera eorum hi qui ſoluendo ſunt, recipiunt. Sed ſi quidem ex negligentia communi vel eorum tantum culpa qui ſoluendo non ſunt, condemnati fuerint idonei tutores, ceduntur eis actiones pupilli, vel habebũt vtilem actionem aduerſus contutores ſuos. Quod ſi ob dolum communẽ condemnati fuerint, nulla eis ceſſio vel opitulatio datur. In tantum autem idoneis contutoribus conſtitutis, alij tutores ob culpam communem non condemnantur in ſolidum, vt etiam magiſtratus municipales & fideiuſſores neceſſe ſit ante eos conueniri, ſi ſoluẽdo ſint. tunc enim vltimæ perſonæ publicæ * cum querela pupilli in eo ſit, quod non remoti fuerint tutores vt ſuſpecti, vel quod ſatiſdatio exacta non ſit. Et hæc omnia manifeſtiſſime dicta ſunt lib XXVI. Tit.II. Digeſtorum. Primo hæc ſi omnes rem de qua agitur, adminiſtrauerint. Quod ſi quidam geſſerunt, quidam non, ſiquidem ex negligẽtia obligati ſunt, ſiquidem ſoluendo erant hi qui adminiſtrauerunt eo tempore quo depoſuerũt tutelam, poſtea autem ad egeſtatem peruenerunt, ſi quidem per pupillum hoc factum eſt, ad eum non ad tutores ipſius periculum pertinebit, vt relatum eſt in prima Conſt. Tit.LII.lib.v.Cod. Quod ſi nihil per eum factum eſt, interea oportet eum qui adminiſtrauit, conueniri, ita etſi ſoluendo eſſe dicatur. ſed nihilominus euentus ei qui non adminiſtrauit, periclitatur. & ita relatum eſt in vltima Conſtit. eiuſdem Tit. Hæc ſi ob neglegentiam accuſatur tutor. Si autem ob dolum, aut de lata culpa, tunc adſimilantur hi qui non adminiſtrauerunt eis qui communiter indiuiſam tutelam geſſerunt, vt eſt relatum libro v.Cod. Tit.LII. Conſt.II. Dico autem non adminiſtraſſe tutelam & eum qui rem de qua agitur non adminiſtrauit. nam quantum ad eam rem, non immiſcuit ſe adminiſtrationi. Hæc ante condemnationem. Quod ſi contra omnes tutores condemnatio prolata eſt, tunc diuiditur quantitas aduerſus omnes æqualiter, & vno non idoneo inuento, aliis periculũ non imminet, vt eſt relatum in libro VII.Cod.Tit.v. Conſtit.ſecũda. Quod ſi heredibus tutorum vel curatorum quæſtio emerſerit, lege LIV. Tit.lib.v. Cod. nam ibi pleniſſime de his atque manifeſtiſſime expoſitum eſt. Secundum eas diſtinctiones oportet nos eas quæ videntur eſſe contrarietates diſcernere.

EXPLICIT.

PETRI

PETRI PITHOEI I. C.

NOTAE.

INAVDIERAM equidem antea fuiſſe ex priſcis ſcriptoribus aliquem qui cum Moyſis legibus Romanas contuliſſet.ac memini Io. Tilium antiquæ eruditionis hominem, cum de veterum iuriſconſultorũ reliquiis ſermo eſſet, narrare ſolitum, habuiſſe aliquando ſe eius operis fragmẽta pauca, quibus ille Licinnij Rufini nomen tribuebat, an ex coniectura, an potius ex veteris libri fide non ſatis ſcio. Illud affirmare liquet quæ nunc damus ex antiquiſſima Sequanorum aut Mandubiorum potius bibliotheca, in qua per annos octingentos & amplius latueruut, nõ eſſe Licinnij Rufini, cuius nomine ad Iulium Paulum in libris noſtris conſultatio inſcripta eſt: ac, vt quod ſentio, dicam; non fuit tanti hæc collectio quæ aut Licinnij aut Iuriſcõſulti alicuius paulo clarioris ingenium & acumen deſideraret. Tota illa operæ fuit, ſed eius operæ cuius preciũ iniuria temporis ſic incendit, vt iam nihil fortaſſe hoc genere tanti videatur. Nam vt concedamus plures veteris iuris P. R. regulas vnius Vlpiani Titulis contineri, ſane & illi præterquam quod ab his noſtris nomen ſuum partéſq; mutuantur, vnius, vt ita dicam, genij notioniſq; ſunt, nec tam perſpicue repræſentant, quid Tribonianus, quid collegæ in excerpendis digerendiſq; & huius & aliorum ſcriptis ſibi conceſſerint. Qua de re in eo tractatu quem de libris vtriuſque iuris pridem delineauimus, plenius diſſeremus. Nunc de collectore huius libelli, cuius nomen titulumq; exemplar ipſum prioribus duabus paginis purum non prætulit, hoc tantum dicere poſſumus, videri eum Theodoſij iunioris temporibus vixiſſe, & poſt conſulatum quidem ipſius xv. quo demum Codex editus legitur, ex quo hic conſtitutionem retulit vnam, non omiſſurus, vt veriſimile eſt, de homicidio non voluntario Valentiniani ſingularem legem ſi tum quoque edita, aut in certum Nouellarum corpus redacta fuiſſet. Sed de re incerta nihil temere affirmare velim. Illud potius mirer, cur hic idem illam de impudicis legem non ex Præfecturæ Vrbanę ſcriniis, ſed ex Theodoſiano Cod. pleniorẽ recitat quàm hodie in corpore ipſo extet quod hac quidem parte pro integro eiuſdem Tilij beneficio hactenus habuimus. Cæterum quod ad nos attinet, in horum editione veteris libri ſcripturam bona fide expreſſimus, retentis etiam leuioribus mendis ſi quæ varias coniecturas reciperent, quibus ne in ora quidem exemplaris locum dedimus vt ſua cuiq; libera diuinatio liberumq; eſſet iudicium. Quæ inter exſcribendum relegendumq; occurrerant, in hunc locum reiecimus vnde facile exturbari poſſent. Nam hũc quidem agrum pro dignitate purgare atq; excolere, hominis eſt & otio abundantis, & veteris Iuris P. R. cognitione inſtructiſſimi,

Nobis non licet eſſe tam beatis.

AD TITVLVS I.

Si quis perc.] *Extat libro 4. Moyſis, qui Numerorum inſcribitur cap. 35. Sed quanam ſacrorum librorum interpretatione hic collector vſus ſit, nondum mihi ſatis liquet. Sane quidem plures hodieq; extant in vetuſtioribus archiuis, quarum, vt Auguſtini verbis dicam, infinita eſt varietas.*

Aliquod vas.] *Hoc nomine poſteriorum temporum ſcriptores, omnes fere res complexi ſunt, quæ nobis inter mobiles atq; inſtrumenta domus numerantur. Sed & veteres in re militari inter contubernia vſurparunt, vnde & Vaſa conclamare, & Conuaſare apud eos legimus.*

Sub. tit. ad Leg. Corn.] *Extat inter receptas Pauli ſententias ſub Tit. 23. libro 5. ad quem etiam non erit fortaſſis alienum hoc loco monere duas priores ſententias de circumciſis pertinere, quæ tamen hactenus ſub alieno Titulo aberrarunt, vt & alia multa eiuſdem operis.*

Vt is Prætor iudexue.] *Veteris exemplaris ſcriptura hæc fuit*: vt is Prætor iudexue quæſtionis cui ſortem obuenerit quæſtio de ſicariis eius quod in vrbe Roma propriis mille paſſus factus ſit Vtiq;

ſit Vtiq; erat cum iudicibus cui ei ex legem ſortem ob. *in quam quid & cur nobis permiſerimus apertum eſt. Auctorem prætereà habuimus M. Tullium, cuius hæc ſunt in oratione pro Cluentio:* Iubet lex ea, qua lege hæc quæſtio conſtituta eſt, iudicem quæſtionis, hoc eſt Q. Voconium, cum his iudicibus qui ei obuenerint (vos appellat, iudices) quærere de veneno. In quem quærere? infinitum eſt, quicunq; fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, dederit. Quid eadem lex ſtatim adiungit: Recita. De que eius capite quærito. *Loquitur vero de quæſtione veneficij quæ eundem habuit auctorem & eadem rogatione comprehenſa fuiſſe videtur, ſed diuerſis capitibus vt hic locus arguit & l. 3. D. ad l. Corn. de ſic. quam etiam ob cauſam ſæpius hæc iudicia diſtinguuntur tanquam ex diuerſis legibus vt in l. 3. D. de bon. damnat. & apud Martialem eo loco,* Non de vi, neq; cæde, nec veneno. *Et ſane diuerſos habuiſſe iudices diuerſoſq; Prætores veriſimile eſt. Idq; Ciceronis verba plane confirmant, ſi coniungantur cum præcedentibus huiuſmodi.* Opinor hæc omnia lege fieri, totumque hoc iudicium quaſi mente quadam regi legis & adminiſtrari. Quid ergo eſt: hæc quæſtio ſola ita gubernatur? Quid M. Plætorij & C. Flaminij inter ſicarios. Quid C. Orchinij peculatus? Quid mea de pecuniis repetundis? Quid aliæ quæſtiones? *Vnde fortaſſe non immerito quis ſuſpicetur in l. 2. § capta. D. orig. iur. quod in Pandectis Florentinis deeſſe videtur, ſic potius eſſe ſupplendũ,* Deinde Cornelius Sylla quæſtiones publicas conſtituit, veluti de falſo, de parricidio, de ſicariis, de veneficiis, & Prætores quatuor adiecit. *nam iniuriarum quidem iudicium ex lege Cornelia inter priuata ab auctoribus noſtris perpetuo relatum eſt l. 2. & vlt. C. de iniuriis. vt pote quod & ciuiliter moueri poſſit: & in l. Prætor. §. 1. D. de iniur. Cornelia non de iniuriis, ſed de ſicariis potius exaudiẽda eſt, vt & in l. 23. §. ſi dolo. D. ad leg. Aquil. Nec tamen inficior ex lege Cornelia iniuriarum ſeruum reum non recipi, ſed duriore pœna extraordinem affici, & quod ad ſeruos attinet excedere eam quæſtionem quodam genere priuatæ modum l. 12. §. vlt. D. de accuſat. Ideoq; cum de ſeruo ageretur in l. 5. D. Si ex nox. cauſ. ag. hæc recte Vlpianus ſic coniunxit,* Capitaliũ actionum iniuriarumq; nomine. *Sed hæc aliena nec huius loci quæſtio eſt, ac vereor ne iam etiam notarum modum exceſſerim. Illud tamen addere liceat eſſe hoc exemplum aliud exercitionis publici iudicij lege delegata ad l. 1. D. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.*

Relatis.] *Hæc ſunt correctoris, quæ ideo forma literarum à ceteris diſtingui voluimus, vt & reliqua omnia quæ illius eſſe viſa ſunt.*

Coercit compeſcit.] *vet.* coerci compeſci. *& paulo poſt,* pertinet ire hæc.

Vt & ad ſeruum & peregrinum.] *Cicero pro Cluentio,* Vbi omnes mortales alligat lex, ita loquitur: qui fecit, fecerit, omnes viri, mulieres, liberi, ſerui, in iudicium vocantur. *Omnibus legibus ſerui rei fiunt, quarum pœna in ſeruos cadere poteſt l. 12. §. vlt. D. de accuſat. In ſeruos etiam admiſſa delicta legibus vindicantur, adeo vt & ipſi ſeruo non ad ſugillationem demum facta iniuria legibus multa non relinquatur l. Item apud Labeonem. §. ſi quis. D. de iniur. l. 6. D. ad l. Iul. de adult. Et tamen illud etiam verum eſt quod & Fabius libro 6. vſurpauit, ad exules, ad ſeruos, ad peregrinos nullam legem pertinere. Sed hæc ex mente verbiſq; legum diiudicanda ſunt, & potiſſimum quidem ex ſubiecta materia. Peregrinus manumittens ſeruum non potuit Latinum facere. Cur ita? quia lex Iulia quæ Latinorum genus induxit, ad peregrinos non pertinet. Prætor tamen non permittebat ita manumiſſum ſeruire, niſi aliter lege peregrina cautum eſſet. Hoc ſcripſerat Iureconſultus quidam, ſiue is Vlpianus fuit, ſeu Gaius, ſeu quis alius, in libro regularum, cuius ego nuper fragmentum magna parte erui ex veteri Gloſſario C. Puteani viri ſelectiſſimæ eruditionis & iudicij recti. Quod de peregrino diximus fortaſſe & ad deportatum non male trahetur l. 2. D. de interdic. & relegat.*

Si autem.] *Extat apud Moyſem eo loco quem ſupra notauimus, extat & de eadem re Nouella Conſtitutio Valentiniani, qua fere vtimur. Addatur & Numæ lex ex vetuſtiſſimo Seruij exemplari ad illud Virgil. Ecl. 4.* Ipſe ſed in pratis aries. Sane, *inquit,* in Numæ legibus cautum eſt vt ſi quis imprudens hominem occidiſſet pro capite occiſi & natis eius in concione offerret arietem. Ergo hic bene videtur arieti dignitatem dare, dicendo Ipſe, qui oblatus homicidam crimine homicidij poſſit exſoluere. *Sed placet etiam Philonis locus ex lib. 1. de vita Moyſis,* ὁ κτείνων, *inquit,* ἄνθρωπον εἰ ἐξ ἀκουσίου ἀναμάρτητος, ἢ βιασθεὶς ὑπαίτιος εἶναι δοκεῖ διὰ τὴν ἀνεπιτήδευτον καὶ κοινὴν συγγένειαν. *Placet & ille Plutarchi ex Cauſalibus, in quo rationem inquirens cur non iis ſacramento adacti militent,* πότερον ὅτι, *inquit,* τὴν ἀναγκαίαν μόνον ἐξουσίαν εἶναι δεῖ τοῦ ἀναιρεῖν ἄνθρωπον, ὁ δὲ ἄνευ νόμου καὶ προστάγματος τοῦτο ποιῶν, ἀνδροφόνος ἐστί.

Reſcripto Hadriani.] *Refertur & hoc reſcriptum in lib. 1. §. Diuus D. ad Leg. Corn. de ſic. quem cum hoc contuliſſe non inutile erit.*

Sic lapide.] *Vetus hæc ſcriptura propius accedit ad clauis quam claua nomen, quod & Græci interpretes retinuerunt libro 60. Βασιλ. Tit. 39. & 59.*

Vt homicidam ſeruum.] *Franciſcus Pithœus frater meus, cuius ego ingenuis virtutibus digna ex aliis audire malo quam ipſe dicere, putat hunc locum ſic emendari poſſe:* vt homicidij reum ſupplicio maiore iubete adlici. *niſi quis ita malit,* vt homicidam ſeruum ſupplicio maiore. *Certum eſt enim ex perſona delinquentis vt crimen, ita pœnam augeri.*

Qui hominem.] *Reliqua fiat prior pars apud Paulum lib. 5. Sent. Tit. 23.*

Conſi-

Conſilium.] *Paterculus*, Facta, *inquit*, maiores noſtri ad conſilium dirigebant. *Seneca de Tranquil.lib.2.* Poteſt euenire vt faciat aliquis iniuriam mihi, & ego non accipiam, tanquam ſi quis rem cum è villa mea ſubripuit, in domo mea ponat, ille furtum fecerit, ego nihil perdiderim. Poteſt aliquis nocens geri, quamuis non nocuerit. Si quis cum vxore tanquam cum aliena concumbat, adulter erit, quamuis illa adultera non ſit. Aliquis mihi venenum dedit, ſed vim ſuam mixtum cibo perdidit: venenum illud dando ſcelere ſe obligauit etiam ſi non nocuit. Non minus latro eſt cuius telum oppoſita veſte eluſum eſt. Omnia ſcelera & ante effectum (*ſic legendum*) operis quantum culpæ ſatis eſt, perfecta ſunt. *Seruius ad illud Virgil. ex libro 6.* Auſi omnes immune nefas, Secundum Romanorum morem dicit, quo non tantum exitus punitur, ſed voluntas. *Sic & Impp. in l.1.C.Th de ambitu* πρωθύστερον ἐπιλωγιαῶν, Pari ſorte leges ſcelus quam ſceleris puniunt voluntatem. *Sane in rebus non vſq; adeo turpibus etiam factum exigitur l.1.§.beſtias. D.de poſtulando.l.18.D.de pœnis.quæ pertinet ad edictum. Quod quiſq; iuris, non ad publica iudicia. Itaq; oratoriè magis quàm iuridice ab his ad illa M.Cato pro Rhodienſibus argumentatus eſt apud Gel. libro 7.capite 3.& rectius quidem Aſconius Padianus*, Qui ius, *inquit*, dicit factorum iudex eſt non futurorum, duntaxat in ciuilibus cauſis.

Caſu teli.] *fuga teli magis quam iactu vt olim in exceptionibus ſcribi ſolitum M.Tullius auctor eſt. Auguſtin.de lib.arbitr.lib.1.* Nam & miles hoſtem, & iudex vel miniſter eius nocentem, & cui inuito atque imprudenti telum manu fugit, non mihi videntur peccare cum hominem occidunt.

Quod ſi in rixa.] *Extat in l. vlt. D. ad leg. Corn. de ſicar. ex qua fortaſſe hic quoq; non male ita legetur,* ictus quoque ipſos. *Cætera cur à Triboniano prætermiſſa ſint, non eſt obſcurum.*

Frater veſter.] *Ex hoc Antonini reſcripto & eo quod proxime ſequitur, Gordiani, confecta eſt à Triboniano l 1.C. ad leg. Corn. de ſicar.*

Lætouis.] *Pro Læto II. id eſt iterum conſule. Nam bis quidem aut ter Conſul in notatione temporum non vſq; adeo Latine dici videtur. Et tamen ſæpe in veteribus libris ita ſcriptum memini.*

Quod ſi dominum.] *Quo hæc pertineant non video. Extat ſane reſcriptum quod ſequitur in l.5.Cod. eod tit. & hoc eſſe Diocletiani & Maximiani ſubſcriptio arguit.*

Cum quidam.] *Leguntur & hæc in l.4.§ 1.D.ad leg. Corn. de ſicar. At neq; reſcripti neq; conſultationis verba adiecta ſunt, quibus in hoc genere quod ſciam elegantius nihil eſt.*

In quinquennium.] *Ponitur & illa lex apud Rhetores vt imprudentis cædis damnatus quinquennali exilio multetur, vt apud Quint. lib.7.cap 5.& Declam 296.& 305.*

Conſultationis.] *Vet.* conſolationis, *quomodo & in optimo Seruij exemplari ſcriptum eſt eo loco lib. 3. Æneid.* Augurium eſt exquiſita Deorum voluntas per conſolationem auium aut ſignorum.

Em.] *An hac emiſſam conſultationem, an aliud quiddam ſignificent non ſatis ſcio. Illud fortaſſe felicius diuinaſſe videbor, iſta ſub finem quæ quis ſupereſſe putauerit* (Vel res) *notas eſſe quæ veterem formulam contineant, Velim reſcribas: aut potius quando ad principem ſermo eſt, Velis reſcribere. Sic apud Plinium ſæpe, Rogo reſcribas, & infra Vellem mihi reſcribere.*

Cognouit quod Clodius.] *Malim* cognoui, *& infra*, interdixi, decreui, &c.

Dum ſago iactatur.] *Vet.* dum ſagu iactatur. *Sed iam notus eſt ex Suetonio & Martiale veterum ludus. Appellatio ipſa non vſq; adeo fortaſſis nota quam ex veteri Gloſſario didici, in quo ita eſt.* Sagatio πάλμος.

Culpa Marij Euariſti.] *Veteris libri ſcriptura hæc eſt,* culpa manu Euariſti, *quam ideo adnotare libuit quod & hanc coniecturam reciperes,* culpante manu Euariſti. *excuſa tamen magis placuit.*

Adque apparebat.] *Huius loci ſententiam facile eſt mente concipere, verba ipſa ſanare difficile eſt.*

Vrbe Italia prouinciæ Veticæ.] *Ant. Oiſelius meus, de cuius eruditione, iudicio, rerumq; ac iuris prudentia ſingulari quicquid dixero minus erit, hunc locum ſic malit legere,* vrbe Italica prouinciæ Beticæ, *quod mihi quidem facile perſuadet, quando & Italicam Beticæ vrbem eſſe vel ex Ptolemæo conſtat, & prouincia, atq; adeo Italia & vrbe interdicere delicto grauius non immerito videatur. Scio tamen non defuturos qui lectionem ſcriptam magis probent, quam etiam confirmat l.1.§.1.D.de effract. & expil.*

Recte Egn. Taurine.] *Vet.* Recte & Taurine.

Refert enim.] *Sunt igitur illa Diui Hadriani in l.5.§ vlt. D. de pœnis. vnde & hic lubentius ita legerim.* Et ſane diſtinctio hæc pœnam aut iuſtam prouocare debet. *Iuſta, id eſt legitima, alioqui iuſtitiam, quæ cum æquitate coniungitur non recte ſtricti iuris temperamento opponemus l. placuit. C. de iud. l.31.§.1.D.depoſiti. Gratia fortaſſe rectius, vt in l.17.§.pen.D.ad leg. Iul. de adulter.*

Rem facti quis.] *vet ex.* rem pacto. *hoc vult, factum non ius.*

Geret.] *Vet. ageret. Extat in l.pen.§.1.D.ad leg. Iul. de vi publ. Sed nec moribus noſtris qui occidendi hominis cauſa telum gerit, vtiq; homicidij pœna punitur: & hac parte lex Cornelia in vſu apud nos eſſe deſiit, vt poſteriorum temporum Doctores recte annotarunt.*

AD TITV-

Digitized by Google

AD TITVLVM II.

Si autem contenderint.] *Extat apud Moyſem Exod.21.*

Homo foris.] *Vet.* fortis.

Acceſſionis mercedem.] Ceſſationis. *hac vero interpretationem recipiunt ex l. vlt. D. de his qui deie. vel effud. & l 3. D. Si quadru. paup ſec. dic.*

Vlpianus libro regularis.] *Sic vetus exemp. Ego vero non dubito quin & hac ipſa & alia quædam huius Eclogæ ſint ex libro ſingulari Regularum Domitij Vlpiani, cui etiam antea ſemper adſcripſi titulos illos qui Io. Tilij immortali beneficio ante annos aliquot editi ſunt. Mouit me præter ſcribendi rationem, quod cum in Pandectis noſtris duo tantum capita ex eo libro reliqua eſſent, nempe 17. de teſtibus, & 25. de obligat. & actionib. illud quidem totidem verbis inter iſtos Titulos legitur, alterum cur non extet cauſa in promptu eſt, cum & titulus ipſe deſideretur, vt & alios plures non fruſtra deſiderari hæc collectio indicat, ex qua etiam quoſdam ſupplere, quoſdam rectius emendare eſt. Sunt igitur illi Tituli ex corpore non omnium Vlpiani ſcriptorum, ſed ex corpore libri ſingularis Regularum, vt & Æmilij Papiniani ſententia vnica ex ipſius corpore, id eſt ex libro ſingulari Reſponſorum collecta quæ tanquam purpuræ lumen centonem illum Gothicum in fronte deturpat magis quam honeſtat.*

Iniuria ſiquidem.] *Hæc pertinent ad iniurias rerum, id eſt quæ re fiunt membro rupto vel oſſe fracto, & ad honorariam earum pœnam de qua in §. pœna. Inſtit. de iniur.*

Adque collegi.] *An* idque collegi ex facto, *quod verius eſt. Ex facto autem dicit quia de illis iniuriis loquitur quæ re fiunt, vt proxime monuimus. Nam & iniuriarum atrocitas ex aliis etiam circunſtantiis æſtimatur.*

Papianus.] *Sic in vetuſtiſſimo exempl. conſtanti fide ſcriptum eſt. Sic & in Aniani Breuiario. Sane à Græcis non niſi Papianus ſcribi ſolet, & ab ipſo Iuſtiniano Nou 4. & 108. à Latinis frequentius Papinianus dicitur.*

Per hominem.] *Certum eſt iure P. R. filiosfamilias noxæ dedi potuiſſe, nec eos modo ſed & filias §. vlt. Inſt. de nox. act. Ea ſiue patriæ poteſtatis auctoritas, quam & Papiniani temporibus eo vſq; valuiſſe hic locus indicat. Cuius etiam iuris veſtigia quædam reliqua ſunt in Pandectis. Vnum hic indicaſſe ſufficiat in l. 3. §. Si ex his quis. D. de liber. hom. exhib. De his verò & illa circa propria ac differentia ſubtilitas, quam et magnam Quintilianus proponit de addictis, ſeruine ſint an liberi. Ego quidem ſeruire vtroſq; dixero, nec impari multum iure l. 33. & ſeqq. D. de nox. act. Neutros tamen ſeruos dixero, vt nec eum qui redemptus ab hoſtibus, redemptionis pretium nondum exſoluit. l. 2. C. de poſtlim. reuerſ. Sunt verò hæc inter ſe longe diuerſa & in ſeruis etiam ipſis ſæpe diſtinguuntur. l. 27. §. de eo. D. ad l. Iul. de adult. l. 18. D. de nox. act. l. 24. de vſuf. leg. Nam & è contrario ſerui ſunt quidam reuera, nec tamen ſeruiunt. & aliud eſt liberum, aliud in libertate eſſe, vt recte Quintilianus aſſerit declam. 340. & 342. Tanta eſt rerum verborúmq; differentia in cauſis libertatis. Huiuſmodi ſunt iure nouo Coloni l. 1. de colon. Thrac. in legibus Langobardorum Aldij l. 4. de prohib. alien. ſer. & iure noſtro qui manus mortuæ dicuntur. Sed placet exemplum veteris iuris non vſquequaq; vulgare, quod me docuit auctor ille Regularum, quem Puteano noſtro deberi dixi. Apud veteres inter amicos manumiſſi, ſeruiendi tantum metu dimittebantur, manebant ſerui, & manumiſſores audebant eos in ſeruitutem denuo per vim ducere. Ideoque recte Maſſenio ſeruus apud Plautum in Menæch. inter amicos manumiſſus,* Meliore, *inquit,* opus eſt auſpicio liber perpetuo vt ſiem. *Interueniebat Prætor & non permittebat ſeruire. Poſtea habuerunt propriam quandam libertatem ex lege Iunia quæ exæquauit eos Latinis colonariis (quos ego ad nouum ius Latij refero. Nam & vetus fuiſſe aliud Seruius notat, & illæ ſingulares literæ apud Valerium Probum confirmant, C L. P. R.) effecitq; liberos, negato tamen vltimæ voluntatis arbitrio, vt Saluianus Timothei nomine ſcripſit lib. 3. ad Eccleſ. cathol. & probat l. 1. C. Th. de petitione heredit. & Gaius lib. 1. Inſtit. qua de re alibi plenius. Ita poſt legem Iuniam inter amicos manumiſſi, nec ſeruiunt, nec ſerui ſunt, ſed libertini: non iuſta tamen nec ſolida libertatis, vt & Seneca in lib. de beata vita ſignificat. denique ſeruorum liberi & liberorum ſunt ſpurij, vt ait l. 2. C. Th. ad S. C. Claud. Ergo vt ad rem redeam, liber homo noxæ deditus ſeruit, & ei adquirit qui deditum accepit. Verum ſi tantum adquiſierit quantum damnum datum eſt, liberatur, cogiturq; is qui deditum accepit, ipſum manumittere. cogitur autem à Prætore: ſed fiducia, inquit, iudicio non tenetur. Quid eſt hoc? An ſignificat fiduciæ iudicio non poſſe cogi manumittere, cum videri poſſet hoc ab initio quodammodo actum per fidem taciti contractus, vt litis æſtimatione accepta deditum dimitteret: quemadmodum ſeruatur in eo qui ſuis nummis redimitur l. 5. D. de obſeq. parent. vel patron. præſtand. l. 4. §. 1. D. de manumiſſ. ſed auxilio & officio Prætoris id fieri, vt de ſeruo Iuſtinianus paulo dilucidius ſcripſit in §. 1. Inſtit. de nox. act. An vero quia manumiſſionem liberi hominis præcedit mancipatio, in qua fiducia interponi ſolet (ex parte quidem emptoris aut reuendendi remancipandiq;, aut etiam interdum manumittendi: ex parte verò mancipantis de indemnitate fiduciarij ob impenſas ipſius actus, vel etiam ob actiones noxales, cæteraſque eius generis quibus alioqui ex perſona liberi hominis teneri poſſet) hoc potius Papinianus ſignificat, eum qui ſibi noxæ deditum manumittit: fiducia non teneri, quia non ſponte manumittit: vt nec alias qui facto alterius coactus vendit, de euictione teneri ſolet niſi ex ſuo facto? Sed hoc fortaſſe ſubtilius eſt. Illud non minus, An filiusfamil. ita manumiſſus, in*

patris

patris naturalis poteſtatem recidat, ſiquidem leg. 12. tab. trina mancipatione ſatisfactum non eſt. Nam ſane accepto pretio vendere non minus eſt quam aut non defendere, aut noxæ dedere, & eſt quod hic filio magis ob noxiam imputetur. Ita fruſtra quæratur hoc caſu, an is qui noxæ deditum auxilio Prætoris manumittit, iura ſibi legitimæ ſucceſſionis adquirat. quod forſan non fruſtra quæri videretur in ceteris liberis qui vna manumiſſione ſui iuris fiunt, ſi per omnia liberorum hominum manumiſſores patronis exæquarentur, & non edicto Prætoris enumeratæ eſſent certæ perſonæ. Et hic profecto neq; gratuitum neq; reuera beneficium præſtat, cum cogi poſſit, & nihil amplius quam operam ſuam vel inuitus accommodat, quaſi pretio recepto ſartaq; noxa l. vlt. D. de obſeq. parent. Hæc ſunt ritus iuris quod ille apud Gellium cum lance & licio euanuiſſe dicit, cuius tamen cognitio quanti ſit momenti in ceteris partibus, ij demum intelligunt qui riuis & caſtellis ita vtuntur vt fontes ipſos non negligant.

Rupiſſe.] *Extant hæc in l. 24. §. rupiſſe. D. ad l. Aquil. ſed verbis aliquantulum mutatis: ac vereor ne illa etiam quæ ſequuntur*, Aquilia enim eas duntaxat ruptiones quæ damna dant, perſequitur (*ſic enim reponendum arbitror*) *non ſint Vlpiani. Sane nec ea collector hic agnoſcit, qui alioqui aut continua diuidere, aut diuiſa continuare non ſolet.*

Paullus libro ſingulari.] *Quonam? De iniuriis. Sic ſequentia vtcunq; ſuadent. Atqui nullus hoc titulo liber Paullo tribuitur in eo indice qui Pandectis præfixus eſt, in quo alij quidam notantur ex quibus nihil deſumptum legimus. Et tamen hunc ipſum habuere compoſitores qui hæc ad verbum tranſtulerunt in ſuas Inſtitutiones ſub tit. De iniuriis, quem cum hoc loco conferre cui libet, licet, & ex eo quod hic deeſt, ſupplere. Quod autem ſequitur, ſic fortaſſe non male reſtituetur*, Commune enim omni ei nomen iniuriæ eſt, *quod & Franciſco fratri chariſſimo ſuboluit.*

Labeo.] *l. 15. D. de iniuriis.*

Qui iniuriam.] *hæc ſunt verba legis ipſius 12. tab. in quæ ſibi quiſq; arbitrio licere exiſtimet. Quod ſequitur de ſeruo & libero, valde corruptum obſcurumq; eſt. Ego pertinere cenſeo ad illud legis caput quod de grauioribus iniuriis fuit, quarum æſtimatio hactenus fruſtra quæſita hinc fortaſſe non male diſci poterit. Nam omnes quidem huiuſmodi iniurias non eſſe talione vindicatas, vel vnus A. Gellij locus arguit, apud quem cum Phauorinus dixiſſet*, Nonne tibi quoque videtur nimis eſſe dilutum, quod de iniuria punienda ſcriptum eſt, SI INIVRIAM ALTERI FAXIT XXV ÆRIS POENÆ SVNTO? Quis enim erit tam inops quem ab iniuriæ faciendæ libidine (*ſic legendum ex veteribus libris*) XXV. aſſes deterreant? *reſpondet noſter Africanus non omnes iniurias iſtis aſſibus quamuis librariis vindicatas.* Sed iniurias (*inquit*) atrociores vt de oſſe fracto, non liberis modo, verum etiam ſeruis factas impenſiore damno vindicarunt: quibuſdam autem iniuriis talionem quoque impoſuerunt. *Fuit vero & alius eiuſdem legis articulus de iniuriis, quo capite vindicabatur ſi quis carmen condidiſſet, quo alteri infamiam flagitiumve faceret. Fuſtis pœna, cuius Horatius meminiſſe videtur, nulla, vt opinor, fuit: & pretiè dictum eſt cum ſignificare vellet, abſtinuiſſe pœnæ metu, tracta à canibus ſimilitudine, vt & Helenio Acroni ſuboluit. Quin & hiſtriones ipſos immunes verberum Auguſtus ipſe reſponderat, quod Tacitus lib. 1. Annalium Tiberium ſequutum refert. Quæ ſtatuitur pœna in l. 5. § ſi quis. D. de Iniuriis, putatur eſſe ex lege Cornelia. Sed eſt magis ex ipſa lege Iulia. ex SC. tamen eſſe dicitur in l 21. D. de teſtib. l. 18. § vlt. D. qui teſt. fac. poſſ. Lex Cornelia ex tribus cauſis actionem dedit, quæ longe alia ſunt. Sane Arnobius lib. 4. aduerſ. gentes ob conuitium petulans formulam ex edicto dari ſignificat, & veriſſimum eſt. Qui locus reuocat mihi in memoriam alium quendam non diſſimilem M. Vellij Paterculi (ſic enim apud Priſcianum ſcribitur) ex poſteriore volumine qui in B. Rhenani editione ita conceptus eſt.* Primus ille & vtinam vltimus (*de Sylla loquitur*) exemplum proſcriptionis inuenit, vt in qua ciuitate petulantis conuitij iudicium hiſtoriarum ex alto redditur, in ea iugulati ciuis Reipubliciæ conſtitueretur auctoramentum, plurimumque haberet qui plurimos interemiſſet, nec occiſi hoſtis quàm ciuis vberius foret præmium, fieretq; quiſq; merces mortis ſuæ. *Quid alij ſuppoſuerint referre nihil attinet: ego ſic lubentius legerim*, Petulantis conuicij iudicium iniuriarum ex albo redditur. *Iniuriarum nomen generale eſt, & habet ſub ſe ſpecies multas. Nam eſt iniuriarum iudicium oſſis fracti, & membri rupti, & carminis famoſi. Itaq; iuridicè loquitur qui dicit, Iniuriarum petulantis conuitij iudicium, vt, legis Aquiliæ hominis occiſi &c. & leuiorem ſpeciem iniuriæ complexus eſt quam ſummæ crudelitati opponeret, fortaſſe non omiſſurus & ipſius Syllæ legem ſi hanc quoq; iniuriæ ſpeciem complexa eſſet. Grauius Seneca Corneliam de ſicariis auctori obiicit, cum de eadem re ageret in libello de diuina prouidentia.* Videant (*inquit*) largum in foro ſanguinem, & ſupra Seruilianum lacum (id enim præſcriptionis Syllanæ ſpoliarium eſt) Senatorum capita, & paſſim vagantes per vrbem percuſſorum greges, & multa milia ciuium Ro. vno loco poſt fidem, immo per ipſam fidem trucidata. Quid ergo? Fœlix L. Sylla, quod illi deſcendenti ad forum gladio ſubmouetur? quod capita conſularium virorum patitur oſtendi, & precium cedis per quæſtorem ac tabulas publicas numerat? Et hæc omnia facit ille qui legem Corneliam tulit. *Quæ poſteriora verba ſuadent vt apud Paterculum pro* Reipublicæ *legam non* Romani (*quis enim non hoc ſupereſſe videat?*) *ſed è* Publico:

vt reſpondeat illis. per Quæſtorem & tabulas publicas. *Sed & paulo poſt ita legendum*, Nec tantum in eos qui contra arma tulerant, ſed in multos inſontes ſæuitum, *adeo perſpicuum eſt vt probatione non indigeat.*

Qui autem iniuriæ in quid aget.] *Sic vet. malo* inquit, *vt ad Prætorem referatur. l. 7. D. eod.*

Et taxationem.] *Eſſe hoc legum verbum Iuſtinianus dixit No. 82. Pertinet verò hic locus ad id quod idem ſcribit de æſtimatione iniuriarum à Prætore permiſſa in §. pœna. Inſt. eod. tit.*

Quanti vadimonium.] *ſi quidem ſatiſdatio ipſa vel cautio iudicio ſiſti certam ſummam continet. nam & interdum ita vadimonium concipitur*, Quanti ea res erit. *de vadimonio etiam in actione iniuriarum locus eſt in l. ſi eum. § qui iniuriarum. D. Si quis caut.*

Vnam nominis ſuo re deſtinare.] *Non inficior ad hanc veterem ſcripturam propius ita legi poſſe*, Vnam nomini ſuo rem deſtinare, *ſed illud malim* Vnam nomine ſuo rem deſignare.

Non vocem agentis.] *Vocatio in ius actionis editionem præceſſit, ſequuta eſt ipſa actio litiſque conteſtatio. Immo & in iure ad album plerumq; actio edi ſolebat. Itaq; rectè Iuſtinianus omnium actionum inſtituendarum principium ab ea parte edicti proficiſci ait, quæ eſt de in ius vocando. quem & ipſe ordinem in vetere iure digerendo religioſe ſequutus eſt.*

Quod Auli.] *Hoc fuiſſe ſolemne verbum in formulis actionum, & alij notarunt & hic locus pleniſſime probat. Sic & apud Fab. lib. 6. c. 8.* Colaphum tibi ducam, & formulam ſcribam Quod caput durum habeas. *Exempla ſunt ex libris noſtris præter iam notata in l. 17. §. 1. D. de in rem verſ. l. 2. D. Quod iuſſ. l. 133. D. de verb. oblig. l. 21. §. vlt. D. de negot. geſt. l. 47. de ædilit. edict. l. vlt. D. ſi quadru. paup. fe. di. l. 26. § neq; D. de nox. act. l. 1. §. an pater. D. de fur. l. 1. §. ſi is qui nauem, & l. 5. De exercit. act. Fuit & in exceptionum formulis vſitatum, Quod præiudicium non fiat, Quod metus cauſa. Inſt. de except. Quod non vi l. 1. § 1. & §. deniq;. l. 7. §. belliſſime. & § ſeq. D. Quod vi aut clam. l. 1. §. ſunt qui. D. Ne quid in loco publ. Quod facere poſſim l. 7. & l. 14. in fine D. de except. & infra Quod rem ſeſtertiorum &c. Sed & in conceptione ſtipulationum, Quod ego decem credidi. l. 47. D. de rei vind. l. 42. D. de fideiuſſ. l. 1. §. ſi manumiſero. D. Quar. rer. act. non dat. l. 8. §. 1. D. de pignerat. act. l. 122. §. Flauius. l. 135. §. Seia. de verb. oblig. l. 15. D. de acceptil. l. 58. D. de rei vindic. Quo pertinent & illa in teſtamentis quorum exemplum extat in l. 19. D. liberat. leg. Vnde & apud Ciceronem in orat. pro Quintio illa verba*, vt ſibi Quintius iudicatum ſolui ſatiſdet ex formula, Quod ab eo petat &c. *non modo ad actionis ſed & ad ſatiſdationis formulam referri poſſunt, & melius quidem quam ad edictum ipſum, quamuis conſtet ad exemplum etiam edicti actiones fere conceptas. Illud fortaſſe non vſq; adeo obuium, in conceptione formularum non ſemper Caium Seiumq;, aut Titium ac Mæuium, ſed & Agerium actoris, Nigidum rei nomen ſuſtinuiſſe. cuius moris in acceptilationis Aquiliana formula reliquiæ extant: & in l. tutor. §. 2. D. de vſur. Agerio Gaius Seius coniungitur. Sed de tota ea veteris iuris parte expectamus votis multis tractatum quem B. Briſſonius celeberrimum ingenium fori noſtri iampridem pollicetur, cui vtinam ea rerum prolatio tandem aliquando volenti eueniat, quam ſumma ipſius eruditio ingeniiq; ſingularis dexteritas meretur, & ſtudioſorum vtilitas expoſtulat.*

Mala.] *Vet.* mola.

Cauſa mortis.] *Hac ſententia indicat iure P. R. non fuiſſe certum dierum numerum, ſed hoc totum quæſitoris & iudicum arbitrio permiſſum. Pertinet vero magis ad titulum proximum niſi quod de libero homine loquitur. Nouum vero non eſt in huiuſmodi eclogis eſſe quædam capita fugitiua: qualia multa in libris noſtris Doctor meus adnotauit, quibus & hæc addi poſſunt, l. 1. & 2. D. de ceſſ. bon. l. 3. D. Qui pet. tut. l. vlt. D. de loco publ. l. 4. C. de probat. Sane in l. Labeo, in fi. D. de ſtatu lib. quod ex Pactumeio Clemente traditur, ad titulum non ſatis pertinet, niſi ex priori dictione repetita ſyllaba cum ſuperioribus coniungatur hoc modo*, dediſſet: & Pactum eius Clemens &c. *At in l. 5. §. vtrum D. ſi vſusfr. pet. quod Vlpianus adiecit* non ſeruitutem, *quamuis à propoſita quæſtione alienum videatur, ideo tamen adiectum eſt, ne ſententiam Iuliani de ſeruitute probaſſe argueretur. quod alias fortaſſe amplius exponemus.*

AD TIT. III.

Si quis.] *Exod. 21. hanc vero dierum interpretationem Conſtantinus ſuſtulit in l. 1. C. de emendat. ſeru. vt & Zeno in l. penult. C. de inceſt. nupt. à Moyſis lege nonnihil receſſiſſe videri poteſt.*

Niſi id dolo fiat.] *Hoc igitur caſu reus erit dominus homicidij: ſed punietur tanquam homicida ſerui, non vt homicida liberi hominis. Punietur autem ex lege Cornelia non ex plebiſcito.*

Si dominus.] *Extat & in l. 2. D. de his qui ſunt ſui vel al. iur. & in Inſtit. mutatis etiam nonnullis, quæ nihil neceſſe putauimus ſingillatim notare.*

Dominorum.] *Non fuerunt ante has Conſtitutiones impunita dominorum in ſeruos iniuria. Nam Seneca lib. 3. de benef.* Poteſt, *inquit*, ſeruus dare beneficium domino ſi ab eo poteſt iniuriam accipere. Atqui de iniuriis dominorum in ſeruos qui audiat poſitus eſt, qui & ſæuitiam

& libi-

Digitized by Google

& libidinem, & in præbendis ad victum neceſſariis auaritiam compeſcat. *Lege quoq; Petronia dominis poteſtas ablata eſt ſuo arbitratu ſeruos dandi ad depugnandas beſtias l. 11. §. vlt. D. ad l. Cornel. de ſic. Sed & apud Græcos ſeruorum fortunæ humaniter conſultum Athenæus eleganter oſtendit lib. 6. Dipn. cap. 7. prolatis in ea rem Hyperidis, Lycurgi & Demoſthenis verbis.*

Infamiæ iniuria.] *Sic vet. & fortaſſe recte ſi ad impudicitiam referatur.*

Fraudem fecerit.] *veluti ſi eum emptore pactus ſit vt ſeruum redhibeat. Theoph.*

Diuus etiam Hadrianus.] *Spartianus in eius vita,* Seruos, *inquit,* à dominis occidi vetuit, eoſq; iuſſit damnari per iudices ſi digni eſſent. *Diuus etiam Marcus domino ſeruum accuſare permiſit vt Gaius notat lib. 1. Inſt. l. ſeruos. D. de accuſat. De ſeruorum vero criminibus cognoſcebat Romæ quidem Præfectus vrbi, in prouinciis Præſides, vt idem auctor eſt, & probat l. 1. §. ſi quis ſeruum. & §. quod autem. D. de off. P. V. l. 24. §. vlt. D. de pig. act. l. 9. D. de manumiſſ.*

Itaque & ipſe.] *Hic locus valde corruptus eſt, & fortaſſe non infeliciter ita reſtituetur,* Itaque & ipſe curare debes iuſte ac temperate tuos tractare, vt facile requirere eos poſſis, ne ſi apparuerit vel imparem te impendiis eſſe, vel atrociorem dominatione ſæuitiam exercere, neceſſe habeat Procos. V C. ne quid tumultuoſius contrà accidat, præuenire te, & ex mea iam auctoritate ad alienandos eos compellere. Glabrione & Omullo Conss. *Cuius loci emendationem aliquâ ex parte Nicolai Fabri viri optimi iudicio acceptam referre non ingratum eſt.*

Requirere.] *fugitiuos ſcilicet.*

Ad alienandos.] *bonis conditionibus. itaque iuſto pretio vendere compelletur arg. l. 4. §. 2. D. de in di. addict. & de euictione cauere. quamuis alias nemo cogatur rem ſuo precio vendere, & qui inuitus vendit, de euictione non promittat l. 8. §. vlt. & l. ſeq. D. de act. rer. amot. l. 35. §. petitor. l. 70. D. de rei vindic.*

Gregor. lib. xix.] *Hic numerus mihi valde ſuſpectus eſt.*

AD TITVLVM IV.

Quicunque.] *Leu. 20. Deut. 22. Exod 22.*

Prioribus legibus pluribus abrogat.] *An* derogat, *vt Vlp. dixit de lege Aquilia, an potius* obrogat? *Nam & ſic apud Liuium vbi vulgo ſcriptum legitur lib 9.* Et quia vbi duæ leges ſunt; ſemper antiquæ abrogat noua, *in vetuſtiſſ. exemplari ſcriptum lego,* obrogat: *& apud Lactant. lib. 6. diu. Inſt. ſic Ciceronem ſcripſiſſe alias monuimus.* huic legi neque obrogari fas eſt, neque derogari ex ea aliquid licet, neque tota abrogari poteſt. *Verum reperio veteres quoq; ita loquutos. Auctor libelli de viris illuſtribus.* Minutio, *inquit,* Ruſo Trib. legibus ſuis abrogante, *& paulo poſt de Apuleio Saturnino,* huic legi multis nobilibus abrogantibus. *Ouidius 2. de Triſ. lib.* Et nimium ſcriptis abrogat ille meis. *Sed Modeſtinus noſter longe apertius in l. 102. D. de verb. ſignif.* Abrogatur legi cum prorſus tollitur. *Itaque veterem ſcripturam non temere euoluendam cenſeo: quamuis, vt verum fatear, & in aliis Plinij locis obrogandi verbum lubentius repoſuerim.*

Secundo vero.] *Hoc caput ſic reſtituo,* Secundo vero capite permittit patri, ſi in filia ſua quã in poteſtatem habet, aut in ea quæ eo auctore cum in poteſtate eſſet viro in manum conuenerit adulterum domi ſuæ generive ſui deprehenderit, inque eam rem ſocerum adhibuerit, vt is pater eum adulterum ſine fraude occidat, ita vt filiam in continenti occidat. *Quod ait,* inque eam rem ſocerum adhibuerit, *videtur pertinere ad filiam quæ eo auctore cum in poteſtate eſſet, viro in manum conuenit. Cuius iuris quod iam in manum conuentio euanuiſſet, nulla ſunt, quod ſciam, in hoc tractatu apud Iuſtinianum veſtigia. Nam quod Vlpianus ait in l. 23. §. 1. D. eod. ad priorem illam capitis partem non pertinet.*

Ait, in poteſtatem.] *Sic vet. atque ita etiam M. Tullium locutum Gellius auctor eſt libro 1. capite 7.*

Sine fraude.] *Sine periculo; impune, vt ex iure Seruius notat, qui & illud addit ad 11. Æneid. in optimo libro meo. Fraudem veteres pœnam vocaſſe ab eo quod præcedit id quod ſequitur: citatq; hoc M. Tullij ex Corneliavis,* Ne fraudi ſit ei qui populum ad concionem vocarit. *quod in editis exemplaribus fruſtra quæretur.*

Inuidia autem.] *Sic vet. lib. Sed nemo non fateatur ſic potius ſcriptum à Paulo,* Iii vidua autem. *Quod ſi verum eſt, ſane fateamur in occiſionem filiæ viduæ patrem habuiſſe ius præcipuum, ſiquidem & hoc ius ſic recte exprimatur: At in accuſationem filiæ viduæ non habet pater ius præcipuum l. 22. § 1. D. eod. Ius vero præcipuum in eo etiam eſt vt intra ſexaginta dies eius voluntas expectetur, nec vlli alij interea agendi poteſtas ſit l. 14. §. 2. D. eod. itemq; vt iure patris accuſans non facile calumniæ pœna adficiatur. quâ de re mox dicetur.*

Auctoritate quoq;.] *legi poteſt,* Auctoritate quoque paterna, *poteſt & ſic,* Auctoritate quoque legis patrem poſſe interficere vel Conſularem vel patronum ſuum ſi in filiam. *Pertinent*

vero hæc ad interpretationem eorum verborum Eum adulterum: *circa quæ & idem olim ex ſententia legis quæſitum eſt. Sed verba ipſa conditionem adulteri non diſtinguunt l.24.§.1. D.eod.tit. Papiniano quidem in patronum durum viſum eſt l.38.§.penult. forſan quod ad ius mariti attinet, cuius impetui & calori minus lex conceſſit quam paterni nominis pietati. Atq; hæc quidem ita temperari poſſunt. Placet tamen Cl. Puteani coniectura qui hunc locum ſic potius emendat*, Vel Conſularem vel Prætorium ſi eum in filiam adulterum deprehenderit.

Si ex interuallo.] *veteris libri ſcriptura hæc eſt.* Sed interuallum filiam int.t.e.niſi perſequatur illum interfecerit. Continuationem enim animi videtur legis auctoritatem feciſſet. *Huc pertinet l.23.§.vlt.& l.32.D.eod. Auctoritate legis dixit vt & Alexander in l.4.C.eod.tit.*

Secundum leges.] *Ex legis Iuliæ verbis quæ filiumfam. maritum ab eo qui ſui iuris eſt non ſeparant. l.6.§.2.*

Auctoramenti rogati.] *De auctoratis alibi diximus. Sed quæri poſſet vnde origo verbi. Ego ad illud Plutarchi problema lubens refero cuius & ſuperius meminimus, vt ne viderentur priuato iure contra fas arma tractare, ſacramento quodam & religione in eam rem auctoratos eſſe.*

Quo loco deditius.] *Si de libertino dediticio accipias, fruſtra adiectum videbitur. Ego deditium potius accipio liberum hominem noxæ deditum, cuius inter ſeruos & libertos media quadam conditio eſt. Et videntur veteres iuris auctores nomen ab eodem fonte ſic variaſſe ambiguitatis diſcernendæ gratia. Quod & in aliis factum Soſipater notauit in Grammaticis.*

Diuum Marcum & Commodum.] *l.38.§.Impp.D.eod.tit. Illud non erit alienum hoc loco annotare, quod Diui Marci & Commodi reſcriptum extat in l.14.D.de off.præſ. Diuis fratribus paſſim tribui.l.13.§ vlt.D.eod.& l.penult. D.de lege Pomp. de parricid. Nam & Verus Commodus dicebatur. ſed hic Commodus M.F. exaudiendus eſt.*

Magnus Antoninus.] *Caracalla, qui corpore Alexandri Macedonis conſpecto Magnum atque Alexandrum ſe iuſſit appellari.*

Pepercit.] *Sic & Vlpianus dixit ignoſci marito in l.3.§.ſi maritus. D.de SC.Silan. At ego à D.Pio vltimum quidem ſupplicium remiſſum, pœnam tamen inrogatam video, ſed molliorem d.l.38.& l.1.§.vlt.D. ad leg.Corn.de ſic. Et hoc quoq; parcere atq; ignoſcere eſt. Tandem vero ferrum mariti in omnes porrectum eſt Nouella conſt. Maioriani de adulteriis, quam & pleriq; omnes populi adprobarunt. Cuius iuris veſtigia quædam notaſſe memini inter ea fragmenta quæ diſcordantium canonum Concordiæ nomine Gratianus collegit 33.q.2.can. Inter.*

Qui iure.] *Iure mariti ſine calumnia vir accuſare poteſt. l.37.D.de minoribus. Notandum eſt quod ait* poteſt. *Nam & poteſt calumniæ pœna victus adfici. Et hoc eſt quod dicitur, Iure mariti accuſantem calumniæ periculum non euitare. &, ſine periculo calumniæ non poſſe agere. l.4.§.vlt.& l.3.D.ad leg. Iul. de ad. videlicet ſi euidens eius calumnia apparuerit. Verum non facile ei hoc iure accuſanti calumniæ pœna irrogabitur, vt ſit in eo qui iure publico accuſat. l.15.§.lex. D.eod. l.2.C. Qui accuſar. non poſſ. Sic hæc διαφωνία temperanda eſt.*

Sine calumniæ pœna.] *Calumniatoribus ſiue ex lege Remmia ſeu qua alia frontem inuri ſolitam conſtat. Sed quæ fuerit illa litera iam diu quæſitum eſt, de quo nihil habeo certius quam quod Iulianus in Antiochico ſic ſcribit,* εἶτα, ὡς ἐκ τοῦ πώγωνος μὲν πλέκειν δεῖ σχοινία, καὶ ὅτι πολεμῶ τῷ χῖ. πόθος δὲ ὑμᾶς εἰσῆλθε τοῦ κάππα, καὶ ὑμῖν γε οἱ πολιοῦχοι τῆς δε τῆς πόλεως θεοὶ διπλοῦν δοῖεν, ὅτι προσέτι τοῦτο καὶ τὰς ἀστυγείτονας συκοφαντεῖτε πόλεις ἱερὰς καὶ ὁμοδούλας ἐμοί. *Quod ſi quis putet Græcorum eſſe illud K, diſcat & veteres Romanos Kalumniam ſcripſiſſe non calumniam, & hac quoque litera pro ſingulari viſos cum idem ſignificare vellent. hoc & Terentius Scaurus, & Velius longus, & Diomedes de Orthographia tradidere. ſed propius Iulianum Iſidorus lib. 1. Eth. de notis iuridicis differens, per duo KK. calumniæ cauſa ſignificari ſcribit. Fabius quoque lib. 1. Inſt. 4. ipſam nominum notam eſſe ait. Et quando totus ille Fabij locus mirum in modum deformatus eſt, operæ precium fecero ſi hic eum integriorem adſcripſero. K.inquit,* & ipſa quorundam nominum nota eſt & Q. cuius ſimilis effectu ſpecieq; (niſi quod paullulum à noſtris obliquatur) Kappa apud Græcos, nunc tantum in numero manet, & noſtrarum vltima qua tam carere potuimus quàm Pſi non quærimus. *Quæ ſi quis cum impreſſis conferat, facile intelliget quid nos in eis reſtituendis cum ex veterum librorum ſcriptura, tum ex non incertis coniecturis præſtiterimus. Sed quid vetat & Velij locum ex Puteani noſtri codice adducere? Eſt enim ſane quam elegans, necdum, quod ſciam, integre à quoquam editus. Sic igitur Longus.* Hinc ſuperſunt ex multis K. & C. & Q. de quibus quæritur an ſcribentibus ſint neceſſariæ. & qui K. expellunt, notam dicunt eſſe magis quàm literam, qua ſignificamus Kalumniam, Kaput, kalendas. hac eadem nomen Cato notatur: non magis igitur in numero literarum eſſe oportet, quam illam notam 7. qua Centuria, & quam ↄ conuerſum quo Caia ſignificatur: quod notæ genus videmus in monumentis, cum quis libertus mulieris oſtenditur. Caias enim generaliter aſpicis

omnes

omnes mulieres accipere voluerunt. *Vbi pro* Catonis, kæſonis *nomen ex Scauro reponendum eſt. Sed & illud,* Aſpicis, *vereor ne non pro* Auſpices *ſcriptum ſit. Pertinet enim is locus ad veterem nuptiarum ritum quo auſpicibus adhibitis Caius Caiam ducebat, & veriſimile eſt quod Plutarch.* ἐν αἰτίοις *ſcribit,* εἰσάγοντας τὴν νύμφην *hac verba praeuntes ſuggeſſiſſe.* Vbi tu Caius ego Caia, *ad auſpices eſſe referendum. Sane Fabius cum de Caia nota idem tradidiſſet, ſubiecit,* Quia tam Caias ex nuptialibus ſacris apparet. *At nos iam paulo longius quàm par fuit fortaſſe excurriſſe videbimur. nulla tamen homini ſtudioſo diſcendi occaſio inportuna eſſe ſolet. & nobis hoc ſaltem luxu interdum genio indulſiſſe, condonabitur.*

Vt libertinus.] *patronum ex lege Iulia publicorum iudiciorum l. 8. in fine D. de accuſat. vel quemlibet ſi rem ſeſtertiorum triginta milium, aut filium non habeat, vt proximo reſponſo continetur.*

Aut minor.] *Hoc eſt ex verbis legis ipſius Iuliæ de pudicitia l.15.§.lex Iulia. D. eod.*

Qui ſine connubio.] *Connubium eſt ius legitimi matrimonij, vt recte Seruius definit. Itaq; cum peregrino connubium non eſt. Seneca lib. 4. de benefic.* Promiſi tibi filiam in matrimonium: poſtea peregrinus apparuiſti. Non eſt mihi cum extraneo connubium. *Itaq; iure mariti peregrinus non accuſat. ſed accuſat tamen iure quodam hominum* καὶ ἐξ ὁμολογίας, *vt Africanus eleganter ex Homero arguit in l.13.§.1.D.eod. nec ei opponetur infamia, quæ alias iuſta fuit exceptio etiam in ciuilibus cauſis. §. vlt. Iuſt. de except. non hæc, Quod libertinus rem HS. XXX. aut filium non habeat, quæ vna fuiſſe videtur ex illis præſcriptionibus legis Iuliæ de adulteriis & maritandis ordinibus, de quib. in l.15. §. penul. D. hoc tit. aut fortaſſis etiam legis Iuliæ & Papiæ quod ad filium adtinet. Nam priuilegia liberorum ex illis ferè ſunt legibus. l.2. D. de minorib. Deniq; nulla præſcriptio obiicitur ſuam iniuriam vindicanti. Immo & hodie ceſſant omnia illa præſtigia verſuti iuris, vt ait l.28. & l.32. C. hoc tit. Eſt & de præſcriptionibus ex lege Iulia locus in l. 5. D. de accuſat. vbi hæc verba* Præſcriptione vtetur, *ſic accipio, vtetur exceptione mulier. Ne in præiudicium ſeruus aut accuſetur aut torqueatur, l.33. T. ad leg. Iul. de adult. in qua idem omnino reſcriptum referri exiſtimo. Cui conſequens eſt eo caſu à muliere nupta initium accuſationis fieri.*

In vxorem adulterium.] *vet. ex.* adulterum, *male. Sane de ſponſa quæſtio eſt, quæ ſimplicius ita definietur: In ſponſam adulterium iure mariti vindicari non poſſe ex lege Iulia quæ de vxore & nupta loquitur: Diui tamen Seuerus & Antoninus reſcripſerunt etiam hoc vindicandum, & ex hoc reſcripto quaſi ſponſa iure quoq; præcipuo accuſatur, l. ſi vxor. §. Diui. iuncto §. ſi minor. in fine. D. ad leg. Iul. de adult. Atq; ita intelligenda videtur l.9. C. eod. tit.*

Papianus libro ſing. de adulter.] *Hic liber continuit reſponſa quæ ad legem Iuliam de pudicitia pertinebant. Sed & alios Reſponſorum libros Papinianus ſcripſit de variis conſultis.*

Aut eo auctore.] *vet. lib.* aut eum auctorem. *Ergo non qui iure præcipuo accuſare poteſt, & occidere poteſt. Sed nec qui occidendi ius habet, ius præcipuum in accuſationem habet, vt in vidua dictum eſt. Cæterum hic locus arguit, emancipatam filiam iure patris accuſari poſſe, quamuis vidua non poſſit. Scæuola tamen cum de iure patris ageret, eam poſuit quæ in poteſtatem eſſet l. 14. §. pen. verum in his quæ ſimul conſiſtere poſſunt, non qui vnum dicit & alterum tollit: & eſt Muciani ingenij de iure aperto præciſe ad propoſitum reſpondere, vt in l.34. §. vlt. D. de pignorib. ſi modo Florentina ſcriptura retineatur.*

Cum patri lex regia.] *Atqui ius patriæ poteſtatis moribus receptum dicitur l.8 D. de his qui ſunt ſui vel alien. Sed non eſt nouum quæ veteribus primum legibus introducta ſunt, moribus adſcribi, maximè cum de vtendi ratione agitur, quæ tota ex moribus pendet. Sic & ſubſtitutio pupillaris quæ iure poteſtatis fit, moribus fieri dicitur. Sic furioſis & prodigis ex 12. tab. curator datur, at moribus fit interdictio, quæ & ipſa ex lege 12 tab. fieri dicitur. Et ſane quædam ſunt iura patriæ poteſtatis, quæ non tam ex verbis ipſis legis, quàm ex interpretatione & auctoritate prudentium quaſi per conſequentiam, aut ex plurium annorum obſeruatione tacito populi conſenſu obfirmata manarunt. At poteſtatem ipſam vitæ neciſq; in liberos ex lege Regia eſſe hic locus apertè confirmat. Quod & Dionyſ. Halicarnaſ. tradit, & Vlpianus noſter in 12. tabulas tranſlatum teſtatur, vt pleraq; alia ex Regum legibus. Fruſtra vero Papiniano hæc quæſtio propoſita fuiſſet, ſi non idem quoq; ius eo tempore obtinuiſſet. Quod ſi verum eſt, & Tribonianus pro præſenti præteritum tempus ſuppoſuit in l. in ſuis D. de lib. & poſt. her. inſt. Sane quidem ſub Auguſto exemplum eſt iudicij paterni & domeſtici in filium, cuius & ipſe princeps pars fuit, apud Senecam lib.1. de Clement. vt non immeritò idem auctor parentes magiſtratus domeſticos appellarit lib.2. de benefic.*

Quod bonum fuit.] *Sic etiam ſcriptum eſt. In l.3. & l.10. D. de bon. poſſ. contr. tab. l.13. §. aliquando D. ad SC. Vell.*

Dediſſe vt.] *Fortaſſe melius,* dediſſe, ſet vt. *Hoc velle videtur Papinianus, legem Iuliam non tam dediſſe patri ius necis in filiam, quàm neceſſitatem impoſuiſſe filiam occidendi;*

ſiquidem & adulterum vellet occidere. & *recte* hæc adiectio. *Nam ſi quis verba ipſa legis expendat, hoc maxime agit, vt impune adulterum pater occidere poſſit: adiicit tamen veluti temperamentum quoddam nimij caloris, dum modo filiam in continenti occidat. Non dat igitur lex ius occidendi filiam cum adultero, ſed adulterum potius cum filia, l. 20. D. eod. & eſt filia ipſa vt ita dicam, in conditione magis quam in diſpoſitione.*

Quod forte filiam.] *Deſunt quædam huiuſmodi,* quod forte filia effugit, aut caſu euaſit.

Non dubitantur non ambigitur. Sed ſi deponas.] *Sic vet. legendum videtur*, non dubitatur. Sed ſi de pœna tractas quin aliquid eius honeſtiſſimo calori permittatur, non ambigitur. Sic dicit, non ambigitur, non vt quaſi &c. *hæc autem poſteriora verba videntur eſſe collectoris, vel potius Pauli, aut alicuius eorum qui ad Papinianum notas ſcripſerant, quarum auctoritatem Theodoſius & Valent. infirmarunt in l. 1. C. Th. de reſponſ. prud. Iuſtinianus reſtituit adempta etiam Papiniano ſententiæ prærogatiua, immemor ipſe iudicij ſui quod etiamnum extat in l. cum acutiſſ. C. de fideic.*

Vſque ad exitium.] *Leg.* exilium *l. 4. C. ad leg. Iul. de adult. l. 1. §. vlt. D. ad leg. Corn. de ſic.*

Marito vel patre accuſante.] *Etiam iure publico ſiue extranei. ſed hoc eſt ex conſtitutionibus l. 6. C. eod.*

Iniuriam lecti.] *vet.* lex, *corrupte. Conſtantinus dixit Genialis lecti in l. 30. C. eod. tit. vt & alij auctores multi.*

Sed quoniam.] *l. 17. D. de quæſtionib.*

Paulus libro ſent.] *leg.* libro ſecundo ſententiarum, *& quæ ſequuntur ſic ſupplenda ſunt ex l. 22. D. hoc tit.* permittitur tam adoptiuo quàm naturali patri.

Probe eſt vt non poſſit.] *Et ſic Papinianus reſpondit in l. 20. Sed Iuriſconſultis diuerſas inter ſe opiniones tueri conceſſum eſt, vt Fabius quodam loco ait. Atq; vtinam hac eadem libertas conſcientiæ & veritatis potius fiducia, quàm contentionis & gloriolæ ſtudio inter nos conſeruetur. Ego ſententiam non diuido, ſed à Paulo ſto, atq; ita cenſeo: Quando adulterium iure naturæ probrum ducitur, eius quoq; vindictam ex iure potius gentium quàm ex ipſis legum verbis æſtimandam. Qua etiam ratione nec dignitatem quidem auctoritate legis Paulus excepit.*

Et liberos.] *An* libertos? *Sed exceptio vxoris ad liberos magis pertinet quorum numero & illa habetur quæ in manum conuenit. Atque ita Nic. Fabro noſtro videtur viro & doctiſſimo & humaniſſimo, cuius fides atq; amicitia multum me debere lubens merito profiteor.*

Inuenta] *Extat apud Paulum lib. 2. Sentent. ſed corruptior. Quomodo autem reſtituenda ſit, hic locus indicat, in quo tamen mariti verbum fruſtra repetitur.*

Sub ſpecie.] *Fortaſſe rectius* Sub ſpe: *quamquam vtrunq; leuiter ferri poteſt.*

AD TIT. V.

Qui manſerit.] *Extat Leuit. 20.*

Capite punitur.] *An ſit hæc pœna legis Scantiniæ dubitari poteſt: an potius Iuliæ de adulteriis, quæ etiam in marem ſtuprum vindicatur, vt & ea quæ de vi publica eſt ſi per vim ſtuprum illatum ſit l. 29 §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. Fabius quidem nihil præter decem milium multam ſtupratori minatur, & Plutarchus auctor eſt Capitolinum à Senatu pecunia multatum, quod Claudij Marcelli filium de ſtupro appellaſſet: an quod non perpetraſſet, an quod non ſatis conuictus videretur, dubitari poteſt. At hic ipſe legi nomen dediſſe dicitur, ſiue vt Macedo Senatuſconſulto, ſiue quod ipſe illam tuliſſet. nec enim nouum eſt primum aliquem ſua ipſius lege punitum. Sane Valerius C. Scantinium appellat, & Tribunum plebis facit: Plutarchus Ædilem collegamq; Marcelli, & Capitolinum tantum nominat. Porro Viſigothorum legibus huiuſmodi ſtuprum caſtratione vindicatur.*

Nec teſtamentum ei ex maiore parte.] *Sicut nonnullis pro beneficio datur vt pro parte dimidia teſtamentum facere poſſint, veluti ſeruo publico P. R. ita alijs, pro pœna interdicitur ex maiore parte bonorum teſtamenti factio. Sunt igitur quidem pro parte teſtabiles, pro parte inteſtabiles. Cuius rei gratiam populus aut princeps facit cum liberam teſtamenti factionem concedit. Quod de ſeruo publico diximus vnus Vlpianus tradidit, nec alius, quod ſciam, eius iuris auctor hactenus laudatus eſt. Sed videor mihi inter ſenticeta M. Varronis, veſtigia quædam illius notaſſe, verum ita perturbata vt non facile à quouis agnoſci poſſint. Sic autem lego ex vetuſtioris ſcripturæ reliquiis ſub finem lib. 7. de ling. Lat.* Habent plerique liberti à municipio manumiſſi: in quo vt ſocietatum & fanorum ſerui, non ſeruauerunt proportionem & rationem Et Romanorum liberti debuerunt dici, vt à Fauentia Fauentinus, à Reate Reatinus, ſic à Roma Romanus, vt nominantur libertini à libertis orti; & è publicis ſeruis P. R. manumiſſi, ante quam ſub magiſtratuum nomine qui eos liberarunt ſuccedere cœperunt. *Vt ſignificet Varro, quæ analogia eſt inter Roma & Romanus, eandem eſſe videri inter libertus & libertinus, quo nomine temporibus Appij cæci & deinceps aliquamdiu cenſiti ſunt non ipſi qui manumitterentur, ſed ingenui ex ijs procreati, vt Sueto. libro 3. ſcripſit, & Vlpianus noſter monet apud Athenæum. Addit Varro, libertinos etiam dictos qui ex ſeruis publicis P. Rom. manumiſſi erant, quaſi plus aliquid eſſent quàm liberti & propius ad ingenuitatem accederent, vt pote qui & ante manumiſſionem quodammodo libertorum iure vterentur.*

Digitized by Google

rentur, cum teſtamenti factionem haberent, poſſentq; non modo ipſi teſtamentum facere, ſed ex aliorum etiam teſtamento ſibi capere, ex parte ſcilicet dimidia. Quod vt rite fieri videretur, cum alioqui heres iure Ro. eſſe non poſſit qui ne nomen quidem, immo nec perſonam habet, hic iuris color à prudentibus excogitatus eſt, vt ſerui huiuſmodi in capienda hereditate nomen ſibi eius magiſtratus aſſumerent cui miniſtrabant. Ergo & in teſtamento teſtes eſſe poterant, cum iuris ciuilis aliqua ex parte communionem haberent (quod pertinet ad l.20. § ſeruus. D.de teſtament.) & familiæ emptores, quia & mancipationis ius habuerũt, quod alioqui ciuium Ro. proprium, poſtea Latinis tantum colonariis Iunianiſq; conceſſum eſt, atq; etiam peregrinis iis quibus ius commercij datum erat, vt ad Gaium Vlpianus adiecit. Tacit.lib.2. Annal. Et quia vetere S.C. quæſtio in caput domini prohibebatur, Tiberius mancipari ſingulos actori publico iuſſit. & lib.3. Seruos Silani actor publicus mancipio accepit. Quod tamen Xiphilinus ex Dione ab Auguſto primus conſtitutum referens. τῷ δημοσίῳ (inquit) ἢ καὶ ἑαυτῷ πιπράσκεσθαι. Et ſane eos actores publicos ſeruos P. R. fuiſſe nemo eius antiquitatis peritus negauerit. Fuerunt igitur olim ſerui ij eodem pene iure quo poſtea liberti principis ex conſtitutione Gordiani quam ex Gregoriano recitat Theoderetianus IC. ſub Tit.de libertatibus. Φιλοσοφώτερον Leo ſeruis principis plenum rerum ſuarum arbitrium etiam morientibus conceſſit Nouell. Conſtit. 38. quod etiam aliquatenus ſuis ſe indulſiſſe Plinius noſter gloriatur. Porro quod additur apud Varronem & rationem, quamquam belle habere videtur, vereor ne non ſuperſit, aut potius Romæ locum occupet, errore non obſcuro. Nam & in veteribus monumentis hæc etiam ſæpe coniunguntur, Vrbis Populiq; Romani. Vrbis Varro non dixit, ſed Romæ, vt analogia conſtaret. Sed nos etiam notis iſtis ſuam analogiam conſtare non concedimus. Si cui tamen noſtra hac de loco obſcuriſſimo coniectura probabitur, is facile peccati, quodcunq; eſt, veniam dabit.

Hoc quidem iuris.] Sunt hæc aut collectoris, aut alterius cuiuſdam qui hæc poſtea ex Theodoſiano adiecit, vel potius ex Præfectura vrbana archiuis. Nam in ipſo Codice hæc conſtitutio breuius relata eſt, quod & ante monuimus.

AGVC NOVIS.] Sic vet. quod ex aliis conſtitutionibus ſic reſtitui poteſt. Orienti vicarie Kariſſime nobis.

Prop.] In C. Th. paulo alia eſt ſubſcriptio, nempe hæc, PP. in foro Traiani VIII. Id. Aug. Valentiniano IV. & Neoterio Coſſ. In veteri quidem exemplari ſcriptum eſt, Minerc non Mineruæ. Sed in eadem regione vrbis quæ Fori Ro. nomen prætulit, & Traiani forum, & Mineruæ atrium fuiſſe vel ex P. Victore conſtat.

AD TIT. VI.

Quicunq;.] Leuit.20.

Vlp. libro Regulari.] Lego, Vlpianus libro ſingulari Regularum, ſub Titulo, De nuptiis. Atq; ex hoc loco reſtituenda arbitror quæ hodieq; corrupta extant inter fragmenta Vlpiani Tit.5.

Ex tertio gradu.] Wiſigothorum legibus vſq; ad ſextum cognationis gradum nuptiæ prohibitæ ſunt, qui gradus ex Pauli Sententiis numerantur: quod & Wiſigothus Iſidorus ſequutus eſt, vt non immerito Saluianus eius gentis caſtitatem laudibus extollat. Sed nos & Saluianum integriorem & leges illas 12. libris compoſitas breui, Deo faciente, in publicum dabimus.

Sed tantum fratris filiam] Et hoc Vlpiani temporibus obtinuiſſe multi Pandectarum loci euincũt. Sane conſtitutio illa D. Neruæ cuius Xiphilinus ex Dione meminit, ad fratris potius filiam pertinuiſſe videtur. nam & hæc ἀδελφιδῆ dicitur. Conſtantinus tamen & Conſtans cum alterum magis prohibere vellet, vtrumq; complexi ſunt ea lege quæ ex veteribus libris in Codice Theodoſiano nuper reſtituta eſt ſub Titul. de inceſtis nuptiis, ex qua etiam hoc idem ius ad Gaium Anianus adiecit libro 1. Inſtit. Titul. de nupt.

Sed vel cognatam.] Puto leg. Si vero cognatam. Quod ſequitur, contra interdictum, ſic interpretor, contra ius ciuile. Pertinent vero hæc ad legem Iuliam de adulteriis, & explicantur fuſius in l.38. D. eodem tit. quo etiam referendum eſt Diuorum fratrum reſcriptum ex l.57. §.1. D. de rit. nupt.

De nuptiis ſub titulo.] melius ſub titulo de nuptiis.

Si cunctus.] leg. ſi cunctos ſub imperio noſtro agentes piam religioſamque & quietam & caſtam in omnibus more colere perſpexerimus vitam. More eſt vita quadam honeſta ratione atque inſtituto. Horat. lib. 4. odar. Mos & lex maculoſum edomuit nefas. Petronius Satyrico.

> Artis ſeueræ ſiquis amat effectus,
> Mentemq; magnis applicat, prius more
> Frugalitatis lege polleat exacta.

In Nouella etiam Theodoſij & Valentiniani de lenonibus, Pio circa omnium verecundiam propoſito, manſuetudinis noſtræ mori pudicitiæque ſuggeſſit. Sic enim potius legendum arbitror, niſi cui magis placet, ori. προαίρεσις illa Epicteto κατὰ φύσιν gignit ἕξιν; id eſt, perpetua cuiuſdam voluntatis conſtantiam quæ morem efficit, aut ipſa illa potius mos eſt. Varro apud Ambroſium Macrobium lib.3. Satur. Mos eſt in iudicio animi, quem ſequi debet conſuetudo, id eſt, cultus moris.

Succeſſiones careatur.] Forſitan, ſucceſſione careant, vt. Puteanus tamen malit, ſucceſſione arceantur.

Digitized by Google

Apud affectus.] *Hinc apparet affectus dici non de liberis modo & vxore, ſed & de reliquis cognatione & adfinitate coniunctis. Vulcatius in Auidio,* Nec in eius liberos aut affectus ſæuiit.

Cum filia, nepte.] *Hinc ſumpta eſt l. 17. C. de nupt. in qua ex Conſtantini & Conſtantis lege à Triboniano adiecta videntur illa verba,* Præterea fratris filia.

Nihil enim.] *Priorem huius ſententiæ partem Puteanus noſter ſic emendat,* Nihil enim niſi ſanctum ac venerabile noſtra iura cuſtodiunt. *Poſteriorem ego ſic.* & ita ad tantam magnitudinem Romana maieſtas cunctorum numinum fauore peruenit, quoniam omnes leges ſuas &c. *paulo poſt,* contra diſciplinam veterem indulta. *& infra,* qui tam euidenti crimini ſe poſt edictũ noſtrum non dubitabit inſuere. *vel,* crimine inficere.

In die tertio.] *Fortaſſe melius,* in diem tertium.

Ermogenianus ſub Titul.] *Hic velim illud obſeruari Codicem ſiue Hermogenis ſiue Hermogeniani libri non diſtingui, ſed titulis tantum.*

Et Diogene.] *Fortaſſe.* Tiberiano & Dione conſſ. *Quæ ſequuntur ſunt collectoris, ſed indicant quanta veterum religio fuerit in conſtitutionibus Impp. recitandis circa diem & Coſ. credo equidem poſt l. 1. Th. de diuerſ. reſcr. quam Iuſtinianus cum ad priuilegia reſtrinxiſſet, poſtea facile neglexit.*

Et qui coniunctæ.] *Lego,* Ei qui coniunctione ſororis filiæ. *Vide l. 57. D. de rit. nuptiar. l. 38. §. idem Polloni. D. ad leg. Iul. de adulter.* Coniunctionem *autem dixit non* connubium. *quod eſt ius legitimi matrimonij, vt ſupra Paulus* ductam *non* vxorem. *his tamen nominibus interdum facile abutimur. Nam & idem Paulus lib. 2. Sentent. dixit matrimonia iniuſſu parentum contracta non ſolui, cum propriè hæc matrimonia non ſint. Quæ ſequuntur ſunt Eclogarij ſiue collectoris.*

Maledictus.] *Extant Deuter. cap. 27.*

AD TITVLVM VII.

Quod ſi xii.] *Et hæc quoq; collectoris ſunt, ſed ita decerpata vt mens potius quàm plena & articulata vox audiatur.*

Si perfodiens.] *Exod. 22.*

Magiſtratibus.] *municipalibus, vt Duum viris & aliis qui cuſtodiarum poteſtatem habent l. 52. § ſi quis. D. de furt. l. 10. D. de cuſtod. reo.*

Vlp. lib. viii.] *Legendum arbitror* lib. xviii. *Sed in Titulo ipſo collector falſus videtur. nam hæc ad legem Aquiliam omnino pertinent, non ad Edictum Si quadrupes, quod eſt de damno ſine iniuria dato ex 12. tabulis. Et vero magna pars horum hodieq; extat in l. 3. & 5. D. ad leg. Aquil.*

Quia non occidit.] *Leg.* quia non iniuria occidit. *quod perſpicuum eſt.*

Omnimodo.] *M. Tullius & poſt eum Seneca itemque Auguſtinus de eadem re,* quoquomodo.

Et Pomponius dubitat num hæc lex nunc ſit in vſu.] *Hic locus indicat exceptiones illas in fure nocturno, Si parcere ei ſine periculo ſuo non potuerit. &, Sed melius fecerit &c. eſſe ex iure ciuili, id eſt ex interpretatione prudentium, non ex lege 12. tabularum: ſed nec ex Cornelia.*

Quin lege Aquilia teneatur.] *Videtur legendum,* non teneatur. *Quod fit lege permittente, non poteſt videri iniuria factum. Quod ſequitur,* Si tamen non poſſet adprehendere, *eſt ex iure ciuili, non ex legum verbis.*

Contumeliam.] *Hoc ex ſententia Labeonis, quam tamen Paulus non probauit.*

Fures ad forum.] *vet. ex.* ad furtum. *Emendationem noſtram probat & quod ex Paulo relatum eſt ſub Tit. de abigeis.* Ad forum *autem eſt ad examinationem ciuilem ſiue ad ius ordinarium vt ex Marciano Tribonianus maluit adſcribere. Quod ſequitur de nocturnis extat in d. l. 1. D. de furib. baln.*

Dum pœna.] *Paulus Oroſius lib. 4. hiſt.* Furtum ne leges quidem niſi multa pecuniaria, vel ad ſummum exilij, circa quemlibet hominum vindicandum cenſuerunt. *Seruius tamen in illud Maronis ex lib. 8.* At furis Caci mens effera, *notat furis nomen pro ingenti ſcelere poſitum,* Capitale enim, *inquit,* apud maiores fuerat ante pœnam quadrupli. *Apud nos quoq; furta ſunt quædam ferè capitali vt domeſtica, & repetita, quæ à maioribus traditio ſuſpendio ferè vindicari ſolent.*

Contrectat.] *dolo malo. Semper furtum contrectando fit. Sic lego in l. 6. D. de furt. Sunt vero hæc ex lib. 2. Sentent. Recept.*

Comprehenſus.] *Vel viſus ex ſententia quorundam, quam Seruius ad illud Virgilij ſequutus videtur Ecloga 3.* Non ego te vidi, *cum manifeſti magis arguatur illis verbis.* Et cum clamarem &c. *l. 7. D. de furt.*

Furtorum.] *In l. 14. §. qualis. D. de furt. puto ab Vlpiano ſcriptum,* Omnes furti competere, *id eſt concepti, oblati, manifeſti, nec manifeſti, ope, conſilio, alioqui ſane idem vocabulum fruſtra repetatur.*

Concepti inuenta eſt] *Fortaſſe melius,* res concepta i. inuenta eſt. *vt & paulo ſuperius,* Concepti agere poteſt.

AD TIT.

Digitized by Google

AD TIT. VIII.

Si ſteterit.] *Deut.19.*

Qui falſum.] *Et hoc fortaſſe eſt ex lege Iulia de adulteriis, cuius plura capita fuiſſe conſtat, vt & illud quod eſt in l.18.D.de teſtibus.*

Hi qui falſum vel aliqua.] *Fortaſſe leg.* hi qui falſa vel obliqua, *id eſt, varia, Extat hæc ſententia apud Paulum lib.5.Sent.& in l.16.D.de teſtib.*

Vel vtriuſque parti.] vtriq; parti, *Impudentia eius cuius ita anceps fides vacillat, vt diuerſa duobus teſtimonia præbuerit, quin crimine falſi teneatur nec dubitandum eſt, l.27.§.1.D.ad leg.Corn.de falſ.*

Hi qui.] *Extat Tit.25.*

• Vlp lib.VIII.] *De off. Procoſ. vt indicat l.9.§.1.D.ad l.Corn.de fal.*

Statilio & Tauro.] *Statilij Tauri plures conſulatus in faſtis reperiuntur, ſed in notatione horum temporum quem potiſſimum ſequar non habeo. ſi quis tamen coniecturæ locus eſt. ſic lubentius repoſuerim* Statilio Tauro & Scribonio Libone Conſſ. *Nam his Conſſ. S C. Libonianum circa legem Corneliam factum veriſimile eſt.*

Teſtamentave inuicem dicenda.] *In Pandectis* teſtimonia, *& in l.1.D.eod.male, vt mihi quidem videtur,* inſpicienda. *An teſtamentum pro teſtimonio? vt contra teſtimonium pro teſtamento apud Corn. Tacitum in vita Agricolæ, & in veteri Regularum fragmento cuius ſupra memini. & ſane in vtroq; nomine præter teſtationem nihil re uera agnoſcimus. Verbi tantum productio variata eſt. non fruſtra tamen rerum cauſa hæc diſtinguuntur, vt in l.15.D.hoc tit. Ceterum nec fruſtra ait* dicenda aut conſignanda. *Nam teſtimonium vel per tabulam datur, vel coram dicitur: hoc quidem olim in publicis religioſe obſeruatum, illud ſuo tempore potius in vſu fuiſſe teſtatur auctor libri de oratoribus qui Tacito paſſim tribuitur, quem ego libentius M. Fabij librum de cauſis corruptæ eloquentiæ inſcriberem, niſi me annorum ratio aliquatenus remoraretur. Non eſt vero vtriuſque teſtimonij eadem fides l.3.§.Gabinio. D. de teſtib.*

Obſtruendas.] *Fl.* ob inſtruendas *in l.1.D.eo.D.paulo poſt,* ad obligationem innocentium *pro,* in accuſationem. *ſic enim & hic lubens reponerem ex l.2.D.de conceſſionib. niſi quis* in occiſionem *malit dictum, vt in necem, id eſt in perniciem. Et infra* renunciandum remittendumve, *non* denudandum. *denunciat accuſator reo vt eos teſtes producat, quibus ſuam ipſe accuſationem confirmare velle ſe dicit, vt ex Apuleij priore Apolog. conſtat. Ceterum qui improbe coeunt in alienam litem vt quicquid ex condemnatione in rem actoris redactum fuerit inter eos communicetur, lege Iulia de vi priuata tenentur ex S C. Voluſiano l.6. D. ad l. Iuliam de vi priuata.*

Cotta & Meſſala.] *Hoc diuerſum eſt ab illis quæ iiſdem Coſſ. facta referuntur in l.12.§.ſi ſeruus. D. de accuſat. l.4.§.proficiſci. D. de off. Procconſ. Fuerunt verò & alia S C. circa legem Corneliam. Et hoc fortaſſe ex S C. eſt. quod falſi nominis vel cognominis adſeueratio pœna legis Corneliæ coërcetur l.13.D ad leg. Corn. de falſ. videlicet ſi id in fraudem alterius factum ſit, ſiue quo quid alienum interciperetur aut poſſideretur, vt Paulus ait lib.5.Sent. Alioqui libero nominis cognominiſq; mutatio periculoſa non eſt l.1.C.de mutat. nom. nam ſeruo ſolus dominus pro arbitrio nomen imponit, & ad voluptatem quidem, vt in Orat. pro Roſc. Amerino notauit Vulcatius ſeu quis alius vetus interpres, cuius fragmenta quædam vix pellicorum aliquando manibus precio extorſimus. Sic quæ more apud veteres recepto ſtupri licentiam apud Ædiles profitebantur nomina mutaſſe vel vnus Plauti locus ex Pœnulo arguit.* Hodie, *inquit,* earum mutarentur nomina Facerentque indignum genere quæſtum corpore. *Nam quod Iuuenalis Meſſalinam Lyciſcæ titulum mentitam ait, ad fornicis titulos magis pertinet, de quibus eſt & illud Petronij.* Video quoſdam inter titulos nudaſq; meretrices furtim conſpatiantes. *Sic enim eum locum plane reſtituendum libri me veteres poſt Senecam docuerunt. Sic & C.Staienus Ligur impune ſe ipſe adoptauit, & de Staieno, Ælium fecit, vt M.Tullius vocatur in Bruto: ſed vſq; adeo infeliciter vt pene vbiq; verum nomen amiſerit. Nam in omnibus fere exemplaribus Stalenus ſcribitur vt & in Topicis & actionis ſecundæ in Verrem lib.II. qui eſt de iure dicundo,* Quem tu mihi Tubulum, quem Staienum, *vbi vulgo corrupte,* Quem tu mihi Bulbum, quem Stalenum, *Itemq; pro A. Cluentio,* Dico de C. Ælio Staieno, *& paulo poſt.* Qui tu, *inquit,* Pacete, hoc enim ſibi Staienus cognomen ex imaginibus Æliorum delegerat, ne ſi ſe Ligurem feciſſet, nationis magis ſuę quàm generis vti cognomine videretur. *Sed vereor ne etiam apud Saluſtium in poſteriore oratione ad C. Cæſarem de Rep. ordinanda hoc idem nomen hactenus amiſerit eo loco,* Reliqui de factione ſunt inertiſſimi nobiles, in quibus, ſicut inſtituo, præter nomen nihil eſt additamenti, *legendumq; ſit potius,* in quibus ſicut in Staieno. *Quod ex his quæ poſuimus interpretationem accipit. Notus eſt Staieni paries, nota Æliorum virtus ab Ennio vſq; laudata. Sed vetuit poſtea Claudius peregrinæ conditionis homines vſurpare nomina duntaxat gentilitia, vt Suetonius in Claudio ſcripſit.*

AD TIT. IX.

Falſum.] *Exod.20.*

Eadem lege.] *Lege Iulia publicorum iudiciorum enumerata ſunt perſonæ, quibus teſtimonium inuitis denuntiari non poteſt, ſeu potius quæ à dicendo teſtimonio excuſantur interdum etiam volentes, l.4. D. de teſtib. De eis qui omnino à teſtimonio arcentur, nihil videtur illa lege cautum. Sed multæ aliæ leges in ſua quaq; quæſtione de ea re cauerunt, vt lex Iulia de vi, & repetundarum, & peculatus l.5. & 13. D. eo. Et hic quidem eius quæ de vi fuit duo capita proponuntur, quorum prius ſic reſtituendum arbitror ex Calliſtrato in l.3. § lege. D. de teſtib.* Eadem lege q. teſt. omnino, quibus inter. inuitis capite LXXXVII, & capite LXXXVIII. in hoc his verbis: Hominibus hac lege in reum teſtimonium dicere ne liceto, qui ab eo parēteve eius libertoq; eius cuius eorum libertus libertave erit, liberauerit, quive impubes erit, quive iudicio publico damnatus, quive eorum in integrum reſtitutus non eſt, quive in vinculis cuſtodiaq; publica erit, quive depugnandi cauſa auctoratus fuerit, quive beſtias depugnare locauit, præterquam qui iaculandi cauſa ad vrbem miſſus eſt, erit, palamve corpore quæſtum fecit, fecerit, quive ob teſtimonium dicendum pecuniam accepiſſe iudicatus erit, neu quis eorum hac lege in reum teſtimonium dicat. Capite &c. *Non fruſtra autem diſtinguit auctoratum ab eo qui beſtias depugnare locauit, vt & Paulus lib. ſingulari de adulteriis. Nam hic quidem operas turpiter tantum locat, ille totum ſe ſeruiliter addicit: & recte Acron atque Porpyrio auctorates appellari ſcribunt eos qui ſe ludo vendunt. nam & ſic de iisdem vt opinor Manilius lib. 4. Aſtron.*

Nunc caput in mortem vendunt, & funus arenæ,
Atque hoſtem ſibi quiſque parat——

Hoc formula ipſa indicat ex Petronij noſtri Satyrico antehac prodita, quam & hic meo iure adſcribam. In verba, *(inquit)* Eumolpi ſacramentum iurauimus, vri, vinciri, verberari, ferroque necari, & quicquid aliud Eumolpus iuſſiſſet, tanquam legitimi gladiatores domino corpora animoſque religioſiſſime addicimus. *Quo pertinet & illud Tibulli lib. 1. Eleg.*

Vre meum potius flamma caput, & pete ferro
Corpus, & intorto verbere terga ſeca.

Qui aculandi.] *Sic vet. fortaſſe,* iaculandi, *repetita ex ſyllaba prio e litera. Iaculatores dicebantur qui leonibus aliiſve feris animalibus in Circo conficiendis operam dabant, quales à Boccho primum miſſos cum L. Sylla leones in Circo ſolutos dediſſet, Seneca teſtatur in lib. de breuit. vitæ. Porro ex hoc loco ſatis apparet legib. Romanis non congeri re quod Hermenep. lib. 1. Prochiri ex Paulo Aliq; ſtri tradit, in teſtibus de vi nec mores nec vitæ qualitatem ſpectari.*

Homines inuiti.] *Ergo in l.5. D. de teſtib.* In legibus, *id eſt, non tantum in lege publicorum iudiciorum, ſed & in lege Iulia de vi &c.*

Susceptos teſtes] *Sic veteri exempl. ſed quis non admittat* ſuſpectos? *Atq; ita hodieque ſcriptum legitur apud Paulum lib. 5. Sentent. additurque,* Suſpectos gratia: *Ego vetuſtiorem ſcripturam non temere contemnendam cenſeo. Suſcepti dicentur & clientes quos patrofamilias in fidem ſuam ita ſuſcipit, vt pars quodammodo familiæ cenſeantur, quam ob cauſam libertis ferè coniungi ſolent, vt in l.3. D. de vſu & habit. l.5. D. de his qui deiec. vel eff. l.7. D. de capt. & poſtl. l.89. D. de furt. l. C. de nouationib. Eius veteris iuris reliquiæ adhuc extant in l. quintum ex in filium. D. de verbor. oblig. quod ex Seruio & Saluiano* IAC. CVIACIVS *Doctor meus tam primus in lucem protulit, vt & alia multa hactenus hominibus noſtris incognita, per quæ*

Illum ſumma manet Romani gloria iuris.

Atq; vtinam vir immenſæ doctrinæ & cum priſcis illis legum coryphæis ſine inuidia comparandus, cuius me ſtudioſorum numero cenſeri hoc vnum eſt quod in maxima laudis parte ponam, ad hæc atq; vel imitatus deſcendere voluiſſet. nam illis quantumuis meritis noſtra hæc perturbata exaratio detraheret, tantum ex eius doctiſſimis & abſolutiſſimis commentariis accederet ſplendoris & gloriæ. Non abs re vtique ſuſceptorum & clientum teſtimonium vt domeſticum non admittitur, l.24. D. de teſtib. l præſentib. §. penult. C. de iis qui ad Eccleſ. conf. in qua familiaris nomen & ad ſuſceptum non male refertur. Sane Gellius ex M. Catonis oratione in Lentulum inter cætera & hoc refert; Teſtimonium aduerſus clientem nemo dicit, *libro 5. Noct. c. 13. Suſceptorum etiam nomine vtitur Iulius Seuerianus in præceptis Rhetoricis quorum fragmenta quædam poſt integriorem editionem Corn. Celſi titulo nuper proſtituta ſunt.*

Si ſint.] *Malim vt apud Paulum,* In adſinem vel cognatum. *Eſt vero hoc ex lege Iulia publicorum iudiciorum, vt idem Paulus tradit in l.10. D. de gradib. & adfinib. in qua tamen agnatorum nomen & pro cognatis poſitum legimus.*

itemque liberti.] *Et hoc habet optimum exemplar. nec fortaſſe abſurde neceſſitudinis nomen et-*

iam

iam de libertis vſurpabitur, & de ſeruis, vt in l. 2. C. Th. de teſtament. Eſt enim vt ſanguinis, ſic & amicitiæ & affinitatis, & officiorum neceſſitudo quædam. quamquam illud quod Calliſtratus ait, propter reuerentiam perſonarum quoſdam non admitti ad teſtimonij fidem, omnibus magis conueniat.

AD TIT. X.

Si aliquis.] *Exod. 22.*

Vel commendato.] *Commendare nihil aliud eſt quam deponere l. 186. D. de verb. ſign. Sed hic Modeſtinus differentias perſequitur inter commodatum & depoſitum. Itaq, commodati nomen vbiq, reſtitui malim.*

Conuentus eſt.] *Repoſui*, conuentus etiam culpam *&c.*

In depoſiti vero cum ſola.] *Vet.* cauſula *poteſt vero & in depoſito depoſitarij vtilitas verti l. 5. §. 2. D. Commodati.*

Et in fiduciæ iudicio.] *Sane in fiducia pignoris quæ inſtar legis commiſſoriæ eſt, quin hoc verum ſit dubitari non poteſt. d. l. 5. §. 1. vel cum fundus ea lege alicui mancipatur, vt eum mancipanti remancipet, veluti ſi quis tempus dubium timens amico potentiori fundum mancipio tradat, vt ei cum tempus ſuſpectum præterierit, reddat: quo etiam genere fiduciam contrahi Boetius tradit. nam hoc certe contractu quamuis commendati ſiue depoſiti ſpeciem quandam gerat, fiduciarius tamen reuera fit dominus. At cum fiducia ita contrahitur vt ſeruus ſuis nummis ematur atq, manumittatur, nomen imaginarius ille emptor accommodat, præterea nihil illi adeſt abeſt ve, l. 4. §. ſine autem. D. de manumiſſ. In mancipatione etiam liberi hominis quæri poteſt quæ vtilitas fiduciarij interueniat. nam ſeſtertius ille nummus aſſium quatuor qui dicis gratia numerationis loco non in hac ſolum ſed in omni alia imaginaria venditione interueniebat, vix eſt vt reuera precium dici poſſit, l. 10. § vlt. D. de adq. poſſ. l. 43. D. locat. l. 16. D. de reg. iur. tale ſaltem quod fiduciario diligentiam imponat. Nec inficior tamen etiam in huiuſmodi contractibus maiore aliquo precio fidem commodari poſſe, & hos nonnihil ad mandatum accedere.*

In mandati vero iudicio dolus.] *Deſunt hic nonnulla quæ forſitan non male ita ſupplebuntur,* In mandati vero iudicio dolus & culpa præſtatur: itemque in tutelæ iudicio, quamuis pupilli non etiam tutoris vtilitas in adminiſtratione verſetur. *In mandati iudicio quin & culpa vel leuis præſtetur, dubium non eſt. Idemq, videtur in tutore ſtatuendum, qui aliena quodammodo ex mandato gerit negotia, cuius tamen ſcio in quibuſdam partibus leuem culpam excuſari l. 7. §. competit. D. de adminiſtr. tut. De leuiſſima quæri non abs re poteſt. Sed hæc tractatio amplior eſt quam vt notis capi queat.*

Et in actione rei vxoriæ.] *Tribon. ſcripſit*, in pignore & in dote *l. 5. §. 1. & l. 8. D. commodati.*

Actione depoſiti.] *Hinc ſumpta eſt l. 23. D. depoſiti. in qua cur illa verba adiecta ſint* ſeruo conſtituto, *non ſatis intelligo. niſi reſtituto aut legatur aut intelligatur.*

Cibariarum.] *Cibariorum l. 18. § 1. D. Commod. & apud eundem Modeſtinum in l. 4. D. de alim. leg. ſic & alimonium legitur & alimonia.*

Cui res commendata.] *Melius*, Commodata.

Reſpondit depoſita.] *Fortaſſe melius*, Res apud te depoſita ſi ſubripiatur, dominus domui &c. *vt ſit* domui *dictum quemadmodum alias in Pandectis* domi *ſecundo caſu. ſed hic ſupereſſe videtur. Idem vero obtineret & ſi depoſitarius culpam repromiſerit aut depoſitionis precium acceperit: quibus tamen caſibus vi bonorum raptorum datur. l. 2. § ſi in re. D. vi bonor. rap. Apud Quintilianum Declamat. 361. depoſitarius furem damnaſſe quadruplumque exegiſſe fingitur ſcholaſtica licentia: cuius eſt etiam illud, non potuiſſe dominum furti agere. quæ in foro nullus prudens dixerit.*

Si modo ſoluendo fuerit. Actio] *Veteris libri ſcriptura hæc fuit*, Si modo ſoluenda actio fuerit. *Cæterum caſus eſt quo commodatori furti actio datur licet dominus ipſe furti agere non poſſit in l. Si vxor. D. de act. rer. amot. Pertinet vero hic locus ad l. vlt. C. de furtis.*

VII. & Quad.] *Forte*, Septimio & Quadrato. *Extat vero hoc idem reſcriptum lib. 4. Cod. Iuſt. ſub Titulo de depoſito, Conſt. 10.*

Si ſacellum.] *Extat apud Paulum lib. 2. Sent. & in l. 29. D. eod. tit.*

Eam hancq; in tibi commiſero.] *Legendum videtur*, Si pecuniam depoſuero, eamque in vſum tibi commiſero.

Periculo tuo erit.] *Etiam ſi non vtare l. 9. §. vlt. D. de reb. cred. aliud eſt ſi ita depoſuero, vt ſi velis, vtaris: tum enim & ſi periculo tuo ſit, l. 4. & l. 10. D. eod. ex vſu demum mutui actio naſcitur vſuræq, debentur l. 1. §. ſi pecuniæ. D. depoſiti.*

Poſtquam perdideris.] *Malim*, poſtq; eam perdideris, *Paulo aliter Vlpianus in l. 1. §. ſi rem depoſitam. D. eo. tit. Dolo ſemel admiſſo periculum rei ad depoſitarium pertinere.*

Digitized by Google

Ex cauſa depoſiti lege XII. tab.] Credo hanc eſſe depoſiti actionem in duplum ex infitiatione & dol malo. cuius & Iuſtinianus meminit in §. furti. Inſt. de actionib. & Paulus lib. 1. Sent. Tit. de actionib. quæ per infitiat. dupl. ſi modo pro depenſi, legatur depoſiti. Nam ſane in actione illa negotiorum geſtorum ἀντὶ χαλκοῦ δαπανήματος, quæ & recte depenſi dici poteſt, non de rupta fide agitur, ſed de indemnitate eius qui alienum negotium gerens aliquid expendit, vt Vlp. de depoſitario dixit in l. 5. D. hoc tit. cuius iudicio non video cur plus tribuatur quam contrario mandati. At ex depoſito certum eſt & ob dolum condictionem competere tanquam aduerſus furem l. 13. D. eod. vt mirum non ſit eum quoque, vt manifeſtum dupli pœna coërceri ob infitiationem quæ inter grauiora delicta non immerito a veteribus habita eſt.

Incurſu.] Extat in l. 1. C. Depoſ. aucta a Triboniano quibuſdam verbis.

Dominus horreorum.] Extat & hæc conſtitutio in l. 1. C. de locat.

AD TIT. XI.

Si quis inuolauerit.] Exod. 22.

Totidemque boues.] Sic vet. ſic & Oſtrogothus ſcriptor Tit. 6. ex Pauli lib. 5. Sent.

De ſtabulo.] Ergo & hic atrox abigeus eſt. Sed tamen lenius coercetur ſi à ſtabulo domitum pecus abegerit, quam ſi à ſilua vel grege. Sic enim legendum eſſe in l. 3. §. 1. D. de abig. Doctor noſter ex Græcis interpretibus admonuit.

Aut à ferro.] Fortaſſe melius, aut ferro conducta manu, vel, quod Faber mauult, aut cum ferro, aut conducta manu: vt hæc etiam diſtinguantur.

Abigeatores.] Sic vet. apud Paulum, Abactores, cuius etiam ſcriptam lectionem codex noſter confirmat.

Aut fuſtibus cæſus.] Illud hic annotare placet, Fuſtis pœnam interdum capitalem fuiſſe, vt in decimatione militum, ad quam videntur etiam pertinuiſſe Saluſtij verba quæ apud Seruium duobus locis corrupte leguntur. Sic autem reſtituenda arbitror, Sorte ductos fuſti necat quæ & ipſa Corn. Tacitus de eadem re vſurpauit lib. 3. Annal.

In pœna.] vet. inponat.

De abigeis.] Referuntur & hæc ex eodem libro in l. 1. D. de abig. ſed ita vt Triboniani manum facile agnoſcas.

Alioqui nec.] Malim vt in Pand. alioquin &c.

Quod maximo.] Malim quod maxime. id eſt, vt plurimum.

Eſt autem differentia.] Eam differentiam hic vnus locus habet, vt & alia quædam noſtris interpretibus hactenus incognita. Sane ex Paulo didiceramus, ad gladium datos intra annum conſumendos eſſe. De ludo nihil dum tale, quod ſciam, audieramus. Eſt autem ludi nomen generalius, & continet ferrum, gladium, arma, ceſtus, arenam, venationem, quæ omnia inter mediocres pœnas vno ludi verbo Paulus complexus eſt lib. 5. Sent. Tit. 17. Ergo qui ad ludum damnatur, non ſtatim ad gladium damnatus intelligitur, id eſt ad ferrum, ſiue ad ludi gladium, vt à Capitolino ſcriptum eſt in Macrino ad differentiam decollationis. At qui ad gladium datur, vix eſt vt ad alium ludum datus intelligatur, quam tamen interpretationem Vlpianus hic tentat. Eſt & de ludo locus non ſatis animaduerſus apud auctorem eius hiſtoriæ ex qua ſecundus Machabæorum liber factus eſt, dum narrat Iaſonem Oniæ fratrem ſummum Pontificatum ambientem apud Antiochum Epiphanem, petiiſſe ab eo pro ſummo beneficio, vt Ieroſolimitani deinceps ab ipſo Antiocheni dicerentur, liceretque in ea vrbe gymnaſium conſtituere. Quod cum ille facile impetraſſet, magno ardore ſub ipſa arce gymnaſium καὶ ἐφηβίαν inſtituiſſe, in quo optimos quoſque adoleſcentes ὑποτάσσων, id eſt, quodam auctoramento ſibi ſubiiciens, ὑπὸ πέτασον ἦγε: quod vetus interpres tranſtulit in lupanaribus poſuit. non vſquequaque fortaſſe recte. Nam & ſi Iudæis velatæ mulieres pro meretricibus habeantur, & apud Romanos flauus galerus in proſtibulis notatus ſit, petaſus tamen curſorum eſt, & in ludo depugnantium, aut diſco certantium. præſertim apud Græcos ad quorum gymnaſia locus ille magis pertinet. & recte Pollux πέτασον ἐφήβων φόρημα, quo loco ἐφήβους appellat eos qui iuuenes dici videntur in l. 28. §. ſolent D. de pœn vt & in veteri epigraphe Allectus inter iuuenes, de pantomimo legitur. Plauto in Pſeudolo, etiam opus eſt chlamyde & machæra & petaſo.

Damnatis continetur.] Lego, mandatis, nam & de his rebus Præſidibus in prouincias proficiſcentibus præcepta dabantur l. 35. D. de pœn. & aliis multis locis.

Non vtique.] Non ſemper. nam & aliquando conſumuntur. immo id interdum ſententia ipſa comprehenditur l. 1. C. Th. ad leg. Fab. de plag.

Poſt inter palam.] Sic vet. lego poſt interuallum.

Pilleari.] Tanquam liberati eſt enim hoc liberationis ſiue præmij inſigne: Tertullianus de ſpectacul. Et qui inſigniori cuique homicidæ leonẽ poſcit, Idem gladiatori atroci petat rudem & pilleum, præmium conferat. vnde & pillei manumiſſiorum in Aurelij Victoris Breuiario. Galerus aut petaſus non recte pilleus dicitur. Sed an hæc pillei impoſitio ſtatum publicum reddit ad inſtar reſtitutionis cuiuſdam in integrum? Suſtineo. Rudis ſane vacationem potius periculoſi laboris quam libertatem donaſſe videtur

Ouid.

Ouid. 2. Eleg. Tutaq; depoſito poſcitur enſe rudis. *Fuit enim hoc ſignum honeſtæ miſſionis artis gladiatoriæ, quam gladiator ſtans ad crepidinem Circi ſub Circulo amphiteatri, à populo petere & impetrare ſolebat vt Acron in Horatium ſignificat.*

Ex fermentis.] *Sic vet. in Pand. rectius*, ex armentis.

Berbicem adducunt.] veruecem abducunt. *Poſteriores fere berbicem & pronunciarunt & ſcripſerunt, vt apud Anianum & Paulum Monachum, & in Langobardicis Franciciſq; legibus. vnde nobis remanſit vocabulum.*

Qui cum gladio.] *Firmicus lib. 6. Mathes.* Faciet pecorum abactores inſequentibus hominibus minaci ſemper gladio reſiſtentes.

AD TIT. XII.

Si exibit ignis.] *Exod. 22.*

Qui caſa.] *Leg*, Qui caſam aut villam, *vt in l. 28 § incendiarij, D. de pœn.*

Venti fuerint his.] *Lego* furentis, *& paulo poſt* dati damni æſtimatione ſarciantur, æſtimatione *autem id eſt, dupli compendio Paul libro 5. Sent. & hæc eſt actio quæ incenſarum ædium dicitur in l. iuriſgentium. §. ſi paciſ. ar. D. de pact.*

Perdum.] *Sic vet. an*, per odium, *id eſt ob inimicitias, vt Calliſtratus dixit aliquanto rectius quam Paulus, inimicitiarum gratia, quæ duo quo vinculo ſociari poſſint, non ſatis video.*

Incendiarij quidquid.] *Malim*, qui quid Facile *autem eſt, vt plurimum.*

De naufragis.] *Puto legendum*, Vlpianus lib. VIII. de officio Procos ſub titulo de naufragiis & incendiariis. Incendiariis lex quidem Cornelia. *Nam & de naufragiis eo libro Vlpian. tractaſſe indicat l. vlt. D. de incend. ruin. & naufr. in qua huius quoq; ſententiæ pars extat. Sæpe vero inter exſcribendum euenit, vt vel vnius vocis repetitio librarij oculos fallat: quod accidiſſe arbitror in l. ſtatuliberi. §. Quintus. D. de ſtatulib. cuius ſententiam lubens ita repleuerim*, An videatur ſententia qua vicit, ad eam rem valere. Et ait *(nempe Q. Mutius)* ad eam rem valere. quapropter, &c. *Sic & in l. 27. D. de furt.* Si chirographa aureorum decem, decem tabulæ fuerint: *& in l. 58. §. acceptis D. ad leg. falcid.* Acceptis centum, centum hereditatem, &c. *ſic legendum.*

Sed variæ ſunt.] *deeſt*, ſpecies, *vel*, circumſtantiæ.

Aut certe.] [*Hæc quoq; ita ſupplenda videntur*, aut certe exilio vel deportatione adficiendi ſunt qui hæc committunt.

Vlpianus lib. ad edictum.] *Lego* lib XVIII. ad edictum. *Extat pars quædam huius capitis in l. 27. D. ad leg. Aquil. quæ ſi quis conferre non grauabitur, & nos moleſtia notarum liberabit, & melius intelliget quid ſibi iuris noſtri compoſitores permiſerint. Nobis hic vetuſtiſſimi exemplaris ſcripturam bona fide repræſentaſſe ſatis fuit.*

Id enim.] *Lego.* Ait enim ſi ſtip. inc. ig. fugit, Aquilia lege eum non teneri, ſed in factum agendum, quia principaliter hic non exuſſit: ſed dum aliud agit, ſic ignis proceſſit. cuius ſententia & reſcripto Diui Seueri comprobanta eſt in hæc verba. *Quæ ſequuntur quomodo reſtituenda ſint, non ſatis video. Et tamen hic ſenſus plenus eſt*, Si ignis pabuli gratia factus &c. iudicium cum ea adire potes. Cum ea *id eſt cum Vectoria.*

Si litis æſtimatio permittitur.] *Id eſt, ſi Vectoria iudicium ſuſcipere & litis æſtimationem ſufferre malit, quam noxæ dedere aut indefenſos ſeruos relinquere. Nam alioquin recuſare atq; euitare iudicium poteſt.*

Si forte.] *Confer §. ſi fornicarius l. 27. D. ad leg. Aqu.*

Tamen eum.] *Puto legendum*, tam in eum qui ad fornacem obdormiuit, quam in eum qui ignem ſubiecit, vel negligenter curauit.

Siue homo periit ſiue debilitatus eſt.] *Hæc verba pertinent ad ſuperius exemplum de medico, & reponenda videntur continuo poſt illa*, Aquilia ceſſat. *Omiſſa vero ſunt à compoſitorib. pandectarum fortaſſe quod Caij ſententiam magis probarent, quæ extat in l. 8 D. eod. tit.*

Relegatum eſt.] Relatum eſt.

Et ait.] *Vlpianus ſcilicet. quod ex præcedentibus conſequitur. In Pandectis tamen ſcriptum eſt, Proculus: & rectius quidem vt ſequentia indicant.*

Me inter actionem.] *An inter actionem accipiemus incerti actionem ſiue in factum ſubſidiariam? an potius ita legemus?* Me interim actionem, id eſt in factum impetrare. *Quod mihi quidem magis probatur.* Interim *vero, id eſt, ante damnum datum. Et propriè impetrare de huiuſmodi actionibus vſurpant, quæ & permitti dicuntur. l. 45. D. ſolut. matr. & indulgeri tribuique l. 28. D. de procurat. & accommodari l. 22. D. de aqua & aq pl. arc. l. vlt. D. de tranſact. §. item ſi quis poſtulante. Inſt. de actionib. & conſtitui l. 16. D. ad exhibend. & decerni l. 2. D. de adminiſtrat. rer. ad ciuitat. pert. l. 20. D. de tutel. & rat. diſtrah. l. 22. D. de conſtit. pec. l. 2. § interdum. D. de vulg. & pup. ſubſt. l. penul. D. de adquir. hered. l. 15. §. eleganter. D. de damn. inf. l. pen. D. de fideic. libert. l. 46. §. 1. D. de adminiſtr. tut. nempe quia*

ex æquitate cauſa cognita dantur. l. 15. §. Prætor ait, ſi quis. D. de iniur. l. 18. §. vlt. D. de damn. infect. l. 5. D. de præt. ſtipul. Actio directa ordinaria eſt l. 5. C. ſi reus vel pig. datus ſit. & vtilis Prætor ſeq. opponitur. l. 20. §. 2. D. de nox. al. act.

Ad exemplum Aquiliæ.] *Sic in l. 53. D. ad leg. Aqu. in factum actio ad exemplum legis Aquiliæ, & vtilis actio damni iniuria quaſi ex lege Aquilia in l. 51. D. de furt. Vtilis actio ad exemplum directa inſtituitur. l. 1. C. de precario. vnde & vtilis in rem quaſi in rem actio dicitur in l. 1. §. proponitur. D. de ſuperficieb.*

Sed & ſi quis ſerui inquilini.] *Fortaſſe melius*, ſed & ſi ſerui inquilini inſulam exuſſerint.

Et fructui miſſi ſint] *Lego*, mihi ſint.

Hd.] *Sic in vet. ex.*

AD TIT. XIII.

Non tranſmouebis.] *Deut. 19. Extat & de Termino priſca lex Numæ Pompilij apud Verrium Flaccum, quia qui terminum exaraſſet, ipſus & boues ſacri erant. Nihil fere religioſius Numa ſanxit. Nam & templum vt deo poſuit, & ſirias inſtituit, noluitq́; animatum quicquam pacis Præſidi ſacrificari: quod Plutarchus in Romaicis eleganter ſic expreſſit,* τὸν Τέρμινον ὡς ὅριόν τινα καὶ φύλακα φιλίας καὶ εἰρήνης, ὥστε δεῖν αἱμάτων καὶ φόνου καθαρεύειν καὶ ἀμίαντον φυλάττεσθαι. *Sed hoc iam ſuo tempore neglectum idem alio loco teſtatur. vnde & Horatius in Epod.* Et agna feſtis cæſa Terminalibus. *Quin & Siculus Flaccus in terminis defigendis, hoſtia immaculata cæſa ſanguinem inſtillari ſolitum ſcribit, & Prudentius extis ſeu gallinæ pulmone termino fieri ſignificat. Illud quoq́; Numa videtur, vt Termino non niſi ſub diuo ſacrificaretur, quod nefas putaret Terminum intra tectum conſiſtere. Itaq́; quo loco colebatur, ſuper eum foramen patebat in tecto, vt Sex. Pompeius tradit. Quod etiam cum Capitolium Tarquinius ædificaret religioſe obſeruatum Seruius teſtis eſt, ob idq́; in Capitolio proximam (ſic legendum apud Seruium non* primam) *partem tecti patuiſſe quæ lapidem ipſum Terminum ſpectaret. Vnde non abs re quæri poteſt, Plinij verba hæc ex libro 18. cap. 2.* Tertiam ex iis nominare ſub tecto religio eſt, *an ad Terminum referenda ſint, an ad Dionyſium.* εἴδε γε τὸν Διόνυσον ὀνομάζουσιν ὑπὸ στέγην, *vt Plutarchus ait. Ego quidem ad Terminum malim, & nominandi vocabulum ad ſacrificium quam ad iuſiurandum referre. Et fortaſſe ille locus mendo non caret, atq́; ita potius alicui legendus videatur.* Terminum ex XII. nominare ſub tecto religio eſt. *Nam de Termino multa duodecim tabulis cauta quis neſcit? in quas etiam ſi quis veterem illam Numæ ſanctionem tranſlatam velit, non contradicam. Sic enim & vbi 12. tabularum auctoritas contemni cœpit, eadem illa quæ legibus cauebantur, in alia latorum nomina tranſierunt, vt Macrobius ait lib 3 Satur. cap. 9. Sane & de ſacrificiis & religionibus non pauca iiſdem tabulis comprehenſa M. Tullius ſatis ſignificat in libris de legibus, & Seruius tradit multa de ſacris ab Fabio petita poſt ecas tabulas magna ex parte ab Athenienſibus mutuatas, quæ reliquis duabus Decemuiri complexi ſunt. Aſcribam vero & ipſa Liuij verba ex quibus etiam poſt 12. Regias leges retentas intelligamus. Sic igitur cum de Tribb. militum Conſulari poteſtate ageret lib. 6.* In primis fœdera ac leges (erant autem eæ duodecim tabulæ & quædam Regiæ leges) conquiri quæ comparerent, iuſſerunt. Alia ex iis edita in vulgus: quæ autem ad ſacra pertinebant, à Pontificib. maximis vt religione obſtrictos haberent multitudinis animos, ſuppreſſa. *Itaq́; mirum videri nō debet quod apud Tacitum legimus cenſuiſſe Claudium ad inceſtum procurandum ſacra ex legibus Tullij regis piaculaq́; apud lucum Dianæ per Pontifices danda: Et in libris noſtris de muliere quæ prægnans mortua ſit humari ante legem Regiam recitari audimus. At hæc paulo audacior coniectura eſt. & iam ipſi Notarum terminos exaramus.*

In eum qui per vim] *Sic apud Paulum ſcriptum eſt libro 1. Sent. vbi in vet. exempl. annotatum reperi idem ſtatui in Codice Theodoſiani lib. 2. ſub hera 26. quæ conſtitutio hodie deſideratur.*

Diuus Hadrianus.] *Refertur & in l. 2 Theod. tit.*

Viſus cauſa] *puto legendum* vius cauſa, *quod à compoſitoribus Pandectarum omiſſum eſt.*

AD TIT. XIV.

Quicunque plagiauerit.] *Exod. 21. Deut. 24.*

Ciuem Romanum ingenuum.] *vet. exemp.* Ciuem Romanum ingenuus liber.

Impp. relegatur.] *Sic vetus. quo ſignificatur, in perpetuum relegari.*

Superca re.] *vetus codex habuit* ſuperare.

Intra milliarium centeſimum.] *Fuit hic terminus vrbis, aut potius Præfecturæ vrbanæ & ſolitarum regionum l. 1. §. initio. D. de off. Præf. vrb. vbi quod in Pand. Fl. ſcriptum eſt,* Egreſſum eſt P. V. notionem

eadem

Digitized by Google

eadem phraſi dictum videtur qua in l.22. §. facti. D. de capt. & poſtl. Sequendum eſt Iuliani ſententiam: *& in l.19. D. de nouat.* denegandum eſt exceptionẽ. *quibus etiam non diſſimiles decendi rationes notari poſſunt in l 1.§.1.vlt. D.de contr.tut.act.l 12.D.Si quis omiſſ.cau.teſt.l.19.§.1. D de negot.geſt.l.45.ſub fi. D. Solut.matr.vnde & in l.4.§.non omnis. D.de re milit. ſic lubentius legerim.* Nec tamen facile indulgendum eſt extra ordinem iudicationem his qui negotium ante habuerunt: ſed ſi in tranſactionem res recidit, indulgendum eſt. *Extraordinem autem iudicatis indulgetur vt militi.*

Cognoſcat.] *Extraordinem, vt de expilata hereditate dicitur in l.3. D.de exp.hered.*

Sit in via commiſſa.] *fortaſſe melius*, Sit iniuria commiſſa: *quanquam & excuſa lectio defendi poteſt.*

Quam præſidis partib.] *l.4.C.ad leg.Fab. de plag.l.2.C.de pœn. Quadam prouinciæ procuratoribus cohibebantur vt Tacitus loquitur: ſed aliæ vt procuratoribus tantum qui ne deportandi quidem ius habuerunt: aliæ vt Præſidis vicem tuentibus.*

Plane poſt ſententiam.] *videlicet cum iam de bonis quæritur, non de crimine, l.1.& 2.C.vbi cau.fiſ.*

Huius certe.] *Hic locus proculdubio corruptus eſt, & ſi quid coniectura valeo, deeſt nomen aut vrbis aut regionis Armeniæ. Hoc vt ſuſpicer, facit* Certæ *reliquum nomen quo Parthis ciuitatem ſignificari Hermolaus Grammaticus ex Stephano auctor eſt.*

Qui ciuem Ro.eundemq; qui.] *Malim*, eumue qui in Italia liberatus ſit: *quod etiam ſic interpretari audeo. Italiæ multa olim fuere priuilegia cum in cenſitionibus. iure nexus, vſucapione. exceptione annali, tum in iure capiendi, vt aliis huiuſcemodi, quæ pro ſummo beneficio prouincialibus quibuſdam coloniis poſtea conceſſa ſunt, vt eodem iure eſſent quo & ipſa Italia: quam ob rem iuris Italici dictæ ſunt, quod ius eſt liberæ ciuitatis, ſiue liberæ conditionis, cuius ſignum apud eas fuit Marſyæ ſimulachrum, vt Seruius in Virgilium notat. Huius generis priuilegiorum Italiæ illud etiam fuiſſe videtur, vt quem Latinus in Italia manumitteret, quamuis Romanum ciuem non faceret, tamen quod ad legem Fabiam, eodem iure eſſet quo ciuis Romanus. ait autem.*

Liberatus ſit.] *Proprie. Nam Latinus vt dixi, qui manumittit, ciuem Romanum facere non poteſt. itaq; hæc non iuſta manumiſſio eſt, ſed liberatio potius a ſeruitute. Demq; non eſt hic reuera actus legitimus, & iterari poteſt. Sic enim legimus apud Vlpianum iteratione fieri ciuem Romanum qui poſt Latinitatem quam minor annis 30. acceperat, iterum rite manumiſſus eſt ab eo cuius ex iure Quiritium ſeruus fuit, cuius rei & Iuſtinianus meminit Nouell.78. & in illo Regularum fragmento, cuius iam ſuperius meminimus, ſcriptum eſt minorem 20. annorum manumittere nec vindicta poſſe, nec teſtamento. itaq; nec Latinum facere poſſe. tantum enim apud Conſilium poſſe manumittere ſeruum cauſa probata. hunc autem qui manumittitur quotcunq; ſit annorum, Latinum fieri, & ſolum ad hoc ei procedere libertatem vt iterum manumiſſus, & ciuis Ro. fieri poſſit.*

Vendiderit.] *l.12.C.hoc tit. Sed hoc Apuleius legi Corneliæ tribuit lib 8.de aſin.aur.* Prudens, *inquit*, crimen Corneliæ legis incurram, ſi ciuem Rom. pro ſeruo vendidero. *Et vero falſi ab emptore redargui poſſe videtur, vt & is qui duobus eandem rem vendiderit, l.21. D. ad leg. Corn. de fal.*

Seſtertiis 50.] ſeſtertium. *hæc eſt illa pœna pecuniaria legis Fabiæ quæ in deſuetudinem abiiſſe dicitur in l.vlt. D.eod.tit. cuius tamen veſtigia quædam reliqua ſunt in l.12. D.de manumiſſ. & l.12 §.ſed ſi in captiuo. D.de capt. & poſtl. quibus etiam aliud quoddam huius legis caput continetur. itemq; aliud in l.1.§.1. D. de fugit.*

Populus.] *Leg.* populo, *hodie fiſco l.6. C.hoc tit. cuius reſcripti pœna ex lege Fabia, prohibitio vero ipſa ex SC. eſt l quod ſæpe.§.ſi quis amico. D.de contrah.em. t. l. arbor.§.Iudex. D. comm.diuid.*

Sciendum eſt tamen.] *Santhæc collectoris, qui Nouellarum conſtitutionum nomine videtur innuere Conſtantini legem qua ob plagium liberi hominis, ſeruus aut libertinus ſtatim, id eſt primo quoq; munere beſtiis obiicitur: liber ſub hac forma in ludum datur vt antequam aliquid faciat quo ſe defendere poſſit, gladio conſumatur l. 1. C. Th. ad leg. Fab. de plag. ſed extat & antiquior paulo Diocletiani conſtitutio qua in vrbe hoc idem crimen capite vindicatum eſt l.7.C.eod. Quo pertinet etiam Nouella Leonis 66.*

AD TIT. XV.

Non inueniatur.] *Deut. 18.*

Vlpianus lib.7.de off. Procoſ.] *Hoc libro Domitius de variis criminibus tractauit, atq; inter cætera de iis quæ ad religionem pertinent: vt mirum non ſit quod eo etiam reſcripta principum nefaria collegerat, vt doceret quibus pœnis affici oporteret eos qui ſe Dei cultores profiterentur. Quod enim totis ſeptem libris de officio Proc. feciſſe ex corrupto (alij Lactantij loco hactenus male creditum eſt.*

Interdictos eſt.] *Lego*, interdicta eſt.

Vetus hæc.] *Seruius 4. Æneid* Cum multa ſacra Romani ſuſciperent, ſemper magica damnarunt, Probroſa enim ars habita eſt. ideo excuſat cum ait. Teſtor ego magicas inuitam accingier artes. *Extant vero & varia de Mathematicis Senatuſconſulta apud Tacitum libro 1. & 12. Annal. &*

primoſecundoq́; Hiſtoria Auguſtæ, cæteriſq; eius ætatis ſcriptores, quæ hic colligere neq; otij neq; inſtituti eſt noſtri, quibus potius eſſet quæ ſequuntur in integrum reſtituere, ſi quam facile eſt peccare, tam facile eſſet peccatum corrigere.

Similem incertum.] *Fortaſſe*, ſimilem artem.

Et profeſſio.] *Legendum videtur* in exercitio & profeſſio. Et quidem &c. *atq; ita Oiſelo noſtro videtur, qui & paulo poſt ita legit*, Nec diſſimulandum, &c.

Et publice reprehenderent.] *An potius*, reſponderent? *Nam & horum vt iuris conditorum proprie reſponſa dicuntur.*

Qui viſi erant.] *Fortaſſis melius*, qui auſi erant vel conſulere vel exercere, quam quod &c. *Quo pertinet autem illud Taciti ex lib. 1. Hiſtor.* Mathematici genus hominum potentibus infidum, ſperantibus fallax, quod in ciuitate noſtra & vetabitur ſemper, & retinebitur. *Eſt vero hoc vulgi vocabulum. Gellius lib. 1.* Vulgus, *inquit*, ques gentilitio vocabulo Chaldæos dicere oportet, Mathematicos vocat. *Et Ammianus lib. 29.* Mathematicis, vt memorat vulgus. *quo etiam libro plura ille de Mathematicis.*

Ad locum.] *Sic olim notare ſolebant particulas quas ex conſtitutione aliqua aut recitabant, aut exſcribebant, adiectis etiam interdum primis conſtitutionis verbis: cuius moris plures ſunt in Theodoſiano codice reliquiæ, quibus etiam accidit vt ea verba neſcio quomodo in textum ipſum irreperent, & excerpti partem occuparent, vt in l. 3. de poſtulan. & Nouella Maioriani de Epiſcopali iudicio.*

Motu Caſſiano.] *Eſt & huius Caſſiani furoris tumultuſq; mentio in eo Pauli fragmento quod extat in Codice Iuſt. ſub titulo ad leg. Iul. maieſt. & apud Tertullianum in libro de fuga in perſequutione, & in Apologetico. hiſtoria ipſa à Capitolino & Gallicano pluribus narratur.*

In Inſula Syrum.] *Lego*, in inſulam Syrum. *Eſt & eius inſulæ mentio apud Strabonem: & Seruius ad illud Virg. l. 3. Æneid.* Mycone celſa Gyaroque relictis. Quidam, *inquit*, per hiſtoriam dictum putant. Nam inter Myconem & Gyarum Syrum vnam de Cycladibus eſſe dicunt, vnde fuit Pherecides philoſophus. *Sic enim in optimo exemplari reponendum arbitror: nam otus ille locus in editis hactenus exemplaribus deeſt.*

In communionem.] *Fortaſſe melius*, communiorem.

Inaniſſima.] *An potius*, Inmaniſſima?

Ornare.] *Malim*, ordinare.

Maximi enim criminis.] *Seruius ad illud Virg. ex lib. 8.* Veterum ne ignara Deorum, Cautum, *inquit*, fuit & apud Athenienſes & apud Romanos, ne quis nouas introduceret religiones. nam ideo & Socrates damnatus eſt, & Chaldæi & Iudæi ſunt vrbe depulſi.

Debere.] *Puto legendum*, neque reprehendi à noua vetus religio debet. Maximi enim criminis eſt retractare quæ ſemel ab antiquis tractata & definita ſuum ſtatum & curſum tenent ac poſſident.

De terroribus.] *Sic vetus exemplar, niſi quis agnoſcat*, deterioribus: *quo verbo, ne quid diſſimulem, à principibus Chriſtiano nomini infeſtiſſimis, ſacroſanctam religionem perſtringi credibile eſt. in eoq; è etiam miror huius collectoris ſimplicitatem dicam, an potius oſcitantiam, qui cum hoc maxime ageret vt longe antè diuinis legibus cautum oſtenderet, quod Romanis poſtea comprehenſum eſt, non animaduertit quæ contra Manichæos dicuntur, etiam ad Chriſtiani nominis contumeliam pertinere. Sed ea fuit apud maiores noſtros conſcientiæ fiducia, is candor, vt ſumma fide omnia referrent, & atrociſſima hoſtium maledicta facilè contemnerent. Sic in Theodoſij Codice conſtitutiones quaſdam legimus, quibus fauentur Synodi quæ ab vniuerſa Eccleſia pro hæreticis damnatæ reiectaq; ſunt. Sic & Iuliano Diui nomen vt optimo principi tribui audimus. Quæ ſi quis tollenda cenſeat, tollat & ea quæ in eo qui Iuſtiniani nomen præfert in monazontas ex Valentis furoribus reliqua ſunt. Tollat & Cyrilli libros quibus Iuliani in Chriſtianos dicteria inſeruit. Tollat denique Taciti, Trogi, Suetonij, Galeni, Luciani, Rutilij, Eunapij atq; adeo Iuliani ipſius ſcripta, quibus ſacroſanctam religionem conuitijs atq; opprobriis laceſſitam quis non videat? Sed eſt omnium fortiſſima veritas.*

Nuperrime.] *Sane & Euſebius eius ſectæ originem ad horum principum initia retulit, quanquam ex Epiphanio ſatis conſtat ſub Aureliano & Probo Impp. cæpiſſe in Perſide, vnde Manes, tandem & ipſe à Perſarum rege ſupplicio affectus, diſcipulos habuit plures, qui inſaniæ nomen vitantes, ſe non Manichæos, ſed Mannichæos appellarunt, & auctorem ſuum Mannem, tanquam manna fundentem. Ne quis autem putet Manichæos Chriſti nomen ita profeſſos vt a gentilium ſacris abſtinerent, vt cæteri fere qui à noſtris hæretici iudicati ſunt, diſcat ex Philaſtrij indice eos dijs etiam dæabuſq; inmolaſſe.*

Detrimenta inſerere.] *Malim*, inferre.

Vſque ad eos.] *Melius*, vſque adeo, *& paulo poſt.* ad hanc inauditam & turpem, & per omnia infamem ſectam.

Ipſos

Ipſos quoq; Forenſibus vel Proconneſibus.] *Metalla multa numero fuerunt vt Vlp. ait in l.8. § eſt pœna D. de pæn. Proconeuſium mentio eſt apud Iuſtinianum Nouell. 22. De Forenſibus nihildum legiſſe memini, & fortaſſe hic locus ſic potius legendus eſt*, Elafonenſibus vel Proconnenſibus metallis, *ſi quidem & ille apud Plinium integer manſit ſub finem lib 5. hiſtor. in quo ita legitur*, Inſulæ in Propontide ante Cyzicum Elafoneſus, vnde Cyzicenum marmor, eadem Neuris & Proconneſus dicta. *Sane* τοῖς Φαινησίοις καὶ Προκοννησίοις παρεδίδοντο μετάλλοις *apud Theodoret. ſcriptum reperio. Apud Athanaſium aliter*, εἰς μέταλλον (*inquit*) ἀπεστάλησαν, καὶ μέταλλον οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' εἰς τὸ τῆς Φαινῶ· ἔνθα καὶ φονεὺς καταδικαζόμενος ὀλίγας ἡμέρας μόγις δύναται ζῆσαι. *At in Epiphanio* ἐν τοῖς Φαινησίοις μετάλλοις *legitur*.

Vt igitur.] *hic locus ſic reſtitui poteſt*, vt igitur ſtirpitus amputari radix hæc nequitiæ de ſeculo noſtro beatiſſimo poſſit, deuotio tua. i. ac. ſt. tr. noſt. obſecundare feſtinet.

AD TIT. XVI.

Scriptura.] *Hoc eſt illud celebre iudicium quod à Moyſe refertur lib. 4. cap. 27.*

Gaius lib. 3. Inſtit.] *Sic vet. ex. Et Gaium quidem libros quatuor Inſtitutionum ſcripſiſſe Digeſtorum index præfert. Sed hæc eſſe potius ex libro ſecundo facile adducor vt credam. Cæterum ex iis fragmentis ſatis iam liquebit qualem nobis Gaium Anianus ſuppoſuerit. Meliore aliquanto fide Tribonianus magnam horum partem tranſtulit in Inſtitutiones ſuas ſub Tit. 1. lib. 3. ex quo & iſta ſupplere atq; emendare multis locis facile eſt. nos ea tantum attingemus quæ compoſitores vltro omiſerunt vel quod poſterioribus conſtitutionibus immutata, vel quod penitus in vſu eſſe deſiiſſent.*

Pronepos proneptiſue.] *cæterique ex his deſcendentes. Hos enim omnes ſuorum appellatione lex 12. tab. comprehendit, vt recte Fl. ſcriptum eſt in l. 220. D. de verb. ſig. Suorum igitur nomen eſt ex 12. ſiue ex iure ciuili l. 7. D. de bon. damnat. Sui ſunt legitimi l. ſcripto. D. Vnde lib.*

Vxor quoque.] *Huius iuris veſtigium eſt in l. 195. §. 1. D. de verb. ſign. Seruius in lib. 1. Georg.* Tribus, *inquit*, modis apud veteres nuptiæ fiebant, vſu, ſi verbi gratia, mulier anno vno cum viro, licet ſine legibus, fuiſſet: Farre, cum per Pontificem Max. & Dialem Flaminem, per fruges & molam ſalſam coniungebantur, vnde confarreatio appellatur, ex quibus patrimi naſcebantur: Coëmptione vero atque in manu conuentione, cum illa in filiæ locum, maritus in patris veniebat, vt ſi quis prior fuiſſet defunctus, locum hereditatis iuſtum alteri faceret. *Hæc Seruius, non ille adulterinus & ſuppoſititius ieiunarum animarum ineptiis & commentis hactenus deformatus: ſed Seruius putus purus, ex cuius fragmentis Danielis noſtri beneficio interim hæc exſcripſimus ea ſpe fore vt vir & doctrina & diligentia multa, breui cum ex ſuis illis tum ex noſtris exemplaribus Seruium nobis magna ſui parte ſuperſtitem reſtituat. Porro ex hoc Seruij loco ſane quam eleganti, illud mihi primum videor didiciſſe quod Dionyſius ſcribit de iure nuptiarum quæ* τῶν γάμων ἱεροῖς *contractæ ſunt, ad confarreationem potius referenda eſſe, quamquam is omnino ritus Romuli temporibus nondum in vſu fuiſſe videatur, ſi verum eſt quod Plinius ſcribit à Numa primum in ſacrificiis far molamq; ſalſam adhibita. Sed & illud, apud Tacitum lib. 4. Annal. & Hiſtor. 4. confarreatis parentibus genitos, patrimos & matrimos ſignificare, quo nomine hactenus cenſiti ſunt omnes quibus pater materq; ſuperſtites eſſent. nec id quidem ſine auctoribus. Nam & hoc idem apud Sex. Pompeij breuiatorem in Flaminia legimus, & quem Dionyſius Halicarn. lib. 2. & Plutarchus in Numa* ἀμφιθαλῆ παῖδα *nominant, Heſychius exponit* τὸν ἐπ' ἀμφοτέροις τοῖς γονεῦσι θάλλοντα, μηδενὸς ὀρφανισθέντα. *immo & ex Sibyllinis verſibus hi à Politiano referuntur,*

χωρὶς δὲ κοῦραι χορὸν αὐταὶ ἔχοιεν
Καὶ χωρὶς παίδων ἄρσην στάχυς· ἀλλὰ γονήων
Πάντων ζωόντων οἷς ἀμφιθαλὴς ἔτι φύτλη.

quos ille ſe de Zoſimi hiſtoria ſumpſiſſe ait. Sed adſcribam ad eam rem pertinentia Zoſimi ipſius Græca verba, quæ mihi ex doctiſſ. diſertiſſimique viri epiſtola Cl. Puteanus communicauit, cuius ego eruditioni atque amicitiæ & hoc lubenter acceptum refero. nam Onuphrius quidem Panuinius Latine tantum antea retulerat. Sic igitur Zoſimus cum de ludis ſecularibus diſſereret, ἡμέρᾳ δὲ τρίτῃ ἐν τῷ κατὰ τὸ Παλάτιον Ἀπόλλωνος ἱερῷ τρὶς ἐννέα παῖδες ἐπιφανεῖς *(Horatius claris patribus ortos, Tacitus patricios fuiſſe exponit)* μετὰ παρθένων τοσούτων οἱ πάντες ἀμφιθαλεῖς, ὅπερ ἐστὶν ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς ἔχοντες περιόντας, ὕμνους ᾄδουσι τῇ τε Ἑλλήνων καὶ τῇ Ῥωμαίων φωνῇ καὶ παιᾶνας, δι' ὧν αἱ ὑπὸ Ῥωμαίοις σῴζονται πόλεις. *Quæ noſter Puteanus ſic conciliat vt omnes patrimos matrimoſq; proprie dictos putet qui parentes adhuc viuos haberent, eoſq; præterea confarreatos: viuos, boni ominis cauſa: confarreatos, propter auctoritatem ſacrorum. Sane quidem non alios vetuſto more patrimos matrimoſque legi ſolitos veriſimile eſt. Sed poſt omiſſam confarreandi adſuetudinem (quod Tacitus iam ante Tiberij tempora accidiſſe ſignificat) recte eius ætatis poſteriorisq; ſcriptores & ex vſu & proprietate ipſa verborum quæ confarreationis nihil habent, eos patrimos matrimoſq; interpretati ſunt qui modo patrem*

matremque adhuc viuas haberent. Nam & ſic olim pater patrimus dicebatur qui cum iam ipſe pater eſſet, haberet etiam tum patrem. vnde & pater patratus Plutarcho in Probl. Verum quid prohibet & alios Seruij locos adducere necdum, quod ſciam, proditos, & totam coemendi confarreandique rationem quæ hactenus non ſatis cognita fuit, exponentes? Sic igitur in illud lib. 4. Æneid. Liceat Phrygio ſeruire marito: Sane hic, *inquit*, coemptionis ſpeciem tangit. Coemptio enim eſt vbi libra atque æs adhibetur & mulier atque vir inter ſe quaſi emptionem faciunt, quod ante iam in 1. Georg Teque ſibi generum Tethys emat: quoniam coëmptione facta, mulier in poteſtatem viri cedit, atque ita ſuſtinet conditionem liberæ ſeruitutis (*ſic in opt. ex. legendum arbitror*) ait enim, Liceat Phrygio ſeruire marito, & in Georgic. Tibi ſeruiat vltima Thyle. Quoque omnis iſte mos coemptionis & citra nominis nuncupationem dotis datæ taxatione expediretur, quæ res in manum conuentio dicitur, ſubiunxit, Dotaliſque tuæ Tyrios permittere dextræ. Quid eſt enim aliud dextræ quàm in manum conuenire? quæ conuentio eo ritu perficitur vt aqua & igni adhibitis duobus maximis elementis, natura coniuncta habeatur: quæ res ad farreatas nuptias pertinet, quibus Flaminem & Flaminicam iure Pontificio in matrimonium neceſſe eſt conuenire. *Et paulo poſt*, Mos apud veteres fuit Flamini ac Flaminiæ vt per farreationem in nuptias conuenirent, ſellas duas iugatas ouili pelle ſuperiniecta poni eius ouis quæ hoſtia fuiſſet, & ibi nubentes velatis capitibus in confarreatione flamen ac flaminica reſiderent. ait igitur, locaui. locata enim vxor dicitur quod ſimul cum eo ſedeat dum confarreatur. Confarreationes autem tonitru dirimit. *Ad hanc autem coniunctionem quæ frugibus & mola ſalſa fieret, etiam diffarreationem propriè pertinuiſſe exiſtimo, cuius apud Sex. Pompeium mentio eſt: vt non niſi contrario* [illegible] *vinculum illud confarreationis diſſolueretur, quo nihil religioſius in ſacris fuiſſe Plinius ſcribit, cum cætera matrimonia ex 12. tabulis facile diſſoluerentur muliere domo exacta & res ſuas habere iuſſi clauibuſque ademptis: demum etiam confarreatione iam abolita, per libertum ſeptem ciuibus Rom. puberibus præſentibus ex lege Iulia. Sed quod ſequitur apud Seruium eo loco quem initio recitauimus,* [illegible] *ſic accipiendum eſt, quaſi in manum conuentio coemptione ſola fiat, quod Boëtio viſum eſt. nam* [illegible] *farre conuenitur in manum vt Vlpianus ſcripſit Tit. 9. & Seruius idem poſtea ſignificat. Ergo tam confarreatione quam coemptione maritus in patris locum, vxor non in matrimonium tantum, ſed in familiam quoque mariti & in ſui heredis locum venit, eſtque in eius manu mancipioque, aut eius in cuius maritus manu mancipioque eſt, & Materfamilias propriè appellatur, vt poſt M. Tullium A. Gellius ſcripſit, & ex illo tranſtulit Seruius in lib. 11 Æneid. Sed hic illud quæri non abs re poteſt, An ea quæ anno vno continuo abſque vſurpatione apud virum fuit, poſt annum in eius manu eſſe incipiat & heres ei ſua fieri. Quod & Fabro noſtro viſum eſt, & mihi probatur. Nam quo vſucapio, quæ etiam rerum nec mancipi eſſe dicitur, niſi vt vxor viri fiat iure Quiritium, & in eius poteſtatem redigatur? Et ſane M. Tullius hoc etiam modo mulierem in manum conuenire ſignificat. ſic enim in eius oratione pro L. Flacco conſtanti omnium exemplarium fide ſcriptum legimus.* In manum, *inquit*, conuenerat. Nunc audio. ſed quæro, vtrum vſu an coemptione, *quanquam ſcio non deeſſe qui in matrimonium malint, ſed quod ſequitur,* Vſu non potuit: nihil enim de tutela legitima potuit ſine omnium tutorum auctoritate deminui, *indicat hoc ſaltem vſu mulierem tutela liberatam, quod ſine minima capitis deminutione fieri non potuit, id eſt, in manum conuentione, vt Vlpianus explicat libro ſingulari Regularum Tit. de tutelis, & Boethius ipſe in Top. ſequitur, qui hæc alioqui non ſatis iuridice diſtinguit. Dicet aliquis. Quænam igitur erit illa forma vxoris quæ matrona propriè dicitur & tantummodo vxor habetur? Nempe hæc eadem quæ vel ſine legibus cum viro eſt antequam vſu capta ſit, ſiue intra annum, ſeu poſt annum, ſi trinoctium abfuerit vſurpandi cauſa, vt ex Q. Mutio Gellius tradit. Atqui hæc concubina potius videatur quam vxor. Immo vero in eius mulieris conſuetudine cum qua connubium eſſe poteſt, non concubinatum, ſed nuptias intelligimus l. 24. D. de ri. nupt. Et hic igitur in dubio nuptiæ præſumuntur, & vxor illa interea eſt: ſed non eſt in mancipio viri antequam vſucapta ſit. Hæc nos poſt tot ſcriptores de ritu & iure nuptiarum non adeo trita, qui aut non ſatis idoneo loco, aut prolixius tractaſſe arguet, ei ego tam ingratæ reprehenſionis occaſionem ſic inuidebo, vt tamen æquiorem mentem optaturus ſim.*

Is ſua heres eſt.] *lego*, ei ſua h. e.

Quæ in filij manu eſt.] *Ergo & qui in aliena poteſtate eſt, vxorem in manu habere recte dicitur, immo & hæc materfamilias a noſtris auctoribus appellatur l. 44. D. de adopt. licet eius vir paterfamilias non ſit: quod Verrij definitioni non ſatis congruit. Alias autem materfam. dici ſolet quæ nupta in patris vel aui poteſtate non eſt l. 30. & 34. D. Solut. matr. l. 5. D. de bon. damnat.*

Quorum nomina ex lege.] *Puto legendum*, quorum nomine ex lege Ælia Sentia vel ex S. C. poſt mortem patris &c. *quod pertinet ad illud caput legis Æliæ Sentiæ cuius Vlpianus meminit Tit. 7. Qui locus, vt hoc obiter moneam, ſic meo iudicio reſtituendus eſt.* In poteſtate parentum ſunt etiam ij liberi, quorum cauſa eſt per errorem contracto matrimonio inter diſpares conditionis perſonas. Nam ſeu ciuis Romanus Latinam, aut peregrinam, vel eam quæ dediti-

de ditiorum numero eſt, quaſi ciuem per ignorantiam vxorem duxerit, ſiue ciuis Romana per errorem peregrino, vel ei qui deditiorum numero eſt, aut etiam ſi Latino nupta fuerit, ex l. ge Sentia cauſa probata ciuitas redditur tam liberis quàm parentibus pręter eos qui dedititiorum numero ſunt, & ex eo fiunt in poteſtate parentum liberi. *Quod ſubiicit de SC. referendum videtur ad decretum ampliſſimi ordinis circa legem Æliam de Conſilio & cauſa probanda l.1. in fine. D. de off. Cos. non tantum in minore ſed & inter diſparis conditionis perſonas, vt hic locus indicat. ad quod etiam conſilium pertinere videtur l.24. D. de manumiſſ. quæ alioqui ſi de iudicio liberalis cauſæ accipiatur, inter fugitiuas non immerito cenſebitur.*

Et de eo filio.] *Eſt hic & alius agnationis modus ex manumiſſione qui ab Vlpiano quoq; recenſetur Tit. 23. Porro hi caſus ſi quidem poſt mortem contingerent, ad iuris antiqui formulam, ſin ante, ſed poſt teſtamentum, ad legem Velleam olim pertinuerunt. quod latius explicare non eſt huius loci.*

Cum filius filiaue:] *Et hæc ex eodem Inſtitutionum Titulo ſuppleri atq; emendari poſſunt. Quod ſequitur de agnatis, in titulum De ſucceſſione agnatorum magna parte translatum eſt, quem cum hoc conferre operæ fuerit.*

Æquum enim videtur.] *Lex 12. tabularum agnatis præfert ſuos quoslibet ſine diſtinctione. itaq; ſufficit ſuum heredem eſſe, nec ſpectatur proximior ſit an vlterior. Quamobrem ſucceſſionis, ſiue vt hodie loquimur, repræſentationis ratio aliqua ex æquitate habita eſt, vt inter ſuos heredes in ſtirpes non in capita diuidatur hereditas. quod prudentium interpretatione receptum Gaius ſignificat. At eadem lex deficientibus ſuis heredibus agnatum non quemlibet vocat, ſed proximum: ob idq; inter agnatos ſemper in capita, nunquam in ſtirpes diuiditur hereditas ex 12. tabulis. Qua etiam ratione idem in libertorum ſucceſſione ſeruari Paulus tradit lib. 2. Sentent. ex ſententia Iuliani in l. 23. §. 1. D. de bon. libert. Alio ſenſu auctores noſtri dixerunt in ſuis & legitimis non eſſe ſucceſſionem ſequentes ſcilicet gradus eiuſdem ordinis poſt delationem aut adquiſitionem. quod veteri iure perpetuum eſt, ea etiam ratione quod proximo tantum legitima hereditas defertur. l. 1. §. ſciendum. & l. 2. §. legitima. D. de ſuis & legit. Si tamen filius matris hereditatem ad quam ex Orfitiano vt legitimus vocatur, ſibi delatam repudiauerit, aut cum agnouiſſet, abſtinendi cauſa reſtitutus ſit; cæteri legitimi admittuntur. Sed hoc fieri ex ipſius S C. verbis indicat l. 1. §. ſi nemo. iuncto §. ſeq. D. ad S C. Tertyll. In bonorum poſſeſſione Vnde cognati poſt delationem ſucceſſio eſt l. 2. C. de ſucceſſ. edict. nempe quia ex ſola Prætoris indulgentia pendet l. 1. D. de vnde cogn. Non eſt tamen ſucceſſio poſt adquiſitionem l. vlt. D. de ſucceſſ. edict. Eadem ratione tentari poteſt & in honoraria Vnde liberi eſſe ſucceſſionem, cum ea cognatis detur veluti emancipatis, nec tam ſpectetur ius ciuile quam ipſa natura §. emancipati. & §. minus. Inſtit. de ſucceſſ. quæ ab inteſt. def. Sed hæc omnia Iuſtinianus exæquauit.*

Quos pleriq; conſobr.] *Hoc verbum Triumviris diſplicuit, qui conſobrinorum nomine hos ſemper intelligi voluerunt. quod tamen per abuſionem fieri Theophilus recte notat. idque verbi etymologia ſuadet. conſobrini enim quaſi conſororini dicuntur. Nonius,* Conſobrini ex duabus editi ſororibus, de quibus exempla multa ſunt in antiquis auctoribus & maxime in Afranio & iuris vetuſtiſſimi ſcriptoribus. *Sic legendum* non viris, *qui error etiamnum manet apud Suetonium in Nerone, & Capitolinum in Pio.*

Ideo autem.] *Lego,* Ideo autem non mortis tempore ſed cum certum fuerit aliquem inteſtatum deceſſiſſe, quia ſi quis teſt. *&c.*

Hoc iure.] *Id eſt, iure ciuili, ſiue ex lege Voconia, ex qua eſt legitima cognationis nomen de maſculis, non ex 12. tabulis. Aliud vero ex edicto Prætoris obſeruatur §. cæterum. de legit. agnat. ſucceſſ. Manſit tamen in cognatorum definitione maſculorum nomen in l. 2. §. 1. D. de ſuis & legit.*

Proinde agnationis iure.] *non ſuitatis. nam ſuos heredes fœmina non habent. Hinc illa olim quæſtio de iure apud Centumviros, Filius an frater debeat eſſe inteſtatæ heres. Sic enim apud Fabium legendum eſt lib. 4. Inſtit. non* inteſtato, *vel veteribus libris adſtipulantibus. quod alias pluribus oſtendimus in libro ſingulari de Centumviralibus, Decemviralibus Septemviralibuſq; & Quinqueviralibus iudiciis. Et vero de inteſtati hereditate eſſet ea ineptiſſima quæſtio, vt hodie eſt de matris ſucceſſione poſt orationem D. Marci & SC. Orfitianum, quibus id actum eſt vt ſine in manum conuentione matrum legitima hereditas ad filios pertineret excluſis conſanguineis & reliquis agnatis, quemadmodum Vlpianus ſcribit in fragment. Tit. 26. vbi notandum eſt quod ait,* ſine in manum conuentione. *nam & ante SC. ea conuentionis in manum vis fuit vt liberi matri ſuccederent, non quidem vt liberi, ſed vt fratres & agnati. An vt conſanguinei? Non puto. alioqui ſane reliquos agnatos tum quoq; excluſiſſent. Et vero eis ſanguinis nomen vt fratribus proprie conuenire non videtur.*

Sed alia faciat.] *Malim.* ſed alia facit *(vel* fuit*)* iuris interpretatio, *&c.*

Iamdudum autem.] *Hæc eſt illa quæſtio iamdiu inter Iuſtinianei iuris interpretes vexata, tandemq; vſu potius noſtro quam certo aliquo illorum iudicio definita: ex veterum tamen conſultorum ſententia, quæ & ipſa legis fuit cum proximos agnatos ad ſucceſſionem vocaret. Nam quibus proximorum nomen æque competit, quique æquo iure ſuo veniunt, æquas etiam partes ferre rationis eſt. Sane cum alij ex legis aut ſtatuti*

Digitized by Google

verbis vt proximi vocantur, alij ſucceſſionis quodam iure ex aliorum perſona veniunt, æquitas poſtulat & illis ex lege partem integram conſeruari, & his inſimul non plus iuris deferri quam ille habiturus eſſet in cuius locum partemq́ ſuccedunt. Quæ viſio alterius tractationis eſt.

In tot portiones fuerunt.] *Melius*, tot portiones fient.

Gentiles.] *Ponitur hæc lex à Cicerone non ſuis omnino verbis lib. 2. de Inuent.* Si paterfamilias inteſtatus moritur familia pecuniaq; eius agnatorum gentiliumque eſto. *Quod de gentilibus reſtat ex XII. tab. in l. 53. D. de verb. ſig. ad ius tutelæ magis pertinet, à quo tamen ad hereditatem legitimam argumentum eſt. Eſt & de ſucceſſione gentilium verſus Catulli ad Mallium, & exemplum Centumuiralis iudicij non tam fortaſſe ſenſu notum quam fama celebre, quod à M. Tullio refertur lib. 1. de Orat. in quo illud quæſitum ait utrum, an in ſucceſſione liberti ab ingenuo gentilitio adoptati ius gentilitatis locum haberet, adeo vt gẽtiles eius familiæ in quam adoptatus erat libertus, eius cognatis præferrentur ex XII. tabulis. Qua in quæſtione potior fuiſſe videtur Marcellorum cauſſa ex Scæuolæ definitione. Nec tamen ſicuti liberti tes patronorum gentiles Latine dici poſſe eo modo quo & ſerui dominorum gentiles à Plinio appellantur ob ſimilitudinem nominum quæ gentis vocabulo interdum ſignificatur, vt ex Cincio Feſtus tradit. Quo ſenſu & nouus homo Arpinas Seruium regem gentilem ſuum dicere auſus eſt, & Hiſpalæ libertæ gentis enuptio conceſſa legitur apud Liuium lib. 39.*

Primo Commentariorum & vltimum eſt.] *Sic vet. Meminit & Commentariorum Gaij Iauolenus in l. ſi quis D. de cond. & demonſt. quod ego libens ad libros Inſtitutionum refero quibus idem nomen a Boetio & Anniano tribui memini. Et vero probabile eſt ſub finem libri primi Inſtitutionum de gentilitatis iure tractaſſe Gaium cum de curatoribus diſſereret. Sed Iuſtinianus Commentariorum nomen etiam aliis libris tribuit in Proœmio Inſtitutionum.*

Superuacuum eſt.] *Antiquitatis cognitio iuris ſtudioſo non vtilis modo ſed etiam neceſſaria eſt, nec fruſtra veteres conſulti quantum in ipſis fuit, nihil eius penitus nos ignorare voluerunt. Eſt enim illud de omni cognitione Ariſtotelis* καθάπερ· εἴ τις ἐξ ἀρχῆς τὰ πράγματα φυόμενα βλέψειεν, ὥσπερ ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐν τούτοις κάλλιστ᾽ ἂν οὕτω θεωρήσειεν. *Sed eſt & illud verum Modum in quaq; re optimum: nec eadem cura omnia aut ediſcenda aut pertractanda ſunt. Quædam ſemel noſſe vel non ignorare ſufficit: repetere atq; inculcare tam putidum eſt, quam aut in gradibus morari cum aſcendas, aut in inſtrumento artis ipſius opus finemue conſtituere.*

Sine iure Prætorio.] *Hæc eſt veteris codicis ſcriptura quæ fortaſſe non male ita reſtituetur*, Sine iure Prætorio factum teſtamentum obiecta doli exceptione obtinebit. *Cuius ſententiæ ſpecies dari poteſt ex l. 1. C. Th. de famil. hercis cund. videlicet inter coheredes ſi huiuſmodi ſcriptis a ſingulis aliquid aſſcriptum ſit, oppoſita doli exceptione effici vt ea voluntas obtineat, nec aliquid amplius à ſingulis retineatur quaſi ab inteſtato. Quæ definitio laudatur etiam à Iuſtiniano Nouell. Conſt. 107. Dari poteſt & caſus quo ſine iure Prætorio factum teſtamentum obiecta doli replicatione obtineat, ſi inſtituti ſint ij qui rem ab inteſtato omnino habituri eſſent. Dicet aliquis. Si teſtamentum rite factum non ſit, locus eſt ab inteſtato ſucceſſioni. Itaq; iis replicatione doli nihil opus eſt qui ſine teſtamento lege heredes fiunt. Verum dari poteſt caſus quo neceſſaria eſt doli replicatio, vt ſi prius teſtamentum iure perfectum extet quo alij heredes inſtituti ſint l. 2. D. de iniuſt. rupt. irrit. & hac replicatione doli opus habent aduerſus liberos, ipſos propinqui, vxor, alumnus aliiq; huiuſmodi perſonæ quibus ex imperfecto teſtamento legata & fideicommiſſa præſtantur l. 38. D. de fid. libert. Ergo hæc doli ſiue exceptio ſiue replicatio ex perſona eius qui opponet omnino æſtimabitur. Dixit autem* Sine iure Prætorio, *quia hæc ſunt minus ſolemnis minuſq; difficilis teſtandi forma. Sed hæc Nouellis Conſtitutionibus varie immutata ſunt, nos hic veteris iuris reliquias tractare meminimus.*

Eorum quorum.] *Hæc fortaſſe aliquis ita ſuppleuerit.* Eorum quorum teſtamenta rumpuntur aut irrita fiunt, quamuis ipſo quidem iure teſtati decedant, hereditas vt inteſtatorum defertur. *At ego ipſo facto teſtatos dixero, Iure non dixero, ſed magis inteſtatos, nec improprie quidem l. 1. D. de ſuis & legit. ac potius hunc locum ita ſuppleuero.* Eorum quorum teſtamenta rumpuntur aut irrita fiunt licet iure inteſtati decedunt, ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio datur ſi ſeptem teſtium ſignis ſignatæ ſint. *Quod & Vlpianus ſcripſit in fragment. Tit. 23. & 28. Circa quæ illud admonere ſuperuacuum non fuerit, videri Papinianum in eo qui poſt teſtamentum adrogandum ſe præbuit, hoc etiam exigere vt voluntatem quæ iure defecit recenti aliquo iudicio ſui iuris factus confirmauerit, l. qui ex liberis. §. teſtamento. D. de bon. poſſ. ſec. tab.*

Gentibus deferebatur. Sane.] *Puto legendum* gentilibus deferebatur. Sane conſanguineos lex non adprehenderat, ſed interpretatione prudentum primum inter agnatos locum obtinuerunt. *Inde in l. 1. D. de legit. tut. agnatus & conſanguineus & l. 30. D. de adq. uir. hered.* legitimum vel conſanguineum: *& recte in l. 1. C. Quorum bonor.* Conſanguineos, *inquit*, omnia prudentium reſponſa & lex ipſa naturæ ſucceſſores faciunt. *Eſt enim hæc ſucceſſio ex eo iure quod communi nomine ius ciuile appellatur l. 2. §. his legibus latis. D. de orig. iur. cuius & alia exempla*

empla ſi quis deſideret, reperiet non obſcura in l.36. D. de ſtatulib. & l.34. D. de her. inſtit. itemq́; apud Ciceronem lib.3. de officiis.

[. Secundum legem Iuliam Papiamue quæſiti.] In l.vlt. D. de ſtatulib. ſi mulier ex lege nupſerit, id eſt intra annum præſtito iureiurando ſe liberorum cauſâ nubere, quod etiam ad legem Iuliam miſcellam referendum Græcus interpres rectiſſime notat, & explicandum moneo ex l. Titio vſusfructus. §. vlt. D. de condit. & demonſtr.

Et peregrinantes.] Recte. At in §. vlt. Inſt. de hered. qual. & diff. placet magis quod præceptor meus reſtituit. peregrinatos. Diuerſitatis ratio per ſe manifeſta eſt.

Quibus bonor. poſſeſs.] Fortaſſe melius, quib. ius bonorũ poſſeſſionis propter Prætoriã actionem non erit neceſſariũ. Bonorũ poſſeſſionis hic fructus eſt, vt commoda & incommoda hereditaria, itemque dominium rerum quæ in his bonis ſunt, tribuat. quod in ſuis heredibus non eſt neceſſarium, cum ipſo iure in eis ita continuetur dominium, vt nulla videatur hereditas fuiſſe quaſi & olim domini fuerint ſimul cum defuncto. Poſſeſſio vt viuo patre filio continuata non intelligitur, ſic nec mortuo continuatur. nam nec ea quidem hereditatis aut iuris eſt, ſed facti, & non niſi naturaliter comprehendi poteſt iure P. Ro. l.23. D. de adq. poſſ. l.91. D. ex quib. cauſ. maior. Moribus noſtris aliud fere obſeruatur, fortaſſe ex l. cum miles. D. eod. in qua Doctor meus pridem admonuit poſſeſſionis nomine vſucapionem ſignificari, non vſum rei quem nec bonorum poſſeſſionis beneficium transfert. Ergo hic Prætoria actio non male fortaſſe accipietur de omni ea quam prætor bonorum poſſeſſori adcommodare dicitur in § 1. Inſt. de perpet. & temp. act. Sed neſcio quomodo mihi plane non ſatisfacit generalior illa interpretatio ſubodoranti aliud quid ſubeſſe quod ego lubentius ad inofficioſi querelam retulerim cuius ordinandæ gratia ſuis heredibus licet bonorum poſſeſſio agnoſci ſoleret l.8. §.1. neceſſariam tamen non fuiſſe indicat l 7. D. de inoff. teſt. Emancipato neceſſaria fuit, tum quod alioqui non iure inofficioſi arguere teſtamentum videretur niſi qui ex officio inſtitui debuerat, tum quod fruſtra inteſtatum patrem faceret niſi ab inteſtato rem habiturus: quod ſolo Prætoris beneficio per bonorum poſſeſſionem conſequi poterit, alio iure penitus extraneus. Eſt igitur hæc ſaltem res inofficioſi Prætoris actio. Quod vereor ne non ſatis multis probetur. Et tamen video omnibus eam concedi quibus Prætor bonorum poſſeſſionem defert etiam contra ius ciuile. l.6. D. eod. & in ea ſucceſſionem eſſe vt in honorariis l.14. & l.13. item, Prætoriarum actionum numero generaliter cenſeri quas Prætor bonorum poſſeſſori accommodat. Nec me mouet Centumuiralis iudicii auctoritas, cum & poſſeſſoria hereditatis petitio eius generis ſit. quam tamen honorariam eſſe nemo inficias ierit. Eadem vero non facile dixero de auxilio quod contra inofficioſas donationes ad exemplum querelæ inductum eſt, quod ipſe videtur ex conſtitutionibus, id eſt ex Alexandri literis quarum exemplum extat in l. Titia Seio §. Imper. D. de legat. 2. qui § vt hoc obiter moneam, a Paulo reſponſo quod proxime ſequitur diuidendus non fuit, ne non ſatis ad Titulum pertineret. Videtur autem reſcriptum a conſulente libello propoſitum vt indicaret Paulus an ad propoſitæ quæſtionis definitionem accommodari poſſet. Quod aliàs fieri ſolitum ne longius ab eamus. indicat l.3. Cod. de inoff. donat. & vlt. §. ſi. Tit. 10.

Soluenda ſit hereditas.] Fortaſſe melius, ſoluendo non ſit hereditas.

Idque euenit.] Legendum videtur, idemque euenit ſi cum eo ex duobus filiis inpari numero nepotes ſucceſſerint.

Si ſit frater.] Deſunt hic aliqua quæ cum ex ſuperioribus, tum ex ipſo Paulo lib.4. Sent. tit.8. reſtituere perfacile eſt.

Virium.] An iurium? an potius viritim? Sic videtur.

Voconia ratione.] Forte melius, relatione, vel, rogatione.

Vlpianus libro ſingulari] Extat hodieq; magna pars horum inter Vlpiani fragmenta quæ eſſe omnia ex libro ſingulari Regularum ſupra oſtendimus.

Inteſtatorum gentilitiorum.] Sic vet. rectiſſime. Nam in libertinorum ſucceſſionibus non eadem obtinent, vt poſtea monet Vlpianus. Gentiles Q. Mutius definiuit ingenuos ab ingenuis oriundos, quorum maiorum nemo ſeruitutem ſeruiit. Et recte Corn. Fronto, Gens, inquit, ſeriem maiorum quærit.

Si inteſtatus.] Plures legunt, Si inteſtatus moritur cui ſuus heres nec eſt, agnatus proximus familiam habeto: nam illud Ac nondum pro huius legis particula agnoſcere potui. Sed in re trita iam neſcio quomodo diutius immorari piget, poſtquam vt olim pueri ab Homero in ſcholis, ita nunc vix dupondii à XII. tabularum carmine non ediſcendo ſed recenſendo retractandoque iuris ſtudia inchoant.

Si agnatus] Hoc videtur ab Aniano in collectione ſua omiſſum quod apud Caium legiſſet gentilitium ius in vſu non eſſe qua etiam ratione in proxima ſuperiore ſententia ingenuorum nomen pro gentiliciis ſuppoſuit. Ex quo apparet ne fragmentis quidem Vlpiani de iure veteri temere eſſe credendum. Porro hæc lex non infœliciter fortaſſe ita reſtituetur, SI AGNATVS nec ſit, gentiles familiam habeant: aut potius, vt Ofelo noſtro videtur, herciſcant nunc nec gentilitia iura in vſu ſunt. Erciſcundi

n 5

ciſcundi verbum 12.tabularum eſſe conſtat. Sed an huic capiti omnino conueniat, alij viderint. Ego quidem non puto delinquere eum qui in dubijs quaeſtionibus ab amico non facile diſſentit.

Item ab inteſtato Inſt.] *Exiſtimo ſic hæc potius reponenda eſſe,* Idem lib.II. Inſtitutionum ſub Titulo De ſucceſſionibus ab inteſtato. *nec cur ita exiſtimem, intelligere difficile eſt.*

Et ſi ex diuerſis matribus.[*Varro libro de gradibus,* Germanus de eadem genitrice manens *(ſic legendum apud Seruium in lib.5. Æneid.)* vt multi dicunt de eodem germine, quos illi tantum fratres vocant.

Cauſæ probatio.] *Ex lege Ælia Sentia & S C. vt ante diximus. Sed & ex lege Iunia cum Latinus cauſa probata apud Prætorem vel præſidem prouinciæ tam ipſe quam filius filiaue eius & vxor Latina liberis ius Quiritium conſequitur ea forma quam Vlpianus explicat Tit. 3. Quod ſi quis legi Iuliæ potius tribuet, fortaſſis non longe aberrauerit Nam & eius eſſe videtur illa conditio Liberorum quærendorum cauſa nuptialibus etiam tabulis adſcribi ſolita, cuius & Auguſtinus meminit: nec ad vllam magis rogationem priuilegia ob prolem pertinent. Non fruſtra etiam iuris auctores cum ad eam legem ſcriberent tam diligenter annotarunt quis anniculus diceretur l.132.& l.134.D.de verb.ſignific. Cæterum hæ cauſæ probationes non parum inter ſe effectu differunt. Nam ex lege Ælia Sentia ciui Romano ciuitas redditur non datur: At ex lege Iunia, ſeu Iulia, Latino ciuitas datur non redditur.*

At conſanguineis.] *Fortaſſe melius,* A conſanguineis: *id eſt, poſt conſanguineos: vt & paulo poſt,* A ſuis heredibus, poſt conſanguineos &c.

Itemque ciuitate donatos.] *Ex lege Iunia, atq; etiam fortaſſis ex lege Ælia Sentia: quanquam hi non tam videntur ciuitate donati quam ciuitati redditi, vt iam attigimus.*

Vel ſtirpis libertinæ.] *Ex libertino natus ingenuus eſt hoc iure. Itaq; nihil eſt quod in eo ius patronatus exquiramus. At ſi ex manumiſſione Latinus tantum factus, liberis poſtea ſuſceptis vel alio quouis modo ius Quiritium conſequatur, ille quidem libertinus manet qui ſemel iterumue manumiſſus eſt, liberi non tam libertini quam libertinæ ſtirpis ſunt. Et hos fortaſſis Vlpianus hoc loco ſignificare videatur. Dicitur vero & noſtris auctoribus libertinus filius qui à patre in ſeruitute ſuſceptus poſtea cum ipſo ſimul manumiſſus eſt l. 17. §.2. D.ad SC. Trebell. l.vlt. D.de iure deliber. Sed hic, vt quod ſentio dicam, libertinæ conditionis eſt liberti filius poſt patris manumiſſionem ſuſceptus, cuius olim bonorum poſſeſſio alio iure quam ingenui deferri ſolebat. Nam eo inteſtato & ſine cognatione mortuo vocabatur manumiſſor patris, itemq; cognati eius per virilem ſexum deſcendentes etiamſi capite deminuti eſſent. immo & ſi huius liberti patronus & ipſe libertus eſſet alterius, etiam patroni patronus vocabatur, itemque eius agnatio. Quod Iuſtiniano iniquum eſſe viſum eſt, qui tamen id lucri patronis tantum ſuperſtitibus conceſſit ea conſtitutione quæ in eius Codice ſub tit. de bonis libertorum, hactenus deſiderata eſt. Et ſane hic quamuis libertinus ſit, nullus tamen reuera libertus dici poteſt. Sunt vero hæc inter ſe diuerſa. Libertini nomen ſtatum & conditionem perſonæ magis reſpicit: liberti, ius patronatus quod Valla ſubtiliter annotauit, & probat l.vlt. D.ſi ingen.eſſe dic. & l.1. D.de excuſ.tut. in qua non fruſtra Modeſtin. libertinis ait tutores dari à magiſtratu potius quam libertis. Cur ita? quia libertis fere ſunt tutores legitimi patroni & patronorum liberi etiam pupilli, vt Vlpianus in fragmentis ſignificat. tit.11. illis verbis,* Idemque permiſit in pupillo patroni filio. *recte. id eſt ſi patroni filius tutor pupillus ſit, nec auctor eſſe poſſit. Et eſt illud reliquum veſtigium iuris antiqui, cuius meminit Iuſtinianus in l. vlt. §. 1. C. de legit. tut. ex qua & in l.16. D. de tutel. Tribonianus addidiſſe videtur illa verba* perfectæ ætatis. *quod obiter indicaſſe placuit.*

Poſt familiam patroni.] *Legendum,* Poſt familiam liberti. *ſic ſæpe hæc inter ſe reciproca nomina confundi ſolent, emptor venditor, petitor debitor creditor, locator conductor, pater filius, patronus libertus.* Poſt familiam *autem, id eſt poſt liberos, vt in l.195. §.1. D.de verb.ſig. l.23. D.de adopt. In bonis libertorum lex 12.tab. non niſi ſuos liberos patronis prætulit, Prætor etiam emancipatos: Iuſtinianus omnes omnino liberos licet in ſeruitute ſuſcepti cum parentibus manumiſſi eſſent, & ſiue ſoli ſiue cum alijs poſt libertatem ſuſceptis ex iiſdem aliiſve nuptijs. Non exiſtentibus liberis vel exheredatis, primum patroni & patronæ vocantur, inde patronorum liberi etiam poſthumi & in adoptionem dati cuiuſcunq; ſint ſexus, ſublata illa veteris iuris imagine qua filia patroni filius eſſe fingebatur: adoptiui non item. poſt liberos patronorum, nepotes tam ex filia: deinde cognati patronorum ſeruata gradus prærogatiua vſque ad quintum, excluſis etiam heredibus extraneis à patrono ſcriptis. Eius Conſtitutionis ex qua & ſuperiora quædam excerpſimus Græcam Synopſin habuimus, ſingulari beneficio* Iac. Cviacii, *cuius humanitati, beneuolentiæ, diligentiæ, fidei, doctrinæ, ni & hæc & reliqua omnia ſtudia mea, ſi qua aliquando probabuntur, accepta referam, profecto parum gratus mihi ipſi videar. Nam peccata quidem ſi qua ſunt, vt erunt fortaſſe multa, mea illa eſſe vltro profiteor.*

Parentes.] *Id eſt agnatos.*

Manumiſſori.] *etiam extraneo. Hodie vtique patri legitima iura ſeruantur quaſi tacite contracta fiducia ex l. vlt. C. de emancipat. lib. Legitima autem iura definiuntur Conſtitutione illa Græca de Iure* patrona-

Digitized by Google

patronatus, triens ex teſtamento & bonorum poſſeſſio ab inteſtato: quod recte Conſtantinus notauerat lib. 5. Proch. tit. 9. & Sinopſis illa continet, vt & aliud quoddam caput quod iam ex Græcis interpretibus didiceramus ad l. 45. D. de nupt.

Decem perſonas.] *§. Quæ autem. Inſtit. de bon. poſſeſſ.*

Quibus decimæ immunitatem.] *An decimæ hereditatum? an potius viceſimæ ex lege Iulia? Sic videtur. Nam quod apud Vlpianum legitur de decimis ex eiuſdem principis lege quæ ob id decimaria Thalelæo dicta eſt libro 45. Βασιλ. Tit. 5. ad hunc quidem locum non ſatis facit. Viceſimæ autem immunitas varie olim conceſſa eſt. Primum quidem domeſticis heredibus, qui modo veteres eſſent ciues, remiſſum eſt vectigal de bonis quæ ſanguine, gentilitate, ſacrorum ſocietate meruiſſent. Nerua ſanxit vt quod ex matris ad liberos, ex liberorum bonis ad matrem perueniſſet, etiamſi cognationum iura non recepiſſent cum ciuitatem adipiſcerentur, eius viceſimam ne darent. Eandem patri immunitatem in filij bonis tribuit, ſi modo reductus eſſet filius in patris poteſtatem, Traianus exceptionem illam patriæ poteſtatis remouit, ſtatuitque vt quemadmodum in patris filius ſic in hereditate filij pater eſſet immunis. Cauit præterea vt in ſororis bonis frater, & contra in fratris ſoror, itemq; auus auia in nepotis neptiſq; bonis, & inuicem illi ſeruarentur immunes. iis quoq; quibus per nouum Latium ciuitas Romana patuiſſet, idem indulſit. Sed & ſtatuit ſummam hereditatibus quæ viceſimæ ſubiacerent, ne vel paruæ & exiles publicanis eſſent obnoxiæ. Denique poſteriores Imperatores varie huius vectigalis iura vel auxerunt, vel minuerunt. Verum quænam fuerit illa Conſtitutio cuius hic Vlpianus meminit, nondum mihi certo conſtat, vt eſſe fateor multa in hoc libello veteris iuris P. Ro. quæ me vel non ſatis ingenioſum facile fefellerunt, vel aliud interdum anxie cogitantem leuiter effugerunt. Quædam etiam conſulto depoſuiſſe ſatis fuit, quæ commodius fortaſſe, Deo volente, aliquando retractabimus.*

* *

CVM in teſtamento] *Hanc vnam Modeſtini regulam ex alio codice qui patris V. C. fuit, pridem habuimus. Quæ ſequuntur in eodem ipſo exemplari erant in quo & ſuperiora omnia. Itaq; quanquam nobis pridem in animo eſſet & hæc alia quædam veterum Iuriſconſultorum fragmenta vno volumine complecti, altero Imperatorum Conſtitutiones, quas etiam plures nondum editas nacti ſumus, concludere, hic tamen adiicere viſum eſt interea dum res tempuſq; inſtituto noſtro benignius adfuerint. Quod optare quidem quam ſperare procliuius eſt.*

No. de vſur. ſupra dupl.] *Deſideratur hæc Nouella ordine 138. Videtur autem & eius meminiſſe Iuſtinianus in Nouell. Conſtit. 121.*

Græca ſubſequitur.] *Ea eſt Nou. 160. Hinc autem colligere eſt cur hæc tam facile inter Græcas Latina perierit.*

De partiar. ſolut.] *Deeſt hæc quidem in Iuliani Anteceſſoris Nouellarum epitome: ſed extat inter Authenticas Conſt. 121.*

De alienat. rer. Eccl. Miſiæ.] *Eſt hæc Nouella Conſtitutio 65. quæ ab Irnerio & Bulgaro cæteriſque mediæ ætatis Iuſtinianæi iuris interpretibus in o. vt vocarunt. Collationem reiecta fuerat, vt cætera fere omnes quarum eis vſus aut nullus aut non vſq; adeo neceſſarius videbatur, ſiue quod abrogatæ, ſiue quod chronicæ aut locales eſſent. Nobis vero nihil ſupereſt veterum quod non vſui eſſe poſſit. Cæterum in eo Nouellarum ſeu Authenticarum Conſtitutionum exemplari vnde iſtam exſcripſimus, ſequebatur proxime No. 21. nec huius aliud caput, ne illud quidem ab Haloandro additum, quod ex Theodori interpretationibus irrepſiſſe Doctor meus admonuit.*

De conſiliis Dictatum.] *Sic legimus apud Gennadium Pomarij Dictatum de contemptu mundi. Fuit hoc eius ſæculi verbum. Porro hæc quidem ſacroſancta illius Iuriſprudentiæ non ſunt quæ Scæuolas & Papinianos protulit, quibus vel iſta tam proxime adiungere vereor ne ſacrilegium plerique interpretentur. Ac ne notas quidem accuratiores mereri fateor. Sed adiumento tamen nobis erunt vel maximo, cum quod argumentum contineant quarundam Conſtitutionum quæ in Iuſtinianæ Codice hactenus deſiderantur, tum quod ex his etiam quaſi vnguiculis certius agnoſcere poſſimus quæ fuerit eius ætatis ciuilis ſcientia, cuius potiſſimum iudicio atq; arbitrio ius conditum, collectum, compoſitum, digeſtum habemus.*

Viſam

Digitized by Google

Viſum eſt tandem Puteano noſtro hîc adiicere fragmentum illud Latinum toties à me laudatum, quod Graculus magiſter Omeliis ſuis & Græcæ linguæ exercitationibus inter alia quædam ex aliis auctoribus initia librorum inſeruerat. Græcam etiam interpretationem ſi quando vſui eſſe poſſet, certis tantum locis in margine addere libuit ſatis perſuaſis hæc potius ex Latinis Græca facta: quamquam ſunt & quædam quæ Græciſmum magis referre videantur. Porro facile eſt deprehendere multa ab ipſo interprete, plura fortaſſe à librario omiſſa, quorum nos vacuum locum notula indicare ſatis habuimus, interea dum ex aliquo integriore exemplari ea iactura ſarciatur.

* *

IVRIS ciuilis vt quid [a] appoſiticium appellatur ex pluribus partibus conſtat. * Sed Conſtitutiones Imperatoris ſimiliter honorandum quid eſt & Prætoris Edictum ſimiliter vel Proconſulis. * Ex eo enim conſenſerunt peritum * & adſumptus ex reſponſis iſta dicere. Lex enim cæteræ partes iuſti appellantur. * Regulas enim ex ſequenti mihi ad ea ſtudia neceſſarium ante omnia ſcire. * Nec enim vnius ſunt conditionis, ſed variæ. Quæ ſingula pertinentia ad hanc narrationem referenda ſunt in ordine. Omnes enim aut ingenui ſunt, aut liberti. * Sed vt magis poſſint ſingula declarari, melius videtur incipere à libertis [b] de Latinis ſcribere ne ſæpius eadem interpretari. * Primum ergo videamus quale eſt quod dicitur eos qui inter amicos [c] veteres manumittebantur non eſſe liberos, ſed domini voluntate in libertate morari, & tantum ſeruiendi metu dimitti. Antea enim vna libertas erat [d] vindicta, vel teſtimonio, vel in cenſu: & ciuitas Romana competit manumiſſis, quæ appellatur legitima libertas. Hi autem qui domini voluntate in [e] libertate erant, manebant ſerui, & manumiſſores audebant in ſeruitutem denuo eos per vim ducere: Interueniebat Prætor & non permittebat manumiſſum ſeruire. Omnia tamen tanquam ſeruus adquirebat manumiſſori, [f] vel ſi quid ſtipulabatur, vel ſi per ſcripturam acceperat, vel ex quacunque cauſa alia adquiſierat, domini hoc faciebat: * hoc eſt manumiſſi ad patronum pertinebat. [g] Sed nunc habent propriam libertatem qui inter amicos manumittuntur, & fiunt Latini Iuniani: quoniam lex Iunia quæ libertatem eis dedit, [h] exæquauit eos Latinis colonarii qui tunc erant ciues Romanorum, & nomen ſuum in ciuitatem dederant. In his qui inter amicos manumittuntur voluntas domini [i] ſpectatur * quæ iubet eos fieri Latinos quos dominus liberos eſſe voluit. [l] Hoc tamen cum ita habeant debet [m] promiſſum manumittentis habere dominus. Vnde ſi per vim coactus verbi gratia ab aliquo vel ab vnoquoque [n] hominum manumiſerit, non veniet ſeruus ad libertatem: quia non intelligitur voluiſſe qui coactus manumiſit Similiter vt poſſit habere libertatem talis eſſe debet, vt Prætor eius vel Proconſule * ad alium pertinere non poteſt vindicta manumittere obſtante vſufructu, & ſi manumiſerit eum vindicta, faciet ſeruum ſine domino * [o] ſed Latinum. [p] Peregrinus manumittes ſeruum non poteſt Latinum facere, quoniam lex Iunia quæ Latinorum genus induxit, non pertinet ad peregrinos, ſicut & [q] Octauianus probat. Prætor non permittit manumiſſum ſeruire, niſi aliter lege [r] peregrina confirmatum fuerit. Minor viginti annorum manumittere vindicta poteſt, nec teſtamento. Itaque nec Latinum facere poteſt. Tantum autem apud conſilium poteſt manumittere ſeruum ſuum cauſa probata. Hic autem qui manumittitur quotcumque ſit annorum, Latinus fit, & ſolùm

a [illegible] Videtur autē hæc eſſe in [illegible] potius quam aucto ru. b [illegible] c For. apud veteres. d [illegible] e Quint. [illegible] f [illegible] g [illegible] h [illegible] i [illegible] l [illegible] m [illegible] n [illegible] o [illegible] p [illegible] q [illegible] r [illegible]

o ad interiora. Non tantum abeſt vt ille ſeruus ſine domino Latinus ſit, vt contra viuat quodammodo ſeruus quamdiu durat vſuſfructus, moritur verò vt liber. p [illegible] q Leg. Octauenus probat, at Prætor. r [illegible]

ſolum ei [s] hoc procedit libertas [t] vt iterum manumitti poſſit & ciuis Romanus fieri. [u] Mulier ſine tutoris auctoritate [x] niſi liberorum ius habeat *. Tunc enim ex vindicta ſine tutore poteſt manumittere. Vnde ſi mulier abſens liberum eſſe iuſſerit quæ ius liberorum non habet, quæſitum eſt ſi tutores eius auctoritatem commodent eo tempore quo [y] epiſtula ſcribitur ſeruo à domina * Iulianus negat. Exiſtimat enim eo tempore debere auctoritatem præſtare in quo [z] peragitur libertas. Tunc enim peragi intelligitur, quando ſeruus cognouerit dominæ voluntatem. Sed Neratius [a] Proclus probat libertatem ſeruo competere. Sufficere enim quando epiſtula ſcribitur, adhiberi auctoritatem tutoris. Cuius ſententia & conſtitutione Imperatoria confirmata eſt. Seruum pigneri datum ciuem Romanum facere debitor non poteſt, [b] niſi ſi ſoluendo non ſit. Obſtat enim libertati lex AElia Sentia quæ vetat ſeruum [c] fœneratorum cauſa manumiſſum ciuem Romanum fieri, ſed Latinum. Et qui in cenſum manumittitur ſi triginta annos habeat, ciuitate Romana [d] paſcitur. Cenſus tamen Romæ agi ſolet. [e] Cenſus autem luſtro conditur. Eſt autem luſtrum quinquennale tempus quo Roma [f] luſtratur. Sed debet hic ſeruus [g] exiure Quiritium manumittentis eſſe vt ciuis Romanus fieri poſſit. Magna tamen diſſenſio inter prudentes [h] vtro meo tempore vires accipiant omnia, in quo cenſus, an eo tempore in quo luſtrum conditur. Exiſtimant enim cenſum deſcendere ad diem luſtri, non luſtrum decurrere ad diem cenſus. Propterea quæſitum eſt * quia omnia cenſu aguntur, luſtro confirmantur. Sed in ciuitate Romana tantum cenſum agi declaratum eſt: In prouinciis autem magis [i] profeſſionibus vtuntur. * *

Hactenus vetus exemplar. Quæ ſequebantur alterius plane erant generis, nec ad ius Ro. quicquam pertinebant.

s ad hoc τοῦτο. t Vlp. tit. 1. u Idem Vlp. tit. 1. x Plut. in Numa. y Manumiſſionis per epiſtolam veſtigia ſunt in l. 38 D. de adqu poſſ. & apud Caium lib. 1. Inſt. z ἀπαρτίζεται. a Priſcus. b [illegible] For. Niſi ſi ſoluendo ſit contra tamen Paulus in l. 9. D. de manumiſſ. c δανειστῶν [illegible]. F. C. id eſt fraudandorũ creditorum, vt in l. 8 D. Qui & à quib. ma. d potitur, [illegible]. e τίμησις δὲ [illegible] Aſcon in Ver. [illegible]. g ἐκ δεσποτείας κυρίας. h Cic. 2. de Orat legendum vero. vtrum eo. Interpres tamen ineptiſſime [illegible] quæ potiſſima ratio eſt cur hæc potius ex Latinis Græca facta exiſtimem. i ἀπογραφαῖς.

INDEX

INDEX RERVM VERBORVMQVE ET LOCORVM EX VARIIS AVCTORIBVS QVÆ IN NOTIS AVT EMENDANTVR AVT EXPLICANTVR.

A

Abrogare legi 125
Actio depoſiti in duplum 134
Actio ordinaria 135
Actio vtilis ibid.
Addicti 122
ἀμφιθαλής 139
Adulterium iure gentium vindicatur 127. 128
Affectus 130
Agerij & Numerij nomina in formulis 124
Aldij 122
ἀστλφηή 129
Antiquitatis cognitio neceſſaria 142
Apuleij locus expoſitus 137
Atrium Mineruæ 129
Auctorati 126
Auctoratus 132
Augurium 121
A. Gellij loci 121.123

B

Berbix 135
Bibliorum interpretationes 119
Bis conſul pro iterum 121
Boëtius notatur 140

C

Cædis imprudentis pœna 121
Caij Inſtitutiones 139.142
Calumniatorum litera 126
Caſſianus motus 138
Caſtrationis pœna in ſtupratores 133
Catonis calumnia 121
Certa vrbs 137
Chaldæj ibid.
Cibaria 133
Ciceronis loci emendati 131
Cicero explicatur 124.140.142
Clientes 132
Codicis Iuſt. loci explicati vel ſuppleti 130. 144
Codex Th. emendatus 136.138
Coemptio 140
Cognatio legitima 142
Coloni 122
Commendare 133
Commentarij Gaij 142
Compoſitores Pandectarum quales 145
Confarreatio 139
Coniunctio 130
Connubium 127
Conſanguinei 143
Conſilium quando punitur 121
Conſobrini 141
Contumelia 130
Conuaſare 119
Conuentio in manum 140

D

Deditij 126
Depenſi actio 134
Depoſiti in duplum actio ibid.
Dies & Cos. in conſtitutionibus 130
Diffarreatio 140
Dionyſ. Halicarn. expl. 139
Directa actio 138
Diui Fratres 126
Diuortiorum ritus 140
Ducta 130
Duum viri cuſtodiarum poteſtatem habent 130

E

Editio actionis 124
ἐφηβία 134

F

Familiaris 132
Fiducia 122.133.144
Formulæ actionum & exceptionum 124
Forum 130
Fraus 125
Fur nocturnus 130
Furti pœna ibid.
Fuſtuarium 134

G

Genialis lectus 128
Gentiles 142.143
Germanus 144
Gladius 135
Gratiani locus 126

H

Herciſci 144
Hermogenianus Codex 130
Hermenopuli error 132
Homicidium 119
Horatius expoſitus 123.139

I

Iaculatores 132
Ignoſcere 126
Iniuriarum actiones 123
Iniuriarum iudicium publicum non eſt 120
In poteſtatem eſſe 127
Inteſtatus 114

Digitized by Google

Italica Beticæ 121
Italicum ius 137
Iteratio ibid.
Iuniani 120.122
Iuriſconſultorum inter ſe diſſenſio 128
Ius ciuile 143
Ius præcipuum 125.& 127
Iuſtitia 120
Iuuenci 134

K

KK. 126

L

Lactantij locus emendatus 137
Latij ius duplex 121
Latini Iuniani 120.122.129
Leges XII. Tabul. 123.130 141.144
Leges fugitiuæ 124
Legis Scantiniæ pœna 128
Lex Ælia Sentia 141.144
Lex Iulia 144
Lex Petronia 125
Lex Regia 127
Liberatus 137
Liberi noxæ dediti 122
Liberti principis 133
Libertinæ ſtirpis 144
Libertinus 133.144
Libertorum ſucceſſio 144
Libertus an gentem habeat 142
Libonianum SC. 131
Licinnius Rufinus 119
Ludus 139

M.

Machabæorum lib.2. locus 134
Magiſtratus domeſtici parentes 127
Magnus Antoninus 126
Mancipationis ius 129
Manichæi 138
Manus mortuæ 122
M. Velleius Paterculus 123
Materfamiliâs 140
Mathematici 138
Metalla 139
Moribus receptũ dicitur quod ex lege eſt 127
Mos 140
Moyſis legibus Impp. derogarunt 124
Mutatio nominis 129

N

Neceſſitudo 133
Nominis mutatio 129
Nonius Marcellus emendatur 142
Notæ ad Papianum 127.cum ſeq.
Noxæ dediti 122
Numæ lex de homicidio 129
de terminis 136
Nuptiarum ritus 139

O

Ordinaria actio 136

P

Πάλμος 121
Pandectarum loci emendati 120.126.130.135. cum ſeqq.
Pandectarum loci explicati 120.122.cum ſeqq. 126.127.132.133.137.cum ſeqq.
Papianus 122
Papianus falſus ibid.
Papiniani liber ſingularis reſponſorum 127
Papiniani auctoritas 128
Paterculi locus reſtitutus 123
Patria poteſtas 127
Patrimi & matrimi 119
Pater patrimus 110
Pauli ſententiæ emendatæ 119.133. cum ſeq.
Pauli liber de iniuriis 123
Petaſus 134
Petronij locus 129.131
Pilleus 134
Plagium capitale 137
Plauti locus explicatus 122.131
Plinij nepotis locus 125
Plinij avunculi loci 136.139
Plutarchi locus 127
Poſſeſſio heredi non continuatur 143
Præf. vrbanæ fines 136
Præſcriptiones legis Iuliæ 127.cum ſeq.
Proconnenſia metalla 139
Procuratores Cæſ. 137
Pupillus tutor 144

Q

Quintilianus emendatus 121.141
notatus 133
Quod 124

R

Regiæ leges 127
Repreſentationis ius 141
Rudis 135

S

Sagatio 121
Saluſtij loci emendati 126.134
Seneca emendatus 121
Seruire & ſeruum eſſe 122
Seruij locus emendatus 136
prolati in lucem 121.125.130 138.139
Serui quibus legibus rei fiant aut vindicentur 120.121.124
Seruus publicus P. R. 128
Sponſa an adulterij accuſari poſſit 127
Staienus 131
Succeſſio in ſuis & legitimis 141
Sui heredes 143
Suorum nomen vnde 139
Suſcepti 132
Syrus inſula 183

T

Taciti loci expoſiti 131.139
Taxatio 124
Terminus 136
Teſtamentum imperfectum valet 142
Teſtimonium 131
Tituli Vlpiani ex quo libro ſint 122

Vadi-

Digitized by Google

V

Vadimonium 124
Vas 119
Varronis locus emendatus & explicatus 128. cum ſeq.
Velij Longi locus prolatus & emendatus 126
Velis reſcribere 121
Vicesima hereditatum 145
Virgilij locus expoſitus 130
Vlpiani Tituli emendantur 132.'39.'44
Vlpiani liber ſeptimus de off. Procos. 137
Vnde cognati 141
Vnde liberi ibid.
Voconia lex 141
Vſu vxor quæ 139
Vtilis actio 136
Wiſigothorum leges 128. cum ſeq.
Vulcatij commentarij in orationes Ciceronis 131
Vxorum formæ 139

Z

Zoſimi locus prolatus 130

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google